BIBLIOTECA NAZ.
140
G
1
NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMAN. III
140
G
1
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ho

r
Ra
, P
b t
Vi
noſ

A
cc
a, l
en
ſu
nc

. E
in

n,
in
t,
ot
a,
er
lic
itis

nc
S.
s
it
.

rib
nc
nu

na
Dc

Ste

Digitized by Google



Digitized by Google

SUPER STATUTIS MUNICIPALIBUS CIVITATIS CALATIÆ OBSERVATIONES

UBI ETIAM

DE ANTIQUO STATU, ET PRÆSTANTIA CIVITATIS EIUSDEM.

AUCTORE

NICOLAO DE SIMONE

JURISCONSULTO

CALATINO.

Ex libris Georgii Santoro p.

NEAPOLI M. DCC. XL.

Ex Typographia Joſephi Severini.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRISS., ET EXCELLENTISS. DOMINO

D. ANTONIO CORSI

Patritio Florentino, Calatinorum Marchioni, & Utili Domino Ducentæ, Militiani, Oreulæ, Torelli, Campaniani, Rajani, Albinianelli, &c.

NICOLAUS DE SIMONE

Veram, perennemque Felicitatem.

PErvetuſta fuit conſuetudo, Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Marchio, ut quæ quis aliqua cura, ſtudioque molitus eſſet, ea alicui Viro Principi, cujus eximium decus, aut præclara virtus eſſet, veluti propitio, & tutelari Numini devoveret, ut ſcilicet illius protectione, & præſidio felicem ab eorum egreſſu nanciſcerentur fortunam, & ab obtrectatorum morſibus defenderentur; Unde cogitanti mihi, annis propè elapſis, aliqua per

Digitized by Google

temporum ordinem, quantum fieri poteſt, de hac Civitate ſcribere, ac ſuper ejus Statutis, ſive Juribus Municipalibus aliquas edere Obſervationes; opus quidem a noſtris Civibus uſque adeo non excogitatum, licet ad diverſas tollendas altercationes opportunum, imo neceſſarium; diù mihi hæſitandum non fuit, cui hæc dicarem, atque inſcriberem; cum ſtatim in animum venerit, ea tibi omni jure deberi, tum quia tuus eſſem, tuaq; in feliciſſima ditione natus, & tua etiam eſſent ea, de quibus in operis progreſſu eram dicturus; tum etiam quia tanta eſt generis tui nobilitas, atque præſtantia, & tanta etiam animi tui virtus, ut licet hæc noſtra vilia ſint, & vulgaria, ſub tuo veneratiſſimo nomine tuto poſſint prodire in publicum, & tuo fulgore illuſtrari.

Et quidem quod ad familiæ decus, & amplitudinem ſpectat, tantis ea per Italiam totam undequaque radiis coruſcat, ſive antiquitatem ſpectemus, ſive præſtantiam, ut jure merito inter celebriores familias poſſit adnumerari: Nam ſtatim ac ea ſub Theodorico Rege una cum Gothis in Italiam venit, ſuos in hac regione habuit Proceres, exercituũ Ductores, titulos, & ditiones: Quæ omnia teſtari poteſt Hetruria, quæ, inter alios, Comitem Bonifacium de Gothorum gente, & de præclariſſima familia tua admirata fuit, cujus virtus, magnaminitas, & potentia adeo ei fuerunt adjumento, ut ipſo Duce, a Maurorum tyrannide liberata fuerit, & priſtinæ libertati, & tranquillitati reſtituta: Cujus præclariſſimi ſucceſſores in antiquiſſima Feſulana Civitate multas, & prægrandes

des

les habuere ditiones : Et in Urbe Roma adeo eorum potentia excrevit, ut pro Summo Pōtifice D. Gregorio VII. ſteterint contra Henricum Imperatorem : Et ſucceſſivè, temporibus Paſchalis II. , cum Romanorum Procerum undequaque motus eſſet ad Pontificiam ditionem invadendam, Corſii Baſilicam S. Paulli, annexum Caſtrum, & alia adjacentia loca occupaverint, & ad eam redacti Hetruriæ partem, quæ Principis Apoſtolorum Patrimonium vocatur, multa etiam munitiſſima loca vi cœperint, præſidiiſque munierint, ex quibus non niſi magno Pontificis, & auxiliatorum Principum potentia divelli non potuerunt Qui exinde cum in Florentina Civitate, una cum aliis ejuſdē familiæ viris ſe recepiſſent, in eaque totius familiæ ſtatuiſſent ſedem, continuatis temporibus ob eorum ſpectatas virtutes, prima Reipublicæ munia exercuerunt ; & Hetruriam omnem, ejuſque Caput Florentiam literis, prudentia, & dignitatibus illuſtrarunt, quo in numero, ut alios conſultò, omittam, plures recenſentur Bardi, Joannes, Jacobi, Ambroſii, aliique, qui non tantum generis ſplendore, & excelſa dignitate, ſed Chriſtiana pietate, & clementia mirificè claruerunt: Inter omnes tamen principem facilè obtinent locum MARCHIO IOANNES ſemper recolendæ memoriæ genitor tuus, verus ſubjectorum pater, & oppreſſorum ſublevator, & Dominicus Maria tuus patruus magnus S.R.E. Cardinalis, qui communi omnium exiſtimatione ſummum Pontificatus faſtigium attigiſſet, ni intempeſtiva morte ſublatus eſſet.

Et

Digitized by Google

Et ut Atavorum omiſſis præconiis, ad te convertam obtutum, illaſque enumerem excellentiſſimi animi tui dotes, in quibus verus ſplendor tuus, vera laus, & gloria conſiſtunt, tam peramplus eſt earum numerus, tam uberrima ſeges, ut ex quibus incipiam, vel quo animum, vel ſtilum vertam, profecto neſciam, unde in eis enarrandis imparem certe me, & deficientem exiſtimo; nam quando in uno, eodemque viro datum fuit tot reperire virtutes, tot animi prærogativas, quæ in te uno, & ſolo reperiuntur? Bonitas, morum Innocentia, Magnaminitas, Humanitas cum Majeſtate conjuncta, ſublimis animi Indoles, Benignitas erga omnes, & præcipue erga ſubjectos. Et ſane quis te unquam vidit clemētiorem? quis munificentiorem? ſiquidem quis unquam fuit, qui ad te accedens commodum, vel beneficium non acceperit? Quem diem abſq; aliquo eximiæ virtutis tuæ, benevolentiæ, vel largitatis exercitio pertranſire paſſus es? Teſtantur hæc pauperes, viduæ, & orphani florentiſſimæ patriæ tuæ, teſtantur hæc Civitas noſtra, aliaq; Oppida, & loca tuæ ditioni ſubjecta, in quibus nulla eſt Eccleſia, quæ indigeat reparatione, vel melioratione, cui liberaliter de tuo ærario non ſubveniatur. Quid demum dicam de Juſtitia, eiuſque tuo eminenti, ac admirabili zelo? Fatentur hunc innumeræ epiſtolæ tuæ Miniſtris tuis veris tuæ ſanctæ mentis executoribus tranſmiſſæ, quæ ut plurimum lacrymas legentibus educunt, in quibus proborum ſublevamen, & reorum animadverſionem

ideo

ideo frequenter inſinuas, ut inter ſubjectos tuos pax, & tranquillitas conſervetur, & ne diſſimulatis facinoribus, crebrò conveniat juſtitiæ gladio inſœvire: Hinc cum reſpectu veræ laudis, & gloriæ omnibus numeris ſis abſolutus, dicere non dubitarem, omnia virtutum ſemina, quæ in antecedentibus retro Dominis ſparſim, ſive diviſim admirata ſunt, in te ſolo, & uno eminenter contineri, tibique aptari poſſe quod de Stilicone dicebat Claudianus.

Quæ ſparguntur in omnes
In te mixta fluunt, & quæ diviſa beatos
Efficiunt, collecta tenes.

Permulta alia dicerem, ſi moderationi tuæ, quæ, inter cæteras animi tui dotes, æquè laudabiliter micat, hiſce encomijs licet omni jure tibi debitis, non diſplicerem; unde a laudibus ſuperſedens, bonitatem, & benignitatem tuam enixè deprecor, ut opellam iſtam meam ad commune tuorum ſubjectorum commodum, & ſub tuis auſpicijs compoſitam, & omni ex parte tibi debitam ſerena fronte excipias, eamque adverſus obtrectatorum dentes ſub tua protectione recipias, parcaſque inſimul tenuitati meæ, ſi vires pro animo non fuerint, dum ego tot benignitatis tuæ obſtrictus beneficijs, Deum Optimum Maximum enixè deprecor, ut te, familiamque tuam diù ſervet incolumes, & tibi, tuæque preclariſſimæ poſteritati uberiorem gloriam, ac ampliores ditiones adjiciat.

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI.

CUM in meorum ſtudiorum decurſu, & legalis facultatis exercitio plura mihi occurriſſent Doctiſſimorum virorum commentaria ſuper Statutis particularibus diverſarum Civitatum, & præcipuè hujus Regni, pluries deliberavi, aliqua ſuper hujus noſtræ Civitatis Capitulis, ſive Conſuetudinibus explicare, eo vel maximè, quia cum hæc noſtra Civitas antiquiſſima ſit, & nimis antiqua etiam ejus jura, licet per temporum vices abolita, revocata, renovata, & in priorum locum alia ſuperaddita, nemo ex noſtris Civibus tum antiquis, tum recentioribus uſque adeo repertus fuerit, qui ſuper iis aliqua exſcriberet, licet in eis interpretandis, ad finem lites, controverſiaſque ſubmovendi, non parum exoriri poſſet utilitatis. Sed propoſitum hoc ex animo meo revocavere quamplura. Primum ingenii mei imbecillitas, cum non abſque periculo multorum judiciis exigui ingenii partus committi poſſint. Secundo aliquorum noſtrorum Statutorum barbaries, præcipuè latini ſermonis, nec non diverſa, & intolerabilia menda; quæ in eis, amanuenſium ignorantia irrepſere: Quibus ſuperaddita fuit alia conſideratio, ſcilicet aliquorum hominum prava conſuetudo, qui cum nihil ipſi efficiant, tamen ex eorum animi pravitate alienos labores, licet honeſtos, & ad publicam utilitatem elargitos, deſpiciunt, contemnunt, & lacerare non erubeſcunt. Tamen quia, ſuccedentibus annis, in hac Civitate, & præcipue diverſis pro tempore juſtitiæ adminiſtratoribus multa occurrerunt dubia ſuper intelligentia, & interpretatione dictorum Capitulorum, & in materia dotium, earumque lucri quam maxime, ſuper qua non tantum ex hac Civitate, adjacentibuſque Oppidis, ac Terris, ſed ex aliis remotioribus Oppidis aliorum Dominorum ditioni ſubjectis, quæ ex antiquo eorum contrahendi modo, eodem utuntur jure, quamplurimæ juxta caſuum contingentias expetitæ fuerunt reſolutiones; idcirco ut hujus meæ Patriæ dilectiſſimæ decori, & meorum concivium, & poſterorum utilitati conſulerem, diverſorum etiam amicorum ſuaſionibus permotus, in anno 1734. calamum arripui, & rudes iſtas, & inconcinnas lucubrationes dictavi, quas tibi lubens, & prompto animo offero, bonitatem, & humanitatem tuam exorans, ut quicquid rude, inelegans, inconcinnum, & minus aptè dictum in eis depræhenderis, id meæ adſcribas imbecillitati, ſimulque materiæ tenuitati; cum non ſuper leges 12. Tabularum, ſive Licurgi, aut Solonis, aut ſuper Pandectas, quæ magnam præſeferunt materiam, & eruditionem, ſed ſuper ſolis hujus Civitatis Capitulis exiguæ materiæ, & exſuccis nobis ſcribere contingerit. Igitur benigniſſime Lector, exiguos hoſce labores noſtros amico animo excipe, mecumq; ex bono, & æquo agere non dedignare, ne vel in tuam moleſtiam, vel in eum qui in hujus Operis compilatione alia non quæſivit, niſi quæ publici commodi eſſe poſſint, infenſus, vel contumelioſus eſſe exiſtimeris. Vale

INDEX RUBRICARUM

Secundum numerum Obſervationum.

De Antiquo Statu Civitatis Calatiæ. Introductio.

De Statutis municipalibus in genere ſumptis. Diſſertatio Proemialis.

De Molendinis. Obſ.I.

De Salario Scafariorum. Obſ. II.

De Trapetis, & Trapetariis. Obſ.III.

De Hortis intra Civitatem. Obſ.IV.

De Damnis datis in hortis, & Vineis. Obſ.V.

De Prohibita Porcorum detentione intra Civitatem. Obſ.VI.

De Damnis datis ab Animalibus, de quorum Domino non conſtat. Obſ. VII.

De Deſtructione Sepium, & Conſtructione foveæ. Obſ. VIII.

De legentibus fructus ex arboribus alienis. Obſ.IX.

De Portantibus fructus. Obſ.X.

De Rixis, & levibus percuſſionibus, occupatione viæ, ſive Confinium Prædiorum. Obſ.XI.

Infra quod tempus querela illati damni proponi poſſit. Obſ.XII.

De ludis, & Luſoribus. Obſ.XIII.

De Blaſphemis. Obſ.XIV.

De Munditie ſervanda in Fontibus, Aquis, & Viis publicis. Obſ.XV.

De Ponderibus, & Menſuris. Obſ.XVI.

De Damnis datis in Olivetis. Obſ.XVII.

De Inciſoribus Arborum fructiferarum. Obſ.XVIII.

De lignis ablatis. Obſ.XIX.

De Perambulantibus per Prædia aliena. Obſ.XX.

De Tranſeuntibus cum curribus per aliena Territoria. Obſ.XXI.

De Damnis datis in Paſcuis. Obſ.XXII.

De Damnis datis in Glandibus. Obſ.XXIII.

De Pœnis Bajulorum. Obſ.XXIV.

De Damnis datis in Seminatis. Obſ.XXV.

De Corroſione Arborum, & aliarum Plantarum. Obſ.XXVI.

De Damnis datis in Areis, acervis tritici, feni, &c. Obſ. XXVII.

De Colligentibus legumina. Obſ.XXVIII.

Quomodo ſint formandæ accuſationes, ſive Querelæ pro damnis illatis. Obſ.XXIX

Sine Judicum decretatione non licet procedere contra damnificantes. Obſ.XXX

De Damnis illatis ab Animalibus Clericorum. Ob.XXXI.

De comburentibus Arbuſta, ſive alias Arbores in territoriis alienis Obſ.XXXII

De Pratis. Obſ.XXXIII.

De Servientibus, & Bajulis. Obſ.XXXIV.

De Ritu laboratorum. Obſ.XXXV.

De Collectis, & Bonatenentiis. Obſ.XXXVI.

De Salubritate Aeris. Obſ.XXXVII.

De

De Negligentibus præſtare Opera promiſſa. Obſ. XXXVIII.
De Ducentibus Animalia onuſta per Civitatem. Obſ. XXXIX.
De Mulieribus in Foro filantibus. Obſ. XL.
De Auferentibus contra voluntatem Domini inſtrumenta agri alieni. Obſ. XLI.
De Salario Notariorum; & Judicum cauſſarum civilium. Obſ. XLII.
De Sindicis, & quomodo iſti ſe gerere debeant in Adminiſtratione rerum Univerſitatis. Obſ. XLIII.
De Obligatione Judicum Bajulationis in expeditione cauſſarum. Obſ. XLIV.
Quomodo credi debeat Juramento damnum paſſi. Obſ. XLV.
Quod in caſu negligentiæ Bajulorum poſſit procedere Capitaneus. Obſ. XLVI.
De Fida. Obſ. XLVII.
De Herbagiis vendendis. Obſ. XLVIII.
Quomodo Colonus partiarius denunciare poſſit de damno. Obſ. XLIX.
De Damno dato in re communi. Obſ. L.
De Obſervantia Capitulorum Municipalium. Obſ. LI.
De Evellentibus Arbores. Obſ. LII.
De His, qui fregerint Tecta aliena Domus. Obſ. LIII.
De Subfurantibus lapides, Cementa, &c. de alieno fundo. Obſ. LIV.
De Lanionibus, & Macellariis. Obſ. LV.
De Venditoribus Piſcium, & Caſei. Obſ. LVI.
De Tabernariis, & Venditoribus Vini. Obſ. LVII.
De Piſtoribus, & Venditione Panis. Obſ. LVIII.
De Electione Catapanorum Obſ. LIX.
Quod in cauſſis modicis infra ſummam tarenorum trium ſtetur Juramento Creditoris. Obſ. LX.
De Epiſtolis mittendis nomine Univerſitatis. Obſ. LXI.
Quomodo pertractentur Negotia Univerſitatis Obſ. LXII.
De Damnis Datis in Pratis, & Lupinis. Obſ. LXIII.
De Pœnis, quæ applicari debent Capitaneo. Obſ. LXIV.
De Injurijs Realibus, & Verbalibus, & earum pœnis. Obſ. LXV.
De Tabernariis. Obſ. LXVI.
De Silentio ſervando in Curia, ubi de temerario auſu, ſive notorio. Obſ. LXVII.
De Honeſtate ſervanda. Obſ. LXVIII.
Quod in Matrimoniis, & aliis contractibus Mulierum ſervari debeat Jus Longobardorum. Obſ. LXIX
De Operariis, & Aratoribus. Obſ. LXX.
De Poſſeſſionibus clauſis. Obſ. LXXI
De Recapteriis, & Venditoribus rerum ad Annonam pertinentium Obſ. LXXII
De Lucro Dotis juxta antiquam Conſuetudinem Calatiæ. Obſ. LXXIII.
De Tertiaria vini. Obſ. LXXIV.
De Exemptione Clericorum a ſolutione Gabellarum. Obſ. LXXV.
De Vineis. Obſ. LXXVI.
De Colligentibus Spicas. Obſ. LXXVII.

S.R.M.

SIGNORE **S. R. M.**

Giuſeppe Severini pubblico Padrone di ſtampe umilm. ſuppl. eſpone alla R.M.V., come deſidera dare alle ſtampe un libro legale, intitolato: *Obſervationes ſuper ſtatutis Municipalibus Civitatis Calatiæ*: Opera del Dott. Nicolò de Simone; Per tanto il Supp. ricorre dalla R. M. V. acciò ſi degni commetterne la reviſione a chi meglio le parerà, per poterne poi percepire le ſolite licenze ut Deus

V.J.D.D. Nicolaus Capaſſus videat, & inſcriptis referat. Neap. die 21. *Mart.* 1740
C. Galianus Archiep. Theſſal. Capell. Major.

S. R. M.

Perlegi, TE DOMINE jubente, librum, cujus titulus eſt: *Obſervationes ſuper ſtatutis Municipalibus Civitatis Calatiæ Auctore D. Nicolao de Simone* J.C; nihilque in eo prorſus comperi, quod Regiis juribus, vel morum honeſtati ulla ex parte repugnet. Quin ſcriptor induſtrius ſubjectum inamœnum tanta, nec vulgari, hiſtorica potiſſimum, eruditione referſit, ut in ancipiti ſit, patriæ ne an ſibi majoris decoris, laudiſque famam conciliarit. Merito igitur poterit prælo committi, maxime vero ut incitamento ſit Regnicolis ad inſigniores ſcriptis ſuis Urbes illuſtrandas, quo tum apud noſtrates, tum apud externos maximus Regno Tuo honor acceſſerit. Quod autem ſentio, tunc demum rectum eſſe, reprehendetur, quum arbitrium arriſerit Tuum, a quo nos, noſtraque cuncta dependent. Neapoli pridie nonas Junias A. 1740.

R. M. T. DOMINE

Umiliſs. atq. add.ᵐᵘˢ ſubditus, ſervuſq.
Nicolaus Capaſſus

Die 25. *Iunii* 1740. *Neapoli.*

Viſo reſcripto S.R.M. ſub die 24. currentis menſis, & annisac relatione facta per D. Nicolaum Capaſſo de Commiſſione Rev. Reg. Cappellani majoris de ordine præfatæ Majeſtatis

Regalis Camera S. Claræ providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inſerta forma præſentis ſupplicis libelli, & approbationis dicti Reviſoris, & in publicatione ſervetur Regia Pragm., hoc ſuum

Magiocco Danza Caſtagnola

Ill. Marchio de Ipolito Præſ. S.R.C. tempore ſubſcriptionis impeditus.
Ill. Marchio Rocca non interfuit.

Athanaſius

Digitized by Google

EMINENTISSIMO SIGNORE.

Giuſeppe Severini pubblico Padrone di ſtampe umilm. ſuppl.'eſpone à V. Em.,come deſidera dare alle ſtampe un libro legale Intitolato. *Obſervationes ſuper Statutis Municipalibus Civitatis Calatiæ* Opera del Dott *D.* Nicolò de Simone;Per tanto il Supp.ricorre da V.Em ;acciò voglia commettere la reviſione a chi meglio li parerà, per poterne percepire poi le ſolite licenze,*ut Deus.*

*Adm.R.D.Joſeph Cito U.J.D revideat,& in ſcriptis referat.Neap.*10.*Mart.*1740

D.P.M.Giptius Can. ſuper editione librorum Deput.

Eminentiſs. Domine

OBſervationes *ſuper ſtatutis Municipalibus Civitatis Calatiæ U. J. D. Nicolai de Simone* libenti animo diligentiſſimè perlegi, atque Auctoris methodum,qua,novo ordine,res licèt ab aliis ſcriptas,diſponit,illuſtrat,brevibusque rationibus firmat , ſum admiratus : cumque in ipſis nil quod Res divinas, bonoſque mores labefactet, offenderim,dignas typis literariis cenſeo , ſi huic meæ ſententiæ Auctoritas Eminentiæ Veſtræ acceſſerit. Datum Neapoli poſtridie nonas Maias MDCCXL.

Em. V.

Obſequentiſs., & Addictiſs.famul.
Joſeph Cito.

Attenta ſupradicta relatione Imprimatur, Neap. 11 Maii 1740.

D. P.M.Giptius Canon. Deput.

IN

OBSEQUIUM

Excellentiſſimi Marchionis Civitatis Calatiæ, &c.

ANTONII CORSI

Ex ejus effigie deſumptum

PATRIS JOSEPH FORGIONE

Inter Arcades DRESULI ADRASTEI.

EPIGRAMMA

Majeſtas, & Amor numquid diſcrimine pugnant;
 Cum belle hæc Icon iungit utrumque ſimul?
Frons Maieſtatem demonſtrat, lumen amorem;
 Utraque ſic unum fecit Imago ſibi.
Mirandum! certatim quæ ſimul eſſe repugnant;
 Nunc bene tam raro fœdere ſtricta manent.
Quid mirum? Antoni effigies hæc incly ta Corſi;
 Qui virtute ſua cuncta ſtupore replet.

Digitized by Google

IN LAUDEM AUCTORIS

D. NICOLAI DE SIMONE

JURISCONSULTI

Ejusdem

DRESULI ADRASTEI

EPIGRAMMA

Illuſtrans Patriam, à Patria illuſtrare viciſſim;
Illi quod præſtas, reddit & illa tibi.
Tu patrias celebras leges, ac jura regendi;
Per quæ iam reſonat plauſibus ipſa tuis.
Hoc quoque tam doctum admirans nunc illa volumen;
Has laudat chartas, ingeniumque tuum.
At quid? nunc melius ſplendet tua gloria laudis;
Cum ſimul illuſtris ſic in utroque micas.

Digitized by Google

U.J.D. D. JANUARII MASTROJANNI,

Olim Canonici Calatini, & in Academia Porticus Stateræ dicti Briontis Cappelli in Auctoris, ejuſque Patriæ

ENCOMIUM.

Urbs his, quam cerno chartis, urbs forſitan illa eſt,
  Quæ mihi fluctivago Portus, & Aura fuit?
Urbs inter primas, quam Orbi eſt enixa vetuſtas,
  Helleſpontiaco quæque ſacrata Deo?
Illa quidem urbs eſt, turrito circumdata muro,
  Niliaco, & noſtro mœnia chara Seni.
Ut ſtabilis Linter Vulturni clauditur amne:
  Prora tenet Caſtrum, Stigmata Puppis habet.
At latum medium Veneris tenuere Beatæ,
  Et Clari Phœbi, & cætera Templa Deûm.
Bis geminas Portas video, quâ reſpicit Auſtrum,
  Proxima Vulturni Cive. petitur aqua
Janitor hanc Cœli Petrus tutatur ab axe,
  Claudere cui fas eſt, cui reſerare Polum.
Lucius hàc ibat mecum, ſua rura, Vilardos:
  Lucius, ah mihi, quem ſuſtulit atra Dies.
Quæ Phœbi primùm rubicundos excipit Ortus,
  Anxia cur dicta eſt, non benè Muſa memor.
Altera Porta vetus, per quam Calatina Juventus
  Attilium ſequitur, fortis, ad Arma Ducem.
Attilii debet multos cui Roma Triumphos,

Natalis Tellus oſſa ſepulta tenet.
Pelle hederam Tumulo, da flores Civis, & Hoſpes;
Inque Roſa, & Viola mollius oſſa cubent.
Ultima, quà Boreas gelidus ſua flamina mittit,
Percuſſum ob fœdus Nomina Pacis habet.
Hàc ibam ſolus repetens ſuſpiria Noctis:
Alternans gemitus, o Phylomena tuos.
Hàc dubia in nocte, & cum Phoſphorus Aſtra trahebat:
Redderet, & nitidum cana Pruina ſolum.
Quis te demerſam lethei fluminis unda,
Ad Superos traxit, ſtelliferumque Polum?
Agnoſco veteres tractus, umbraſque magiſtras:
Hoc Nicolaus tam benè ſinxit Opus.
Tu Nicolae potes torpentem evincere Lethem,
Qui tantos Faſtus eruis è tenebris.
Querna corona datur Civi pro Cive redempto:
Delphica, Chare Tibi, qui Patriam redimis.
Ar maque mixta Togis aliarum Fama celebret.
Attilii hanc Matrem prædicet, atque Tui.
Diceris & meritò Cunctis Fax altera Juris,
Si vehis ad noſtrum Tu nova jura Forum.
Salve Altrix Noſtri, Oſcorum clariſſima Tellus:
Heroum Genitrix, quam genuitque Ceres:
Vos quoque, proh dolor! o cineres ſalvete Iacobi
FalconI, cineres, ſpiritus aſtra tenet.
Tu quoque Sancte Pater, quoque Tu veneraberis, atque
Excipies Plebis fervida vota tuæ.
Sacra hìc ſi binis decoratur Faſcia Sanctis,
Calatiæ curam tertius Ipſe geres.

AL SIGNOR

D. NICOLA DE SIMONE

SONETTO

Del Signor Avvocato

D. DOMENICO D' ELENA.

Tra gli Spenſierati, Ciriaco Tindaride.

DE la tua cara Patria i pregi, e i vanti,
Che 'l Tempo edace avea ſpenti, e ſepolti,
Tu ravivi ò SIMON co' i tuoi ben colti
Studj; onde voli ad ogni ſaggio avanti.
Perciò nuovi Petrarchi, e nuovi Danti,
E i più ſublimi ingegni in un raccolti,
Soli potrian lodarti: Io nò, che incolti
Verſi vergo sù i fogli, e rozzi canti.
Pur, ſe Giove aſſai più, che gemme, ed ori
Tal or gradiſce altrui offerta umile,
Laſcia che anche Io, qual poſſo, oggi t' onori;
E dica: O grand Eroe à cui ſimile
Non è, nè fù trà i più dotti Scrittori,
Viva il tuo nome ognor dal Battro al Tile.

Digitized by Google

DELLO STESSO

AL SIGNOR

DON NICCOLO' DE SIMONE

Anagramma puriſſimo

DE' CONSIMILI NON ODO

MADRIGALE.

PEregrin ſtudioſo;
Che del Caſtalio rio in cerca vai,
Per diſſetarti all' onda ſua gradita;
Ferma il piè fatigoſo
Sù queſta ſponda del Volturno; e aurai
La ſaggia voglia tua, quì già compita
Entra in Calazia, e trova
Il Gran SIMON; che à prova
Dell' alto ſuo ſaper, verrai di ſaſſo,
E ſtupido dirai: altro non chiedo,
DE' CONSIMILI a lui NON ODO, ò vedo.

Digitized by Google

AL SIGNOR

D. NICOLA DE SIMONE

SONETTO

Del Signor Avvocato

D. LORENZO DE IORIO

D'Alvignano.

BEn l'onor priſco tuo, ſalvo, ed intero
Trarre da i denti dell' oblio ſperaſti,
Quando di Niccolò lo 'ngegno altero
Dal ſen proprio, Cajazza, al Mondo daſti.
Ve' com' Egli or con ſtil dotto, e ſincero
Rinova i pregi tuoi ſcaduti, e guaſti:
Ve' come ad onta del rio Veglio, e fero
Di te ſcopre l' Iſtoria, e adorna i Faſti.
Poi de' Statuti ancor quanto ſia giuſta
La ſerie moſtra, e inghioſtro non riſerba,
Perche ſia la tua gloria intera, e auguſta.
Ben dunque a par d' ogni Città, che ſerba
Bontà di Leggi, e vanta età vetuſta
Andar oggi ten puoi lieta, e ſuperba.

Digitized by Google

AL SIGNOR

D. NICOLA DE SIMONE

SONETTO

Del Signor

D. NICOLO' VINCENTI

Barone di Dragoni.

OH te beato! E non t' invidio io 'l Nome
Grande, e l' altera Fama, eglorioſa,
Ne l' Opra, onde vieppiù di mille Rome
Reſa è Calatia tua chiara, e famoſa.
Ma la Virtude, in cui, Signor, ſiccome
Nave nel Porto il tuo bel Cor ripoſa
Tranquillo, e ſcarco dalle gravi ſome;
Che fan la vita altrui ſtanca, e nojoſa.
Queſta io t' invidio, onde; qual Rio dà Fonte
Sorge il tu' Onore, e donde un giorno aſpetto
Mille, e mill' altre Opre immortali, e conte.
Che ſe parne sì bello ogni ſu' effetto,
Quant' è più bella de' ſuo' effetti a fronte
Poi la cagione? Oh ti vedeſs' io 'l Petto!

Digitized by Google

SUPER
STATUTIS MUNICIPALIBUS
CIVITATIS CALATIÆ
OBSERVATIONES.
DE ANTIQUO STATU CIVITATIS CALATIÆ
INTRODUCTIO.

DIcturus ſuper Interpretatione Jurium hujus Civitatis, operæ pretium prius duxi aliqua ſuper dictæ Civitatis initiis, progreſſu, & præſtantia pertractare, non quia velim extra aleam divagari,& ultra mei propoſiti rationem dictæ Civitatis hiſtoriam texere, ſed quia hoc exiſtimo ad eorundem Jurium integram interpretationem pertinere, ſi aliqua de dictæ Civitatis primordiis, antiquoque vivendi Jure antecedenter diſſeram, ſive quia ita ferè natura comparatum eſt, ut in omnibus rebus initia præcipuè ſint ſpectanda, tamquam, quæ cujuſque rei potiſſima pars ſint; & in Urbibus præcipuè, in quibus nihil eſt tam laudabile, & quod majori præconio, imo per ſpeciem quamdam religionis extolli poſſit, quam earum vetuſtas, unde appoſitè Plinius ad Maximum ſcribens, ait, Antiquitatem,ſive vetuſtatē,quę in hominibus eſt venerabilis,in Urbibus ſacram eſſe. I

I Calatia una ex antiquiorib. Cāpanię Civitatib.

Calatia igitur una ex Campaniæ Civitatibus prope Vulturnū amnem amęnissimo in loco poſita longè ante Romam conditam ſuam jactat originem, cum legatur (ut alia omittām,quæ de ejus antiquitate circumferuntur) eam unam fuiſſe ex Oſcorum Civitatibus,qui poſt Aborigines ante Trojanorum in Italiam adventum, hanc Regionem incoluerunt,ut patet ex *Virg. Æneid.* 7. ubi gentes enumerans,quæ Rutulorum partes contra Æneam ſecutæ fuerunt, de Oſcis mentionem habet.

> *. . . . . Quique Cales linquunt,amniſque vadoſi*
> *Accola Vulturni,pariterque Saticulus aſper*
> *Oſcorumque manus*

Quod comprobat Philippus Cluverius in ſua Italia antiqua *l.*1. *c.*1. & *lib.*3.*c.*9.ubi ait:Oſcos ejuſdem gentis fuiſſe cum Auruncis,& Auſoniis,vocis tantū denominatione diſtinctos,ratione ſcilicet diverſarum Regionum,quas incolebant; conſtat autē,Auſonios,& Aruncos longè ante Trojanum bellum Italiam inhabitaſſe, ut ex præfato Cluverio, Camillo Pellegrino in ejus Campania,aliiſque.

Quod autem Calatia una fuerit ex Oſcorum Civitatibus, patet ex eo, quia Oſci eam Regionem incolebant, quæ circa Vulturnum prope Tifata, Calliculamque montes ſita eſt, intra quorum fines fuit etiam Civitas Sidicinorum, quæ ob id etiam ante Romam conditam creditur ædificata. quod confirmaſſe videtur Antonius Sanfelice in ejus Campania, ubi ait: *Oſcorum quoque gentis confines ſunt Calatini*. Præter quam quod idipſum etiam dignoſcitur ex vetuſtiſſimo quodam Templo extra hanc Civitatem olim Veneri dicato, cujus nunc ſupereſt ſolum nomen cum lapidea tabella prope Forum trãſlata, quæ ut fama loquitur, erat præ foribus templi illius: Nec non ex vetuſtiſſimo quodam Priapi ſimulacro ex ruderibus dicti templi, olim in ſedili ejuſdem Civitatis collocato, paucis abhinc annis cujuſdam Religioſi hominis opera abducto; cum nulli dubiũ ſit Oſcos talia numina in cultu habuiſſe, eiſque ſummos honores, venerationemque præſtitiſſe: Dictumque ſimulacrum in tanta fuit exiſtimatione apud Joannem Blaeu in ejus opere, quod inſcribitur: *Theatrũ orbis terrarum*, ſive *Novus Atlas*, ut de hac Civitate ſcribens, dicere nõ dubitarit: *Illud ſilentio prætereundum non cenſeo, quod etiã nunc in ipſo foro Civitatis extat ſimulacrum lapideum Priapi paucis ante annis in ruderibus antiqui templi Veneris Felicis repertum, quale ſimulacrum nec in antiquitatibus, quotquot Romæ ſunt, nec in ulla alia Urbe (quod ſciam) reperitur.*

Calatia una ex Civitatibus Oſcorum.

Priapi cultus apud Calatinos.

Quod non alia ratione a præfato Blaeu exiſtimo fuiſſe dictum, niſi quia idipſum vetuſtiſſimæ antiquitatis hujus Civitatis non exiguum eſt monumentum, ex quo legimus, apud vetuſtiſſimas tantum gentes hunc invaluiſſe morem; ut enim refert Herodotus *l.* 2. Thebanis in Ægypto in Cytherone monte, Libero Patri ſacra nocturna celebrabantur, in eiſque erant φαλλοι. quod & tradit Plutarchus *in libr de cupid. Opum*; & Theodoretus *lib.* 3. refert quaſdam Ferias, ſub nomine φαλλαγογία, ex quo in eis φαλλοι circumferrentur; nec omittendum eſt quod refert Diodorus, Iſidem primam apud Ægyptios virile mẽbrum in cultu habuiſſe, eiq; ſacra, ceremoniaſq; inſtituiſſe, voluiſſeq; ut eo primũ Sacerdotes initiarẽtur, & apud Hebræos *l.* 3. *Reg.* 15. & Paralip. *l.* 2. *c.* 16., ubi de ſpecu, & ſacris Priapi tempore Aſæ Regis Juda, & ante eũ, ſub nomine Phegor, & Beelphegor, ut notat Jacobus Boyſardus *in l. de Divinat. & Mag. Præſtig.* & Sinibaldus in ſua Geneatropeja *l.* 2. *tract.* 2. *c.* 2. Quod conjici poteſt, eos ab Ægyptiis fuiſſe mutuatos; ſimilemque morem apud antiquas Italiæ gentes prævaluiſſe, auctor eſt D. Auguſtinus *de Civ. Dei l.* 7. *c.* 21. ibi: *In Italia compitis quædam dicit ſacra Liberi celebrata, cum tanta licentia turpitudinis, ut in ejus honorem verenda virilia colerentur.*

Ejuſdem cultus apud pleraſq; antiquiſſimas nationes.

Roma vero condita, & propriè per ea tempora, quibus Romanorũ Reſp. integra libertate fruebatur, Civitas hæc inter nobiliores Italiæ Civitates fuit adnumerata, ut aperte habetur ex Polybio *lib.* 3.

ejus

Digitized by Google

ejus hiſtoriæ, ubi de Capua, ejuſque agro Campano verba faciens, ait: *Sunt præterea in eo ſitæ nobiliores Italiæ Civitates; ſiquidem oram maritimam incolunt Sueſſani, Cumani, Neapolitani, ad extremum Nucerini; mediterraneam vero à Septentrione Calatini, Caleni, ab Oriente, & meridie Dauni, & Nolani.* Subditque citatus Joannes Blaeu, Annibalem inter alias cauſas motum fuiſſe ad Campaniam invadendam, ut potiretur ſcilicet tribus nobilibus Civitatibus Capua, Atella, Calatia; cui ſe ſubſcribit Ughellus in ſuo opere de Epiſcop. Italiæ, ubi de Epiſcopis Calatinis. *Calatia inter nobiliores Campaniæ Urbes à Polybio adnumerata.*

Quibus temporibus, eam fuiſſe municipium, imo ſub nomine, & dignitate Reip. excelluiſſe, conſtat ex pluribus, & primo ex ſequenti Livii loco, ex quo habetur, ante ſecundum punicum bellum, & per tempora ejuſdem belli, Calatinos inter populos ſocios Populi Romani fuiſſe adnumeratos; ſic enim ipſe habet *Dec.3.l.2.c.35.*, ubi de defectione ſociorum poſt Cannenſem cladẽ: *Quanto autem major hæc clades ſuperioribus cladibus fuerit, vel ea res judicio eſt, quod qui ſociorum ad eam diem firmi ſteterant, tum labare cœperunt, nulla profecto alia de re, quam quod deſperare cœperant de imperio: defecere autem ad Pœnos hi Populi, Atellani, Calatini, Hirpini, Apulorum pars, Samnites Brutii omnes, Lucani, præter hos Surrentini, Græcorum omnis ferme ora, Tarentini, Metapontini, Locrique, & Ciſalpini omnes Galli: nec tamen hæ clades, defectioneſque ſociorum moverunt, ut pacis unquam mentio apud Romanos fieret*: Conſtat autem ſub ſociorum nomine nonniſi Civitates Fæderatas, & Municipia venire poſſe; nam Coloniæ, & Præfecturæ in omnibus, & per omnia ſubjectæ erant Populo Romano, unde eis ſociorum nomen convenire non poterat. Secundo idipſum evincitur ex ſequentibus verbis in præfato lapide inſculptis *Municipii dignitate inſignia.*

VENERI FELICI
P. SERVILIUS P. F. FAL. APRILIS
II VIR QQQ RP. O PEC. ALIMENT
PAT MUNICIPI CALATINORUM
CURIA OP. ND. REIP. EJUSDEM
PECUNIA SUA FECIT

Quorum interpretatio eſt: *Veneri Felici. Publius Servilius Publii filius Falerinæ Aprilis, Duumvir, Quinquies Queſtor Reipublicæ omnis pecuniæ alimentorum, Patronus Municipii Calatinorum, Curia operis novi dicata Reipublicæ ejuſdem pecunia ſua fecit*; vel ut alii illas literas O.P.N.D. interpretantur, *Operi Priapo Numini dicato.* Quibus verbis mentio habetur Duumvirorũ, qui Magiſtratus Supremus ferè erat in Municipiis, ita ut ad inſtar Conſulum faſcibus uterentur. Similiter mentio habetur Quæſtorum, nec non Patroni Municipii, qui & Defenſor, & Pater Civitatis dicebatur, ut tradit Joacchimus Hopperus de vera Juriſprudentia *l.8.c25.*, ubi de

Magiſtratibus municipalibus. De quo Municipii Patrono interpretari poteſt inſcriptio in parte ſiniſtra veſtibuli meæ domus poſita ex parte plateæ majoris in fronte, & lateribus Statuæ lapideæ togati viri, quem veriſimile eſt, hujus municipii patronum fuiſſe, ubi hæc inciſa ſunt verba

NUM. SI CLERONIS
PATRONUS FEC.

Quod & apertius habetur ex alio lapide, qui reperitur in Parochiali Eccleſia S. Thomæ terræ Limatulæ

L. PLACID. L. F. L. N. L. PRON. TER
CARPIANO SPL. EQ. R.
MUNITO SACERD. LANU. PAT. MUN.
CALAT. ITEM COL. ALIFAN. PAT. ET
CURAT. R. P. ATINAT, ITEM SEPINAT.
PAT TEANENSIUM APULUM DOMITIA.
GALATIA UXOR ET PLACID. I. MARCIA
C. F. C. ET CARPIANI SEN, ET JUN.
FILIJ

Item ex alio Lapide, cujus literæ ferè conſumptæ reperiuntur in Porta Meridionali dictæ Civitatis, quæ ab Eccleſia proxima dicitur S Petri, de quo infra

Et confirmat Marinus Freccia in ejus opere de Subfeudis *l.1.c.de Provinc., & Civit. Regn. n.30.* his verbis: *Epiſcopus Calatiæ una ex Civitatibus Campaniæ, antiquitate fulget ex authoribus, Reſpub. olim.*

Qua ratione Attilius ex hac Civitate ortus, & ob id Calatinus appellatus anno ab V.C.495. una cum Sulpitio Paterculo, & anno 499. cum Gn.Cornel.Scipione Aſin. in Urbe Roma Conſulatus meruit honore inſigniri, ubi etiam Dictaturæ, & alia primi ordinis munia exercuit, ut ex Cicerone, Floro, Val. Maximo, aliiſque.

V *Propriis utebatur legibus*

Unde etiã fuit, quod Calatia per eadẽmet tempora propriis legibus, Inſtitutiſque utebatur, ad inſtar earum Civitatum, quæ liberæ conditionis erant, ut colligitur ex Cic.*l.13.epiſt.famil.37.*, ubi legum Calatinarum mentionem habet per hæc verba: *Hyppiam Filoxeni filium Calatinum hoſpitem, & neceſſarium meum tibi commendo majorem in modum; ejus bona, quemadmodum ad me delata res eſt publicè poſſidentur alieno nomine contra leges Calatinorum*. Quod eo magis dubio procul aſſerendum eſt, quia hæc erat præcipua municipiorum dignitas, & præſtantia, ut propriis, non alienis viverent legibus. Hinc Gellius *l.16.Noct.atticar.c.13.* Municipes vocat Cives Romanos ex municipiis ſuo jure, & legibus utentes, muneris tantum cum populo Romano honorarii participes, nullis aliis neceſſitatibus, nec ulla populi Romani lege adſtrictos, ex quo nunquam populi Romani eorum fundus factus eſſet: Et confirmat Sigonius de antiquo iure Ital. *cap. de Reg. municip.*, ibi: *Hujus enim ſummum jus fuiſſe video in legibus*

Digitized by Google

legibus ferendis, & Magiſtratibus municipalibus creandis; Unde pervulgata ſunt illa Ciceronis in legibus, M. Ciceronem Avum ſuum M. Cratidio in Municipio legem tabellariam ferenti acerrimè reſtitiſſe.

Quamobrem merito mirandum videtur de iis, qui Colonias Municipiis anteponunt; Coloniæ enim nullas proprias habebant leges, & cum ex Civitate propagatæ eſſent, jura inſtitutaque omnia populi Romani, non ſui arbitrii habebant; & proinde earum conditio potius oboxia, multumque ſervitutis habens, quam libera dici debebat; unde idem Gellius refert, Præneſtinos maximo opere a Tiberio Imperatore petiiſſe, ut ex Coloniæ in Municipii Statum redigerentur, idemque illis Tiberium pro referenda gratia tribuiſſe, ex quo in eorum finibus ſub ipſo oppido ex capitali morbo revaluiſſet. Cui conducit quod Imperator Hadrianus in ſua Oratione in Senatu habita de Italicenſibus diſſeruit, de qua idem Gellius *l.cit.* *Municipia Coloniis digniora*

Non diffiteor tamen, eas in hoc aliquo præſtabili honore fulgere, propter amplitudinem ſcilicet, majeſtatemque populi Romani, nam cum in eis aliqua pars Romanorum Civium inhabitaret, dictæ Coloniæ, quaſi effigies parvæ, & ſimulacra Reip. eſſe videbantur: Vel etia propter utilitatem, quam ex eis populus Romanus percipiebat; ut enim ait Cicero de lege Agraria: *Majores noſtri Colonias ſic idoneis in locis contra ſuſpicionem periculi collocaverunt, ut non oppida Italiæ, ſed propugnacula Imperii eſſe viderentur.*

VI *Agri Calatini extentio.*

Ut tamen hic aliqua de agro Calatino, ejuſq; antiqua extenſione, & latitudine dicamus, ſciendum eſt, quod agri Calatini contermini erant Samnites, mediante Vulturno: A meridie, ultrà Vulturnum, Tifata montes, ut patet ex Antonio Sanfelice, ubi de præfata Civitate loquēs, ſic ait: *Poſt Tifata montes, qui non procul aberant a veteri Capua, quiq; Samnium verſus Campanis fines ſtatuunt, & Calatinis, montana eſt Calatia*: Eo magis quia dici non poteſt, Territorii tractum, qui inter Vulturnum, & Tifata intercedit, ad Saticulanum agrum pertinuiſſe, quia Saticula ultra præfatos montes collocatur a Geographis, & inter eos a Cluverio, & propriè in eo loco, ubi dicitur *Caſerta*; Unde exiſtimari debet, totum Territorium, quod inter Vulturnum, & Tifata intercedit, ad agrum Calatinum pertinuiſſe.

Ab occidente vero jungebatur agro Trebulano, qui nunc ager eſt Baroniæ Formiculæ; Trebula enim Campaniæ Civitas, de qua Ptolomœus, Livius, Plinius, aliiq; non in apertis ſtetit Campis, pari inter Capuam, & Sueſſulam intervallo, ut autumarunt Anaonius Sanfelice, & Cluverius, ſed inter montes præfatæ Baroniæ, ex parte occidua agri Calatini, & proprie in pago, qui dicitur, *Treglia*, collocatur a Pellegrino in ejus Campania, ubi hoc diverſis comprobat interpretationibus, & conjecturis, apertiuſq; evincitur ex veterum ædificiorū ruderibus, & ruinis, quæ in eodē loco conſpiciūtur, & ex exciſſo murorum ambitu, quæ non ignobilis oppidi fuiſſe mœnia ma-

manifeſtè demonſtrant, nec non ex diverſis ſemiconſumptis inſcriptionibus,quas in unū congeſſit accuratiſſimus vir Joannes de Simone ſemper mihi recolendæ memoriæ genitor meus , in quibus Trebulæ,& Trebulanorum mentio habetur,quas hic referre locum non exiſtimo . Ex eadem etiam occidua Solis parte Calatinum agrum cum Caleno agro conjungit Livius lib. 22.ubi Annibalis adventum à Samnio deſcribens , ajt : *Per agrum Allifanum, Calatinumq; & Calenum agrum in Campum Stellatem deſcendit.* Quis autem propriè fuerit locus,ſive Saltus,per quem Annibal in Stellatem agrum traduxit exercitum , variant Interpretes; nam Cluverius ait, fuiſſe illud loci intervallum , quod a Territorio Allifano per Bajanum Territorium & ſucceſſivè Teanum verſus ſe extendit; & Saltum, ſive anguſtias a Polybio , & Livio deſcriptas eſſe juxta montem Teanenſis Diœceſis, qui dicitur, Cajanello, & propriè ad lævam Savonis ripam . Sed Pellegrinus illas fuiſſe anguſtias exiſtimat , quæ inter Vulturnum, & Trifliſcum jugum interjacent . Hodiè autem juxta diverſas temporum, conceſſionum, ſive contractuum vices diverſa prorſus ſunt dictorum locorum confinia .

Quibus præmiſſis,ut aliqua per temporum ordinem,quantum fieri poteſt , & ad nos notiones pervenerunt de hac Civitate dicamus, omittendum primo loco non eſt , Calatinos in omnibus ferè bellis populi Romani, quæ in hac Italiæ ora geſta ſunt, ſemper fidiſſimos Romanæ Reipublicæ fuiſſe ; & præcipuè tempore Samnitici belli, quod & Reipublicæ Romanorum , & Italiæ ferè univerſæ non exiguū attulit detrimentū: Cum enim Sānites anno ab V.C.433,ob pacem a Romanis non impetratam,ad novum bellum ſe paraſſent,Duce Cajo Pontio Herennii filio, T. Veturius Calvinus, & Sp. Poſthumius Novi Conſules Calatiam ſe contulerunt , collocatis in ejus agro Romanorum caſtris : Sed cum interim Samnites è Gaudio , ubi quàm occultiſſimè caſtra habebant, decem milites ſub Paſtorum habitu miſiſſent , ut requiſiti de Samnitum exercitu, nunciarent , eos Luceriæ eſſe,eamq;omnibus copiis circumvallare,eò res devenit, ut Conſules a fictis Paſtoribus circumventi, ex hac Civitate moverent Caſtra , animoque Luceriam liberandi , eam viam eligerent , quæ per montes , & ſaltus ſupra Gaudium brevior omnibus videbatur; Sed poſitis propè Gaudium per Samnites inſidiis , eò Romani adducti fuere , ut inermes omnes ſub jugum mitterentur , ut ſcribit Livius *decad. prim. libr. 9.* In cujus, præſtantis facti ſequelam , Calatia ad Samnites pervenit , & ultra eam Nola, Atina , Fregellæ , aliæq; Sora autem , & Saticula ultrò Samnitibus ſe dedere , receptis intra eas ipſorum præſidiis , ut ex citato Livio ibidem .

Calatini tempore Samnitici belli fidiſſimi populo Romano.

Calatia in Samnitum poteſtatem

Calatia, & Atina a Romanis captæ.

Fuſis autē poſtea virtute Papirii Curſoris per Romanos Samnitibus, iiſq;in præcedentis facti ultionem etiam ſub jugum miſſis, habetur ſucceſſive, eodem Papirio. Quintum, ex C.Junio Bubulco iterum Conſulibus, Calatiam una cum Nola , & Atina a Romanis captas

pta s fuiſſe, ut ajt Livius *dicto loco 9.cap.29.Qui capta decus Nolæ ad Conſulem trahunt,adijciunt;Atinam,& Calatiam ab eodem captas.* Verum cum Romanis permanſit uſq; ad Conſulatum P. Cornelii Arvina, & Q. Martii Tremuli, qui contingit anno ab V.C.447. quo anno propter diſceſſum ex Samnio Proconſulis Q. Fabii, qui paulo ante apud Allifas alio certamine Samnites fuderat, denuo una cum Sora a Samnitibus expugnata fuit, expulſis, profligatiſq; Romanorū præſidiis,ut tradit idem Livius *loc.cit cap.32.ibi: Calatia,& Sora,Præſidiaq;quæ in iis Romana erant expugnata, & in captivorum corpora militum fœde ſævitum*: Sed poſtea a Romanis recuperata, legitur novis mœniis circumdatam fuiſſe,ut ſcribit Livius *Decad.5:l.5.c.26. Idem Calatiæ, & Oximi muros faciendos locaverunt, venditis ibi publicis locis, pecuniam, quæ redacta erat Tabernis utroq; foro circumdandis conſumpſerunt*: Ex quibus omnibus videtur quanti ea a Romanis habita fuerit, ut advertit Vghellus *de Epiſc.Italiæ cap.de Epiſc.Calatinis*, ubi ajt: *Eam aliquando expugnaſſe Samnites, mœniiſq; exuiſſe ſcribunt, quam deinde ex S.C. auctoritate Q. Fulvium Flaccum, & N.Poſthumium Albinum Cenſores reſtauraſſe,noviſq; muris circumvallaſſe,dicunt,ut adverſus Samnites Romanorum eſſet arx,& Præſidiū*

Denuo cum Sora à Samnitibus expugnata.

Mœnia Calatiæ a Romanis inſtaurata.

Quibus poſitis,mirandum hic videtur de Camillo Pellegrino, qui in ejus Campania ajt, Calatiam potius inter Civitates Samniticæ Regionis, quem Campaniæ eſſe adnumerandam; ſi enim hoc ajt ex citato Livii loco *L.9.. In Samnio quoq; quia deceſſerat inde Fabius novi motus exorti. Calatia, & Sora, Præſidiaque, quæ in ejs Romana erant, expugnata*, ex verbis prædictis non videtur ſufficiens deduci poſſe pro ejus opinione argumentum; nam Livius paſſim Samnium nominat extra præſcriptos Samnii confines, improprie tamen, nominando ſcilicet ea loca, quæ Samnites extra proprios fines in ſuam redegerunt poteſtatem, ut optime advertit Cluverius *tom.1.l.4.cap.7.*ubi ad rem interpretatur dictum Livii locum *de Calatia, & Sora*; quarum primam indubiè ajt intra Campaniæ fines eſſe adſcribendam, & ſecundam intra fines Volſcorum, ut docuerat *lib.3.c.8.* ad quam interpretationem fulciendam facit alius Livii locus *Decad. prima l.10.c.28* ubi ait, quod Sp. Carvilius cum Legionibus in Samnium profectus Amiternum Oppidum de Samnitibus vi cæpit..... *Papirius novo ſcripto Duroniam Urbem expugnavit*;ſubſequiturq;*Inde pervagati Samnium Conſules,maximè depopulato Atinate Agro, Carvilius ad Cominium, Papirius ad Aquiloniam, ubi ſumma rei Samnitium erat, pervenit*: Quo in loco Livius ſupraſcipta ratione Samnii fines ad Antium uſque propagaſſe videtur; cum e contra certiſſime conſtet, Civitates prædictas non ad Samnitium Regionē pertinuiſſe, ſed Antium Volſcorum gentis eſſe caput, & Amiternum Sabinorum oppidum fuiſſe, ut ex eodem Cluverio *l.2.cap.9.*

Refellitur Pellegrinus.

Anno autem ab V. C. 495. tempore ſcilicet primi Punici Belli, cum

cum Attilius Calatiâ ortus, ratione ſuffragiorum, quæ in creatione Magiſtratuum Urbis Romæ dicta Civitas habebat, ut ſupra dictum, eſt, primò Conſul cum C. Sulpitio Paterculo, & cum Cn. Cornelio Scipione, & poſtea Dictator dictus fuiſſet, Romanorum Reip. non exiguæ extitit utilitatis; nam ut de eo ait Polybius: *Attilius Calatinus Ætna, Drepano, Lilybao hoſtilia Præſidia dejecit, Panormum cepit, totamque Siciliam pervagatus, paucis navibus magnam hoſtium Claſſem, Duce Amilcare, ſuperavit*: & Florus *in Epit.* 14. *Decad. Livii l.* 19. *Attilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit*: & idem Florus in ejus hiſtoria: *Calatino dictatore omnia fere præſidia Pœnorum Agrigento, Drepano, Panormo, Eryce, Lilybæo detracta, trepidatum ſemel circa Camerinenſium Saltum, ſed eximia virtute Calphurnii Flammæ Tribuni Militum evaſerunt*: De qua victoria, aliiſque præclaris in Sicilia geſtis Attilius Romæ triumphavit, ut refert idem Florus, quem ſequitur Tarcagnota, & de Sardis etiam triumphaſſe referunt tabulæ Capitolinæ. Ipſum etiam Attilium Romæ Tribunum Pl. fuiſſe habetur ex quadam inſcriptione Meſſanæ in marmore poſita, quam per extenſum refert Octavianus Melchiori in ejus hiſtoria typis data, in fine cujus lapidis hæc habentur *Approbatum eſt præſens decretum Patrum a Cn. Calatino Tribuno Pl. poſt Urbem conditam CCCCLXXXX, Remp. primo Bello Punico turbante*. Iſque etiam apud Populum Romanum tantæ fuit auctoritatis, & prudentiæ, ut ſpecimen quoddam Reip. & Oraculum eſſe videretur, unde Cicero in L. de Seneƈt. de ejus auctoritate in Rep. loquens ſic ajt: *Quanta fuit in L. Cecilio Metello? Quanta in Attilio Calatino, in quem illud elogium unicum: Plurima conſentiunt gentes, Populi primarium fuiſſe Virum.* Et in Orat. pro Cn. Plancio, ubi inter primos Reip. viros, qui rem Romanam diverſis temporibus inſtaurarunt, quibus, ajt, non reperiri ſua ætate pares, eum enumerat per hæc verba: *Quis noſtrum ſe dicit M. Curio, quis C. Fabritio, quis C. Duellio parem? Quis Attilio Calatino, quis Cn. & P. Scipionibus? Quis Africano, Marcello, Maximo?*

§ VIII. *Attilius è Calatia ortus Cōſul, & Dictator Populi Romani*

Ejus geſta, & encomia.

Et licet aliqui autument Calatini vocabulum potius familiæ eſſe quam a Patria deſumptum, eos tamen ex hoc falli manifeſte videtur quia antiquiſſima, & inveterata traditio in hac Civitate quaſi per manus tradita ſemper tenuit, Attilium ex hac Civitate originem ſuam traxiſſe, perveniſſeq; ad Conſulatus, & Dictaturæ dignitates ex participatione, quam dicta Civitas, uti Municipium cum ſuffragio, habebat in electione Magiſtratuum Reip. Romanæ? Municipes enim, ut ait Ulp. in Lege prima D. ad Municip. erant muneris participes recepti in Civitatem, ut munera Reip. cum Civibus Romanis exercerent; quod quomodo fiebat explicat Sigonius de Antiquo Jure Italiæ L. 2. *cap. de Municip.* Quæ traditio utpote in re tam vetuſta non exiguam meretur fidem. Atque hoc eo magis, quia tribu

prope

prope milliaribus a noſtra Civitate,ſecus viam,quæ Neapolim,Capuamq;duc it, viatoribus ſe offert tumulus non exiguæ magnitudinis,& ſtructuræ,Attilii nomine erectus, in cujus ſummitate , fama eſt , hæc verba in lapidibus inciſa fuiſſe . ATTILII CALATINI OSSA. Refertq; D.Octavianus Melchiori meus Proavunculus Magnus in ſua Hiſtoria Calatina, Alexandrum Mirto de hac Civitate, & hujuſmet Civitatis Epiſcopum , tempore Viſitationis antiquæ Eccleſiæ Sancti Donati prope dictum Tumulum conſtructæ, laudabili curioſitate motum , locum perſcrutaſſe, reperiiſſeq; circa ſummitatem dicti Tumuli herbis , vepribuſque involuta verba prædicta;& Pater Magiſter ordinis Min. Conventualium F.Julius de Bernardo Calatinus in ejus Hiſtoria manuſcripta teſtatur in dicto tumulo aliquos poſt annos pleraq;dictorum verborum reperiiſſe fragmenta , his verbis : *Volui ego de Calatinis rebus ſcripturus videre locum,quo cum perveniſſem,ingentem molem inveni , & curioſius adhuc omnia perſcrutanti ex improviſo oculis occurrit quadratus lapis marmoreus ſpinis , vepribusq; adopertus , qui ex ſepulcri ſuperbi faſtigio corruiſſe oſtendebat: hunc cum cujuſdam Paſtoris auxilio obvolviſſem, Saxo in eodem duo magna TT reperi, quæ ſocias lapides ſcriptas deſiderare mutulo quodam ſermone annuebant .*

Nec obſtat, alium tumulum Romæ extra portam Capenam Attilio fuiſſe erectum,ut narrat Cicero , nam tumulum prædictum Romæ honoris tantum gratia erectum fuiſſe , ex eo conjcitur, quod in præfato tumulo in hoc agro Calatino poſito reperiebantur verba illa realem corporis collocationem denotantia, ſcilicet , *Attilii Calatini Oſſa*; ut ex conſimili inſcriptione poſita Romæ in ſepulcro C. Ceſaris, quam refert Gruterus , *Oſſa C. Ceſaris Auguſti F.*, argumentatur Robertus Riguez in notis ad Paterculum *L.2.c.* 102. ubi ex hoc ait , C. Ceſaris corpus Romæ in dicto ſepulcro haberi , licet Bellonius referat,aliud ſepulchrũ ejuſdẽ C.Ceſaris obſervaſſe Emiſſæ quod ultimũ citatus Riguez ſimplex cenotaphiũ fuiſſe affirmat. Quibus accedit,quod Romanorũ tẽporibus uſu receptũ fuit ſimilia ſepulcra, honoris cauſa viris virtute præſtantibus erigi, quæ proprio nomine κενοτάφια vocabantur,ſcilicet vacua, & inania ſepulcra, ſive honoraria ſepulcra , ut ea appellat Suetonius in Claudio, de quibus exemplum habemus in Virgilio 3.*Æneid.*, ubi de Hectoris ſepulchro,& *Æneid.*6.ubi de Deiphobi Cenotaphio ; & patet ex Livio *l.*38.*cap.*35. ubi mentiõ habetur de ſepulcro Africani Romæ extra eandem portam Capenam,cum aliunde conſtet,eum Linterni verè conditum fuiſſe, ibique adſcriptum fuiſſe Epitaphium : *INGRATA PATRIA NE OSSA QUIDEM MEA HABES*, de quo Val.Max.*l.*5.*c.*33,*n* 2. *Diluitur objectio*

Cum vero Annibal ex Africa , Hiſpaniaque per Alpes Italiam adveniſſet,& poſt Trebbiæ, Traſymenique pugnas victor è Samni-

IX *Calatini poſt Cãnenſem cladem ad Annibalem defecerunt.* tica Regione per Agrum Allifanum, Calatinum, Calenumque deſcendiſſet in Agrum Stellatem, prope Caſilinum, ut ſcribit Livius *dec.3.l.2.cap.*10. Calatia, ut par erat, Romanorum partes ſecuta fuit; Sed poſt Cannenſem cladem, cum Romanorum res penè deſperata eſſet, & ipſimet Romani patritii de Italia relinquenda cogitarent, ut ſcribit idem Livius *l.cit.n.*29. Calatini una cum Atellanis, Hirpinis, Samnitibus, Lucanis, Brutiis, Metapontinis, Crotonienſibus, Locrſs, Tarentinis, & aliis Italiæ populis, Annibalis partes ſecuti fuerunt, ut ibidem ait præfatus Livius. In quo tamen fœdere credeudum eſt Calatinos non æquo, alacrique animo fuiſſe, ſed potius vi, & timore tam magni, & vicini hoſtis perculſos, tum ex eo, quod ſcribit Silius *l.*11.

Jamque Atella ſuas, jamq; & Calatia abegit,
Fas ſuperante metu, Pœnorum in Caſtra cohortes.

De eorũ reditu ad Romanos tùm etiam quia ſtatim ac a Claudio, & Fulvio Coſs. Capua fuit ſubacta, & Cartaginenſium potentia cœpit debilitari, ad Romanos redierunt, ut ait citatus Livius *diſt.Dec.l.6.cap.*11. De quo tamen fœdere licet invito, & coacto ut prædiximus, Calatini ſive jure, ſive injuria, una cum Atellanis, & Sabatinis non exiguas luere pænas, ut ibidem Livius: *Atellaq; & Calatia in deditionem acceptæ, ibi quoque in eos, qui capita rerum erant, animadverſum*: & ex inde facta ex authoritate Senatus per L. Attilium Tribunum plebis rogatione plebi: Quid de Campanis, Calatinis, Sabatinis, Atellanis fieri vellent Quirites, remiſſa ex plebiſcito Senatui deliberatione, Senatus cenſuit, Campanos omnes, Atellanos, Calatinos, Sabatinos, extra quã qui eorum, aut ipſi, aut parentes eorũ apud hoſtes eſsẽt, liberos eſſe; itaut nemo eorũ Civis Romanus, aut latini nominis eſſet: Reſpectu vero Senatorum earumdem Urbium, alia fuit prolata deliberatio, nam ex quo ſupponebantur defectionis authores, juſſit Senatus, Senatorum omnium quique magiſtratus Capuæ, Atellæ, & Calatiæ geſſiſſent, bona venire Capuæ, & libera corpora, quæ venundari placuerat, Romam mitti, & Romæ venire, ut ex eodem Livio *Decad.*3.*l.*6.*cap.*27.

Quia autem idem Livius *l.cit.cap.*5. de Annibale loquens è Brutiis in Campaniam redeunte, ut obſeſſæ Capuæ ferret auxilium, hæc habet: *In valle occulta poſt Tifata montem imminentem Capuæ conſedit; Adveniens cum Caſtellum Galatiam, præſidio inde vi pulſo, cæpiſſet, in circumſidentes Capuam ſe vertit*, ex verbis prædictis autumavit Pellegrinus duas in Campania fuiſſe Calatias, unam ultra, alteram citra Vulturnum.

Cui interpretationi novæ quidem, & ante eum a nemine, quem ſciam, ex Geographis excogitatæ multipliciter reſponderi poteſt. Primo quia inveriſimile eſt in eodem viciniſſimo Campaniæ tractu duo ejuſdem nominis fuiſſe loca, imo in eodem penè confinio, abſque ulla diſtinctionis nota, ſive diverſitatis; ex quo unum nominando,

nando, de alio intelligi potuiſſet, unde in omnibus actionibus magna ſuborta eſſet ambiguitas, & confuſio, ut cuilibet conſideranti innoteſcere poteſt; quod quidẽ de temporibus illis, in quibus maxima cum diſcretione, & prudentia procedebatur, dicendum non eſt. Cui accedit, quod etſi aliæ ejuſdem nominis recenſeãtur Civitates, nunquam tamen legitur; eas in ejuſdem Regionis ſitu poſitas fuiſſe, ſed in locis, regionibuſque longè inter ſe diſſitis, & cum aliquo etiam ſuperaddito, ut una ab altera diſtingueretur, ut de Thebis in Ægypto, Beotia, & Africa conditis, quarum prima propriè Thebes, ejuſque incolæ Thebei, ut apud *Herodotum*. Secunda Dircea a Dirce fonte, ut apud *Statium*, ultima vero in Africa Thebeſtris, ut eam vocat *D. Hieronymus in comm. epiſt. ad Galatas*. Quod etiam patet de Trebulis, quarum una in Sabinis, altera in Campania condita erat, cuius primæ incolæ Mutuſcei, ſecundæ verò Balinienſes vocabantur, ut ait Plinius: Et de Teano Appulo, & Sidicino, & de aliis quamplurimis oppidis, quæ adhuc extant, & licet ejuſdem nominis, tamen quia in diſſitis locis poſita, & aliqua adjecta diverſitatis nota, ab aliis diſtinguuntur.

X *Refellitur opinio, quæ duas in Campanias ait fuiſſe Calatias.*

Secundo, quia ex hiſtoricis, & Geographis apertè cõſtat, eam proprie fuiſſe Calatiam, de qua Polybius, Cicero, Livius, & alii, quæ media inter Capuam, Gaudium, Theleſiam, & Alliphas cõſedit, & adhuc conſidet, quæ ad præſens latinè Calatia, vulgo Caiazzo, nuncupatur, ejuſque Cives Calatini. Quod aperte etiam convincitur ex Livio *Decad. 3. l. 2. cap.* 10, ubi per ordinem itineris deſcribens Annibalis è Samnio in Campaniam adventum, ait: *Per Aliſanum, Calatinum, & Calenum agrum in campum Stellatem deſcendit*. & apertius de Marcello *dict. Decad. 3. l. 3. cap. 9. Ipſe è Cannuſio Calatiam petiit, atque inde Vulturno amne traſjecto, per agrum Saticulanum, Trebbianumque ſuper Sueſſulam Nolam pervenit*: Ex quibus verbis educitur, Calatiæ ſitum fuiſſe ubi nunc eſt; nam ſi in valle occulta poſt Tifata fuiſſet, venienti è Cannuſio Marcello, Nolamque verſus contendenti opus non fuiſſet Vulturnum amnem tranſmeare. Quibus ad majorẽ evidentiã accedit Polybii locus *l. 3.* ubi Capuã Urbem deſcribens in medio agri campani, ait eam a nobilioribus Italiæ Civitatibus circumdatam eſſe, ſcilicet ex parte maris a Sueſſanis, Cumanis, & Neapolitanis, ab oriente a Daunis, & Nolanis; & a Septentrione a Calatinis, & Calenis: Si ergo a Septentrione Capuæ erant Calatini, certò ſequitur eorum Civitatem in eo ſitu verè fuiſſe, in quo eſt noſtra Civitas; nam ſi poſt antiquã Saticulam propè novam Magdalunenſiũ Civitatẽ fuiſſet, ut ſupponit Pellegrinus, non a parte ſeptemtrionali Capuæ, ſed a parte oriẽtali debuiſſet collocari, ut cuilibet conſiderãti patet. Nec deſunt lapideæ Tabellæ, quæ paſſim in hac Civitate reperiũtur, in quibus Municipii Calatini mentio habetur, prout de ordine, & populo Calatino, ut ſupra dictum eſt, & in operis progreſſu patebit.

bit. Et conſonant tam antiqui, quam recentiores ſcriptores, & Geographi, qui noſtram Civitatem ſemper Calatiam nominarunt, eamq; exiſtimarunt, de qua Cicero, Livius, Appianus, & alii, ejuſque Epiſcopos vocarunt Epiſcopos Calatinos, Comites Calatinos, Cives Calatinos, quod de præfato Caſtello nuſquam auditum fuit,

Unde ad id, quod ex adducto Livii loco de Galatiæ Caſtello prope Tifata deducit Pellegrinus, reſponderi poteſt, Livii locum corruptum eſſe: Quod abſq; hæſitatione dicendum eſt, tum quia hoc ſuadet allegata ratio ab inveriſimili deducta, quæ in omnibus, & in antiquis præcipuè quàm maximè prævalet; tum etiam quia experientia conſtat in diverſis aliis Livii locis quamplurima irrepſiſſe menda in expreſſione vocabulorũ Urbium, ſive oppidorum Campaniæ præcipuè, prout de Saticula, quam Satricam, Satriculam, & Auſticulam appellat: & de Trebulano agro, quem *l*.33. Trebbianum appellat: Sicuti Vulturnum amnem, Aturnum vocat Polybius *l*.3. alii Aliternum: & de eodem amne loquens Plutarchus in vita Fabii Maximi: *Campaniæ oppidũm Caſilinum, quod interfluit Lothronus amnis, quem Romani Vaturanum appellant*. Vide ergo quot errores in uno vocabulo. Unde merito Cluverius ait, omnium ferè oppidorum campaniæ nomina eſſe corrupta, & mirificè vitiata. Pro cujus dicti cõfirmatione addi poteſt, quod alius nemo de eius, vel poſterioris ævi ſcriptoribus de præfato Caſtello unquam fecerit mētionem, nec ulla vetus, vel recens inſcriptio idem Caſtellum ſub Galatiæ nomine ſignificaverit; ex quo ſupponendum eſt aliquod ignobile caſtellum fuiſſe, cuius verum nomen interiit, ut quamplurimis aliis contingiſſe paſſim narrant Geographi.

Nec negotium facit, quod Calatia a Strabone, aliiſq; inter eas Civitates connumeretur, quæ ſecus viam Appiam ſitæ ſunt; Via autem Appia poſtquam Capuæ cum Latina conjuncta erat per agrum campanum, Saticulanumque iuxta Tifata Gaudium verſus ſe extendebat; Unde deducit Pellegrinus, aliam ad radices Tifata montis fuiſſe Calatiam, quia alias ſecus viam Appiam perperam collocata fuiſſet a Strabone: Nam reſpondetur, rectè dici poſſe, Calatiam ſecus viam Appiam fuiſſe etſi dicta via immediatè ejus agrum non attigerit; cum enim per illud agrorum intervallum infra Tifata ſe extendiſſet, rectè dici poterat vicina Calatiæ, ſive eius agro Calatino, qui, teſte Sanfelice, ab agro campano, ſolo Tifata mediante ſejungebatur; eo magis quia vicinus non tantum dicitur ille, qui immediatè proximus eſt, ſed & qui non procul abeſt: Ultra quod interpretari poteſt locus Strabonis, ex quo Calatia ex parte viæ appiæ fuerit, non quod Appia via per ejus agrum fuerit extenſa; Non aliter ac Livius *l*.26.*cap*.6. iter Q. Fulvii Proconſulis, è Caſtris circa Capuam Romam verſus deſcribens, ait: *Ipſe per Appiæ Municipia, quæ propter eam viam ſunt, Setiam, Soram, & Lavinium præmiſit*; cum tamen

Diluuntur objecta

men Sora non in via Appia,neq;ſecus viam Apptam, ſed non modico intervallo diſtans a via Appia fuerit.

Nec ſimiliter facit,quod in Bulla conſecrationis S.Stephani huius Civitatis Epiſcopi, una cum Geremberto Archiepiſcopo Capuano, aliiſq; ſubſcriptus reperiatur Aldericus Calactinæ Eccleſiæ Epiſcopus,ex quo deducit Pellegrinus Calactinum Epiſcopum alium fuiſſe ab Epiſcopo hujus Civitatis,& propriè fuiſſe Epiſcopũ illius oppidi,de quo ipſe mentionem habuerat: Nam reſpondetur errorem eſſe in verbo,Calactinus, quod legendum eſt Caleſtinus, ideſt Epiſcopus Cales,ſive Caluen[illegible]s, ut optimè dictam ſubſcriptionem interpretatur Michael Monachus in Breviario Capuano in notis ad præfatam Bullam D. Stephani, quem ſequitur Vghellus de Epiſcopis Italiæ ubi de Epiſc.Calatinis,ibi: *Ego libenter crederem iuxta illorum temporum barbarã latinitaté,a Cales deductum eſſe Caleſtinum,Cales autem eſt Civitas Calvorum,ideoq; Epiſcopus Caleſtinus eſt,qui dicitur hodiè Calvenſis:& ſic ibidem Epiſcopus Soranus,Suranus Epiſcopus dicitur, ſicuti Sorores Surores ſcribebãtur*,Hactenus Vghellus.Quibus,accedit quod non multis poſt Divum Stephanum interjectis annis, cum Alexander tertius privilegio lato Anagniæ kal. Martii 1173.jus metropoliticum Alfano Capuæ Archiepiſcopo confirmaſſet,in expreſſione Epiſcopatuum ſubalternorum, ſive ſuffraganeorum nullam mentionẽ habet Epiſcopatus a Pellegrino excogitati, ſed enumerat tantum Aquinatem,Venafranum,Iſerniẽſem,Teanenſem,Sueſſanũ, Calenum,Calvenſem,Cajacensẽ, Caſertanum,ut ex præfato privilegio a Michaele Monacho relato;cum tamen de eo omninò mentio haberi debuiſſet; prout nec ejuſdem Epiſcopatus ulla habetur memoria in Archivio Capuano,nec apud citatum Vghellum, qui accuratiſſimè opus de Epiſcopis Italiæ exſcripſit, nec apud alios. Ultra quam quod præfatum oppidum,de quo loquitur Pellegrinus nunquã potuit Epiſcopos habere, tum quia cum merum fuiſſet Caſtellum nunquã meruit Epiſcopatus honore inſigniri; tum etiam quia idem oppidum tempore ejuſdem Annibalis, qui ſecundum bellum Punicum incœpit ducentis prope annis ante Chriſtum, ſupponitur ſolo æquatum,ut incolæ vicinorum locorum ſupponunt,& voluit Bartolomeus Sabino in ejus poetico opere, quod inſcribitur,i campi Eliſi.

Ut autem ad ordinẽ,unde digreſſi ſumus,revertamur, non omittendum eſt adiicere,poſt Capuæ expugnationem,deditionemque hujus Civitatis, quæ contigerunt ſub Conſulatu Gn. Fulvii Centumali,& P.Sulpit i Galbæ,anno ab V.C. 539, ſicuti Capua ex fœderata Civitate redacta fuit in Præfecturam, ſicuti ait Livius loco citato *cap.*12.ita etiam ad Prefecturæ ſtatum redacta fuit Calatia, quæ ex hoc a Scriptoribus inter Præfecturas enumeratur: Sed ambæ inter eas Præfecturas numeratæ fuerunt, quibus Præfecti non a Prætore Romano,ſed ſuffragiis Populi Romani mittebantur, ut di-

XI *Calatia inter Præfecturas.*

ſtin-

ſtinctè ſcribit Feſtus de verborum ſignific., verbo Præfecturæ, ibi: *Præfecturæ ea appellantur in Italia, in quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur, & erant quædam earum Reſpublicæ, neque tamen Magiſtratus ſuos habebant, in quas Legibus Præfecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent; quarum genera fuerunt duo. Alterum in quas ſolebant ire Præfecti quatuor, qui, auctore viginti ſex virum numero, Populi ſuffragio creati erant, in hæc Oppida, Capuam, Cumas, Caſilinum, Vulturnum, Linternum, Puteolos, Acerras, Sueſſulam, Atellam, Calatiam: Alterum, in quas ibant, quos Prætor Urbanus quotannis in quæque loca miſerat legibus, ut Fundos, Formias, Cære, Venafrum, Aliſas, Privernum, Anagniam, Fruſionē, Reate, Saturniam, Nurſiam, Arpinum, aliaque quamplurima. Hactenus Feſtus, quem refert Cardinalis Baronius in adnotationibus ad Martyrologium ſub die* 27. *Maii, & Cujacius l.* 11. *obſerv.* 24. ubi ait, Præfecturarum conditionem a nemine alio melius deſcribi, quā a Feſto in loco ſupra relato; quo in loco mendū eſſe ait in illis verbis, Præfecti quatuor auctore vigintiſex virum numero, ubi legendum exiſtimat: *Præfecti quatuor ex viginti ſex viris qui populi ſuffragio creati ibant in hæc Oppida Capuam &c.* de quibus etiam vigintiſex viris loquitur Dio. *l.* 54. *ejus hiſt.*

Unde nullam meretur fidem, quod abſque temporum diſtinctione tradit Auctor hiſtoriæ civilis hujus Regni *l.* 1, *c.* 1. ubi ait, Calatiam per totum illud ævi ſpatium, quo Romana Reſp. libertate potita fuit, ſemper fuiſſe Præfecturam; nam fuit quidem per aliquod temporis ſpatium poſt ſecundum punicum bellum, non tamen antea, nec multo poſt. Quod apertè convincitur ex eo, quod ſupra diximus de Attilio, qui ex participatione ſuffragiorum, quam hæc Civitas cum Romana Urbe uti municipium habebat, Dictaturæ, & Conſulatus, & alia primi ordinis munia Romæ exercuit; apertiuſq; dignoſcitur ex adductis inſcriptionibus, aliiſque in operis progreſſu adducendis, in quibus, hanc Civitatem municipium fuiſſe, manifeſte habetur: Quibus conducit allegatus Ciceronis locus, ubi, eam, ait, propriis vixiſſe legibus; Quod de Præfectura quidem nemo uſquam dixerit: Ultra quod eam etiam per aliud ævi ſpatium Coloniam fuiſſe, inferius demonſtrabitur.

XII Atellani cum Calatinis inhabitare juſſi

Pœnis autem ex Campania expulſis M. Marcello quartum, & M. Valerio Levino ſecundo Coſſ., cum Nucerini, & Atellani quærerent ubi habitare poſſent, Acerris incenſis, & Nuceria deleta, Fulvius Proconſul eos ad Senatum Romam miſit, a quo Acerranis eorum Civitatem exuſtam ædificare permiſſum fuit, Nucerini Atellam, quia id maluerunt, & Atellani Calatiam migrare juſſi fuerunt, ut refert Livius *dec.* 3. *l.* 7. *c.* 2.

Sociali bello, quod pro Civitate Romana obtinenda ab Italicis Civitatibus geſtum fuit, etſi circumundique conſiſteret bellum, & in finitimis Regionibus, & in Theleſino agro quam maxime exardeſceret,

XIII. *Sociali bello Calatia Romanorum partes ſecuta fuit*

ſceret, Calatia Romanorum partes ſecuta fuit; unde legimus apud Frontinum, quod a L. Sylla Capuenſi Coloniæ fuit adjudicata, ob hoſticam pugnam: An autem bello ſociali compoſito, priſtinæ Municipii dignitati fuerit reſtituta, in comperto non eſt: ex eò autem coniici poteſt, reſtitutam fuiſſe, quia lege Julia, quæ lata fuit L. Julio Cæſare Conſule anno ab V. C. 663. cautum fuit, ut qui Populi uſque ad eam diem in Populi Romani fide manſiſſent, Cives Romani eſſent, ut tradit Appianus Alexandrinus *lib.1.* bellor. Civil. & Cic. pro Balbo. Quod ex eo etiam coniici poteſt, quia ipſamet Capua, quæ Carthaginienſium odio redacta fuerat in præfecturam, & Senatus, & Magiſtratus, & omne plebis conſilium ei adempta, ut ait Livius, circa eademmet tempora in Coloniæ formam fuit redacta, ut refert Paterculus *lib.2.c.44.*

XIV *A Julio Cæſare Coloni Calatiā mitti*

Succeſſivè Calatiam, temporibus Julii Cæſaris, Coloni miſſi fuere, quos tamen Octavius Cæſar cum ad bellum civile cum Antonio ſe pararet, eduxit, ut teſtis eſt Paterculus l.1. c.61, ibi: *Cęſar xix. annum ingreſſus mira auſus, & ſumma conſecutus, privato conſilio, majorem Senatu pro Republica animum habuit; primumque e Calatia, mox ex Caſilino veteranos excivit paternos;* unde coniici poteſt, Octavium tunc temporis Calatiam ſe contuliſſe, quod apertiùs colligi poteſt ex Appiano l.3. ejus hiſtor., ubi ait: *Cæſar autem veritus, ne ille cum exercitu reverſus ſe opprimeret deſtitutum præſidio, cum pecuniis properavit in Campaniam, Veteranos a patre in Coloniam deductos revocaturus; mox primum ad ſe pellexit Calatiam, dein Caſilinum, repræſentatis in ſingulis ſexcentis ſextertiis, contraxit circiter decem millia virorum*: ex quibus colligi poteſt quantæ tunc amplitudinis, populique fuiſſet Calatia, ut tot millium numerum una cum Caſilino Octavio ſuppeditare poſſet; Hinc meritò Cicero ad Atticum ſcribens *epiſt.15.l.6.*, dixit: *Kalendis veſperi literæ mihi ab Octaviano redditæ ſunt, magna molitur; Veteranos quique Caſilini, & Calatiæ ſunt perduxit ad ſuam ſententiam*; Quorum exemplum ſecuti alii Campaniæ Coloni, ut ibidem ſubdit Paterculus, brevi in formam juſti coiere exercitus, & Legio Martia, & Quarta, cognita, & Senatus voluntate, & tanti juvenis indole, ſublatis ſignis, ad Cæſarem ſe contulerunt.

XV. *Calatia inter Colonias temporibus Auguſti.*

Ex quibus colligitur, Calatiam per ea tempora etiam Coloniæ honore decoratam fuiſſe, quod & obſervavit Scriptor *l.1. ejus hiſtor. civil. Regni c.4.*, ubi ait, Capuam, Cales, Vulturnum, Linternum, Nolam, Sueſſulam, Caſilinum, Calatiam, Formias, Teanum, Pompejos, & Acerras Romanorum colonias fuiſſe in Campania; imo ex adductis locis Ciceronis, Paterculi, & Appiani apertè educitur, eam extitiſſe unam ex Coloniis primi ordinis, quæ tunc temporis in Campania forent. Nec mirum videri debet, quod eodem fermè temporis tractu honore etiam municipii excelluerit, ut propriis ute-

retur

retur legibus,ut ſupra ex Cicerone retulimus, nam paſſim legimus, municipia quamplurima in Colonias pertranſiſſe,& è contra Colonias in municipia,maximè Triumvirorum,& Auguſti tēporibus,ut notat Lipſius *l.14.annalium*, & citatus Jannone *l.2.c.4.* Quod (ut alias omiĉtam) patet de Puteolanorum Civitate,quæ licet inter municipia adnumeretur a Cicerone in Oratione pro Cælio, & in oratione de Leg.Agraria contra Rullum,ibi: *Puteolos vero, qni nunc in ſua poteſtate ſunt, ſuo jure, libertateque utuntur &c.* Inter Colonias tamen enumeratur à Frontino ibi: *PUTEOLI COLONIA AUGUSTA*; & ipſam etiam Coloniam fuiſſe patet ex diverſis lapidibus,quas per extenſum refert Lipſius loc.cit. Ultra quod diverſæ etiam fuerunt tunc temporis Civitates, quæ licet ad Coloniarum formam redactæ,propria tamen jura,& inſtituta ret...uerunt,ut patet ſupra de Puteolis ex adducto Ciceronis loco,& de Neapolitanorum Colonia teſtatur citatus Author hiſt. Civil. *d.c.4.§.2.*

XVI. *Villa Cæſarum in agro Calatino*

Calatia autem Auguſto obſequentiſſima fuit,in ejuſque agro villam fuiſſe,fama eſt, quæ familiæ Juliorum,ſive Cæſarum fuerit, & locus,in quo ea extructa ſupponitur,uſque ad hodiernum diem Cæſariani nomen retinet,vulgo *Ceſarano*, in eoque prægandis ædificii veſtigia viſa fuiſſe antecedentibus temporibus,refert Octavianus Melchioris; uſque adeo tamen ſunt aquarum fontes per ſubterraneos cuniculos decurrentium,magno labore,& induſtria elaborati,qui vulgo *della Fiſtula, e del Puzzillo* vocantur, quos ad dictam villam pertinuiſſe,creditur, in eoque agro lapides reperiebantur cum ſequentibus inſcriptioinibns Druſo Cæſari, & Germanico Cæſari dicatis,quarum prima

DRUSO TI CAESAR
AUGUSTI F DIVI
JUL PRON
CAESARICOS. PONTIFICI

Et altera

GERMANICO CAESARIS
AUG.
DIVI AUG DIVI JULI
PRON
CAESARICOS D AUG.
D. D

Qui lapides in Civitatem trāslati,opera Epiſcopi Philippi de Sio,in reparatione Catthedralis Eccleſiæ obruti fuerunt, ut tradit citatus Melchiori.Eidemque Auguſto,poſt Caſſium,Brutumque extinctos, Antoniumque debellatum, ait præfatus Author, hic Calatiæ templum, ſive aram extructam fuiſſe,cujus aliud non ſupererat veſtigium,niſi ſequens inſcriptio in columna quadam ejuſdem Eccleſiæ fabricata,cujas verba ſemiobliterata idem Melchiori in ejus opere typis dato exſcripſit.

Ara Auguſto dicata

P. SER-

P. SERVILIVS PL. SVCCESSVS AUG.
GRATIS CALATIA MAG II A R
SIBI ET.... C.... NUMI.... M.
CONTVR..... H. M. II. N.

Quod quidem ad aliarum Civitatum exemplum, ſive imitationẽ exiſtimo fuiſſe factum; nam & apud Pergamum in Aſia templum Auguſto fuiſſe erectum refert *Tacitus l. 4. Annalium*; *& Svetonius in Auguſto* ait, quamplurimas Civitates, & in Provinciis omnia ferè oppida Auguſto templa, aras, vel ludos ſaltem inſtituiſſe; quamquam ipſe ad leniendam invidiã, expreſſerit, hæc omnia non ad propriam gloriam, ſed ad majorem Imperii majeſtatem, decoremque permittere: Unde Philo ad Cajum dè Auguſto loquens, ſic ait, accepiſſe eum honores ejuſmodi, non quod probaret, ſed quia id poſtularet amplitudo Imperii, cui veneratio quædam parabatur his artibus: Hinc templa, & aras non ſibi tantum, ſed Romæ dicari juſſit, quæ & inter Deas computabatur, cujus tenoris, ni fallor, videtur etiam fuiſſe inſcriptio, de qua ſupra, licet in parte conſumpta, & obliterata reperiatur. Ad rem vide plura apud Dionem l. 51. in actis anni 725 & Lipſium ad dictum lib. 4. Annalium, ubi de templo in Vrbe Auguſto, & Romæ dicato: quod & apud Perſas in uſu fuiſſe teſtatur Curtius.

XVII *De Priſca Religione Calatinorum; ubi de Veneris templo*

Quia autem hic de Auguſti templo mentionem egimus, occaſio ſe offert aliqua de antiquis templis hujus Civitatis, ac priſco Idolorum cultu attingere. Et quidem de Veneris templo olim extra Civitatem ædificato in loco, ubi dicitur S. Felice, diximus ſupra. De Oſiride vero, quod etiam in honore fuerit apud Calatinos, argumento ſunt Bovum ſimulacra, ſive capita, quæ paſſim in ruderibus antiquorum ædificiorum reperiuntur, inter quæ duo non exiguæ magnitudinis, quæ ſuper veſtibulum Cathedralis Eccleſiæ conſpiciuntur: Nulli autem dubium eſſe poteſt, Oſirim apud Ægyptios præſertim ſub Bovis ſpecie adoratum fuiſſe, ſive quia exiſtimarunt, Oſirim primum eis ſub bovis forma apparuiſſe, unde eum Apim vocaverũt, quod idem ſonat, ac bovem, poſtea Serapim; ſive etiam quia apud eos primùm aratrum, bovumque uſum pro telluris cultura introduxerit, unde Tibullus

Te canit, atque ſuum pubes miratur Oſyrim
Barbara memphitidem plangere docta bovem.

De Templo Apollinis

Apollini vero, ſive Planetarum, & luminarium Principi ſummum etiam honorem tributum fuiſſe, non ambigitur, cum fama ſit, in eo propriè loco, ubi domus mea ſita eſt, Apollini templum fuiſſe dicatum; cui etiam argumento eſſe poteſt, quod cum in anno 1590. Virgilius Melchiori Abavus meus maternus novam domum ex parte plateæ majoris ſtatuiſſet extruere, in excavatione terræ pro fundamentis jaciendis, pervetuſti templi veſtigia invenit, cum ſequenti

Digitized by Google

græca inſcriptione, quæ præ foribus dictæ meę domus adhuc legitur

ΗΒΟΝΙ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩ
ΘΕΩ
ΤΑΓΜΑ ΚΑΙ ΛΑΟΣ ΚΑΛΑΤΙΝΟΣ

Cujus interpretatio eſt, *Heboni Illuſtriſſimo Deo Ordo, & Populus Calatinus.*

Similemque cultum Neapoli etiam plurimum invaluiſſe tradunt dictæ Civitatis hiſtorici, inter quos Auth. hiſt. civ. l. 1. 3. §. 1. ait, Neap. cœtum quendam, ſive hominum collegium fuiſſe, qui Hebonis ſacrorum, & cæremoniarum curam haberet, & ob id Phratria Heboniorum appellabatur. Et apud Summonte l. 1. c. 5. ſimilis legitur inſcriptio Heboni dicata, quam dicit reperiiſſe in quadam domo prope Collegium Societatis Jeſu: ΗΒΟΝΙ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩ ΘΕΩ ΙΟΤΝΙΟΣ ΑΚΤΛΑΣ ΝΕΩΤΕΡΟΣ. Sub Hebonis autē nomine, non niſi Apollinem, ſive Phœbum venire, ait Macrobius l. 1. Saturnal. & Lilius Gregorius in ejus hiſtoria de Diis gentium ſyntagm. 8, ubi dictam inſcriptionem interpretatur *HEBONI ILLUSTRISSIMO DEO*, & Falcus penes dictum Summonte. *PHŒBO SPLENDIDISSIMO DEO*; & appoſitè Pontanus in Urania de Neapolitanorum cultu erga Apollinem ſic canit

Hæc annis florentem, oculiſque, & crine decentem
Hebonem venerata, ſuos ritus, patriumque
Inſtituit morem, & ſacris jam ritè peractis
Urbs Hebona ſalutat, Agrique Hebona frequentant
Hebona & referunt ſimul antra, & litora, & omnes
Hic etiam florem ætatis, roburque juventæ
Et ſpeciem, Deus, & formam dat habere decoram
Oraque, luminaque, & moderantes corpora ſenſus.

De Templis Martis, & Iani

De templo autem Martis intra Civitatem; & de alio Saturno, ſive Iano dicato extra Civitatem, in loco, ubi dicitur, *Sacrignano*. Vide citat. Melchiori in ejus hiſtoria.

De alio Dijs Laribus dicato

Diis Laribus, ſive Geniis ſimiliter aliud Sacrum fuiſſe erectum, conjicitur ex alio lapide, quem citatus Melchiori dicit reperiiſſe in domo Pauli Sparani, in quo hæc verba reperiebantur inciſa *DIIS ADHÆRENTIBUS SACRUM*; Gentiles enim quam maxime Geniis deferebant, eoſq; exiſtimarunt eſſe dæmonum genus medium inter Deos, & homines, & de ſingulis hominibus curam habere, ut ſcribit Plutarch. in l. 1. *de Oracul. defect.* de quibus loquens Seneca Epiſt. 110 ait; *Unicuique noſtrum pædagogum dari Deum, non quidem ordinarium, ſed hunc inferioris notæ, & ex eorum numero, quos Ovidius ait, de Plebe Deos, & Horatius epiſt. 2. l. 1.* duplicem genium cuilibet homini aſſignans, unum ad bona, alium ad mala impellentem, ait

Scit Genius natale comes, qui temperat aſtrum,
Naturæ Deus humanæ, mortalis in unum
Quodque Caput: Vultu mutabilis, albus, & ater.

Cui

Cui conſonat Servius in l.6.Æneid.in illis verbis, *Quiſque ſuos patitur manes.*Hos autem Gentilitatis Genios ſub nomine Deorum Adhærentium ſignificari,& non niſi Dæmones eſſe , author eſt Lactantius *l.2,Inſtit.c.15.Hi ſpiritus contaminati,ac perditi per totam terram vagantur,& ſolatium perditionis ſuæ perdendis hominibus operantur.... Adhærent enim ſingulis hominibus,& omnes oſtiatim domos occupant,& ſibi geniorum nomen aſſumunt.*

Cum vero adveniſſet plenitudo temporis,æternique Patris Filius Orbem peccato deperditum ſuo piiſſimo adventu renovare dignatus eſſet,paſſuſque in Cruce poſt ejus ſanctiſſimam Reſurrectionem Apoſtolos adventu Spiritus Sancti illuſtratos per Orbem miſiſſet, conſtat inter Scriptores,Civitatem hanc non diu ſub Idolorum ſervitute permanſiſſe,nam ut ait citatus Ughellus in loco pluries citato:*Fama eſt,& inveterata traditio à Patribus derivata , primum Calatiæ Evangelicam veritatem prædicaſſe Sanctum Petrum Apoſtolum,aut aliquem ex ejus Diſcipulis,quem malunt fuiſſe Sanctum Priſcum Capuanæ Eccleſiæ Antiſtitem*:Quod,& magnam habet veriſimilitudinem, nam D.Petrus ex Antiochia Romam pergens, Neapolim appulit , ubi ordinato Epiſcopo Aſpremo,Capuam ſe contulit, ibique relicto Priſco,qui primus fuit Capuæ Epiſcopus,per viam , quæ ad flumen ducebat,quæque ob id fluvialis via dicebatur , iter Romam verſus inceptum proſecutus fuit , ut ex plurimis antiquiſſimis Capuanæ Eccleſiæ monumentis refert Michael Monachus in Breviario Capuano,ubi de S.Petro Apoſtolo;unde veriſimiliter exiſtimari poteſt D.Petrum etiam Calatiæ fuiſſe,cum certum ſit,viam fluvialem antiquæ Capuæ Calatiam verſus ſe extendere, ex qua Romam verſus per montes inter ſeptentrionem, & Occidentem,facilis,brevior , & occultior patet via; quod comprobat invariata noſtrorum Prædeceſſorum traditio,& quædam antiquiſſima, & pene ſubterranea Eccleſia ſuper ruinas alterius vetuſtioris Calatiæ Apoſtolorum Principi dicata.Pro eo autem quod attinet ad Sanctum Priſcum , in dubium eſt,hunc ex D.Petri ordinatione per totam hanc Campaniæ oram Evangelium prædicaſſe,ut patet ex eodem Breviario Capuano,ubi de S.Priſco,ibi: *Hic poſt Aſcenſionem Domini veniens Romam cum Apoſtolo Petro in partibus Campaniæ Evangelium prædicavit* ; & concordat P.Natalis l.8. c. 17. Fama etiam eſt S. Rufum ſecundum poſt S.Priſcum Capuæ Antiſtitem in Calatinorum converſione elaboraſſe,cui particularis Eccleſia in Cæſarani pago reperitur dicata, de qua mentio habetur in citata Bulla D Stephani . Utcumque tamen ſit,illud certe nullam meretur hæſitationem,ſcilicet præfatam Civitatem in primis naſcentis Eccleſiæ temporibus Epiſcopatus dignitate inſignitam fuiſſe,ut refert citatus Joannes Blaeu loco citato, ubi ait, hoc apparere ex publicis tabulis ab uſque anno ſalutis humanæ ccc. confectis,in quibus mentio habetur Epiſcopatus Calatini.

XVIII *Poſt Salvatoris adventum non diù in gentilitate permanſit*

Calatia in naſcentis Eccleſiæ temporibus Epiſcopatus dignitate inſignita.

Quibus viſis, pro incœpto ordine proſequendo, prætereundum nõ eſt, Calatinos Imperatoribus poſt Auguſtum obſequentiſſimos fuiſſe, ut videre eſt ex quamplurimis Inſcriptionibus in diverſis lapideis tabellis inſculptis, quas per extenſum refert citatus Melchiori, ex quibus aliquas hic mihi inſerere viſum fuit, ne totaliter earum memoria temporum injuria obliteretur, inter quas, ea, quæ reperiebatur in domo illorum de Glignettis Trajano dicata per hæc verba

XIX Calatini Imperatoribus obſequentiſſimi

IMP. CAES. DIVI
NERVE F. TRAIANO
AUG. CALATINI
P.S,P.P.O.E-

Alia ſimiliter legebatur in honorem Hadriani Imperatoris, quam magna ex parte obliteratam citatus Author dixit reperiri in caſtro hujus Civitatis, cujus pauca temporibus noſtris reperiuntur fragmenta, eamque per ea verba a præfato Authore relata placuit hic inſerere

IMP. CAESAR DIVI
TRAIANI PARTHICI FIL.
DIVI NERVE NEP.
TRAIANUS ANDRIANUS
:... RIB. POST. V. COS. III.
,... PWLTERINIS
.... MORIBUS EXORNAVIT
PECUNIA SUA

Alia temporis, ſive Barbararum Gentium injuria, pene conſumpta integra legi non poteſt in angulo Portæ Civitatis ad Orientem verſæ, quæ Porta Antia nuncupatur

C. ANTIO.... T
PAL. ASI
MARE MAI..,
.... PATRONO M... N...
.... AUGU. , ET QUAE
.... M. CUR. IMPE...
.... TINORVN EIEC.... OM
.... ELIO ET ANTONINO
.... INUIC. IMP. AUG.

Ultra quas aliæ reperiebantur Licinio Cæſari, & Diocletiano dicatæ, & alia Galerio Maximino, ut alias omittam, quas adducit citatus Melchiori

XX Tempore Wandalic belli funditus everſa & ſolo æquata.

Mutatus autem fuit Calatiæ ſtatus tunc, cum temporibus Honorii Imperatoris Gothi in Italiam venerunt, & Romana Urbe obſeſſa, & devicta, Campaniam omnem, Lucaniam, & univerſam hanc Italiæ oram depopulati ſunt: Funditus autem everſa, & ſolo æquata ſupponitur tempore, quo Wandali cum Genſerico eorum Rege anno 455., poſt Urbis Romæ direptionem, & Vaſtationem, omnes

Cam-

Campaniæ Civitates igne,ferroque devaſtarunt:De quo Campaniæ Civitatum excidio ſic PaulusDiaconus l.5.hiſtor.ad Eutropium:*Relicta Urbe,per Campaniam ſeſe Wandali,Maurique effundentes,cuncta ferro,flammiſque conſumunt;quicquid ſupereſſe poteſt,diripiunt,Capuamq;nobiliſſimam Civitatem ad ſolum uſq;deiciunt,captivant,prædantque.*Nec diſſentit Baronius , qui annum prædictum ultionis annum appellat,& ex recentioribus Auth. *hiſtor. civil. Regni* l.3. *c.*2.§.1., & 4. ubi ex omnibus Campaniæ Civitatibus Neapolim ſolam a Wandalorum feritate tradit fuiſſe immunem . Quod & ex eo etiam arguimus,quia intra Civitatem terram ſupra duodecim palmos excavantibus multa ſe offerunt veſtigia veterum ædificiorum cum lapidibus hominum induſtria elaboratis,& multoties plurimæ repertæ ſunt lapideæ tabellæ,in quibus Calatiæ, & Calatinorum mentio habebatur, nec non diverſa Idolorum ſimulacra , hominumque ſepulcra, æris, auri,argentique nummiſmata,& in dies diverſis in locis detegitur via magnis, aptiſque ſtrata lapidibus,quam antique,& obrutæ Civitatis fuiſſe viam Cives noſtri ſupponunt . Sed paucis ab ejus deſolatione interjectis annis,ſuper ſuimet ruinas,ut cernitur, iterum fuit ædificata,nõ tamen priſtinæ amplitudinis,& ſtructuræ, ſed mediocri tantũ,& parvo propemodũ murorũ ambitu circũſcripta:Quod & eodẽ tẽporis tractu,ſcilicet poſt Wandalicã direptionẽ multis aliis Cãpaniæ Civitatibus contingiſſe,quæ ex magnis parvæ, & exigui circuitus reædificatæ fuerunt,tradit citatus Author loc.cit. §.3, civibus ob Barbarorum metum aliorſum confluentibus:ſubditq; idem ſcriptor, quod tunc temporis inclyta illa Neapolis , multis abhinc ſeculis totius Regni caput , & Princeps magna recepit incrementa,quæ ſuccedentibus annis adeo excrevit,ut inter celebriores, & feliciores orbis terræ Civitates merito connumeretur : Calatiam autem ante Gothorum, & Wandalorum incurſiones longè amplioris magnitudinis fuiſſe , ultra ea , quæ ſupra diximus ex Polybio, Vellejo,& Appiano,licet etiam ex eo arguere,quia circumcirca hodiernæ Civitatis ambitum multa reperta ſunt veterum ædificiorum rudera,Aquæductus,Inſcriptiones,& alia hujuſmodi , & in eo præcipuè monte,qui meridiem verſus cum Civitate ſe conjungit,in quo non exiguorum ædificiorum veſtigia , & mœnia magnis extructa lapidibus conſpiciuntur, quæ omnia ad antiquæ Civitatis ambitum pertinuiſſe,nemo dubitat.

Gothis autem ex Italia expulſis , cum jam Campania una cum Samnio,finitimiſque Regionibus in Iuſtiniani perveniſſet poteſtatẽ, XXI legitur,Calatiam,in eo, quo tunc ſtatu erat,una cum Capua , quamplurimiſque aliis Civitatibus Caſſinenſi Cœnobio ab eodem Imperatore donatas fuiſſe, ut ex ejuſdem Juſtiniani privilegio , cujus meminit Marinus Frecc.*de ſubſeud.c.de antiq.ſtatu Regni*, *n.*57., ubi ſic

A Juſtiniano Caſſinenſi Cœnobio conceſſa

habet:

habet: *Sed tamen legi in Archivio Caſſenenſi privilegium Juſtiniani Imperatoris donantis ſacro illo cœnobio terras, & quamplurimas Regni Civitates Sueſſam, Fundos, Aquiloniam, Calatiam, Arpinum, Soram, Cajetam, Sulmonem, Venaphrum,* Pennam, *Teanum, & totum Aprutium.*

Sub adventu vero Longobardorum, eorumque incurſionum, graſſationumque temporibus, Calatiam alia ſubſtinuiſſe mala, crebibile eſt, nam Longobardi indigna multa, immania, ac intolerabilia in I-

XXII

Italiæ devaſtatio ſub advẽtu Longobardorum

talia, & in Campania præcipuè commiſerunt. Quæ in cauſa fuerunt, ut complures propriis laribus, habitationibus relictis alio confugerent: Quam Italiæ calamitatem deſcribens Baronius ad annũ Chriſti 573. ſic ait: *Diſperſis creatis Ducibus per diverſas Italiæ Regiones, cum eorum crudelitatis fama percurreret, frequentes erant fidelium latebræ, atque fugæ, ſuaque ipſorum bona relinquentes in prædam, ſaluti ſinguli conſulere ſollicitè feſtinabant, fiebantque deſertæ Civitates, ipſa vero loca deſerta Civibus replebantur, magis autem inſulæ maris appetebantur ab iis, quibus navigii alicujus poterat eſſe facultas.*

Calatia intra fines Ducatus Beneventani

Per eaque tempora juſſu Zothonis Longobardorum Ducis, poſt diverſorum ſanctorum locorum direptionem, deſtructum fuit Caſſinenſe Cœnobium, ut ſcribit Sigonius l. 5. *de Bello Italiæ*; & omnes Campaniæ Civitates, Neapoli, & Puteolis exceptis, a Longobardis occupatæ fuerunt, & addictæ, & incorporatæ Ducatui Beneventano,

Extentio Ducatus Beneventani

qui temporis progreſſu adeo excrevit, ut è Latii finibus ad Tarentum uſque, & ad Brutiorum fines ſe extenderet, & è partibus meridiei, & ſeptentrionis clauderetur utroque mari, pancis exceptis Civitatibus, quæ ad Græcorum Imperium pertinebant, ut ſcribit Pellegrinus in diſſertione de finibus Ducatus Beneventani, quem ſequitur citatus Auth. *l. 5. ejus hiſtor. c. 1.*

XXIII

Longobardorum jus quo tempore in Italia introductum

Quibus fermè temporibns Longobardorum jura, & inſtituta in hac Italiæ parte audiri cœpta ſunt, & communiter obſervari, ac Quiritium jure exoleto, paſſim reputari uti jus commune: Quæ quidem jura licet Scriptoribus noſtris barbariem quandam, & inſcitiam redolere videantur; tamen ea maxima prudentia, & conſilio lata fuiſſe, notat Grotius in *Proleg. ad hiſt. Goth.*, ubi ait, nunquam a Longobardis latam fuiſſe legem, niſi ea ab omnibus Regni ordinibus, ac Magiſtratibus fuiſſet approbata. Quibus juribus majores noſtros vixiſſe, etiam longè poſt Longobardos exactos, patet ex diſpoſitis *in c. 71. noſtror. jur. municipalium*; ubi habetur, quod in matrimoniis, aliiſque contractibus mulierum vivatur jure Longobardorum.

XXIV

Calatia ſub Principatu Capuano

Sed circa annum 840. cum Comitatus Capuanus a Beneventano Principatu diviſus eſſet, Calatia intra fines Capuani Comitatus cœpit adſcribi: Per quæ tempora Lando Capuæ Comes Siconis Beneventani Principis filius ſupra Triſliſcum Caleni jugum Civitatem ædificavit a Sicone Patre, Sicopoli dictam; ſed quia nova Civitas in

anno

anno 856. fortuito igne ſuccenſa fuit,itaut omnia redacta fuerint in cinerem,præter Aulam Epiſcopalem,ut loquitur Erchempertus,ſaniori conſilio,Civitas alia, amplioris tamen circuitus, & ſtructuræ, ad Vulturni ripas juxta vetuſti Caſilini ruinas fuit ædificata, ac validiſſimis mœniis, arcibuſque munita,ſub nomine Capuæ novæ,quę ſuccedentibus annis, a diverſis retro Regibus, novis ſemper adaucta propugnaculis,novaque,ac fortiori mœnium ſtructura,non Campaniæ modò,ſed totius penè Regni validiſſima arx eſt, & præſidiũ.

Ex quo Lãdone ortus fuit alius Lando,qui cũ in anno 861. demortuo patri in Capuano Comitatu ſucceſſiſſet,opera Pandonis,& Landulphi Capuani Epiſcopi primi Landonis fratrum, paterna hæreditate fuit expulſus, unde cum ſuis Calatiam advenit, captis, profligatiſque præſidiariis,qui Pandonis, & Landulphi nomine eam tuebantur,ut tradit citatus Erchempertus in ejus hiſt.Longobardorum, his verbis: *Hoc facto Lando Cajatiam ingreſſus eſt,capto in ea Ajoalto,qui a prædictis viris ad eam cuſtodiendam fuerat directus*: Sed non diu ſub Landonis poteſtate permanſit,cum paulo poſt Calatia legatur reſtituta Pandoni,receptis Sueſſulæ a Gauferio, & Landulpho filiis Landonis,ut ex præfato Erchemperto.

Pandoni vero in Capuano Comitatu ſucceſſit Pandonulphus,contra quem novi motus exorti,nam Dauferius, & Fratres, exercitu comparato,diverſa Campaniæ Oppida occuparunt, Capuanumque Comitatum in varias partes diſcerpere,& diripere conati ſunt; ut enim ait Erchempertus *loc.cit.n.30.Pandulphus Sueſſulam, Landulphus Caſamirtam, Landonulphus Cajatiæ ab illius genitore Caſtrum jamdudum quaſſatum intraverunt, & cœperunt deprædari omnia in circuitu.*

Ex quibus habetur,Calatiam tunc temporis intra Capuani Comitatus ambitum fuiſſe,qui exinde cum redactus fuiſſet in Principatũ, his continebatur finibus,nam longitudine inſpecta a Caſairta, & Sueſſula ad Aquinum uſque ſe extendebat,&etiam uſque ad Soram, per latitudinem verò a Calatia uſque ad mare,nec non ad oſtia Linterni,& Liris,ut ex Ignoto Caſſinenſi n.23.& 26. & ex Capitulari Principis Sicardi n.13.penes Pellegrinum in hiſt.Longobardor.

Extenſio Principatus Capuani

Sed cum in anno 879. Landulphus Capuæ Epiſcopus diem ſuum clauſiſſet extremum, ejus Nepotes jurgiis,armiſque depoſitis,avitas hæreditates juſta diſtributione inter ſe diviſerũt,cujus vigore ut citatus Erchempertus ſcribit n.40.Pandonulphus Teanum habuit,& Caſairtam, Lando Betelaſim,hoc eſt Campanũ Amphiteatrũ, & Sueſſam, & alter Lando Calinium, & Calatiam; & Atenulphus cœpit ædificare Caſtrum in Calvo, & Landulphus adoleſcentulus Landonis filius Capuanus Epiſcopus electus fuit. Sed, ut idem Erchempertus ſubſequitur: *Sacramentum fraternum non diu extitit illeſum,nam a iv idus Martii uſque ad vii idus Maii vix perduravit;*

Cu-

Digitized by Google

Cupiditate enim extorti filii Landonis Landonulphum, & Atenulphū fratres ſuos, filios videlicet Landonulphi ſenioris dolo cœperunt, & cuſtodiæ tradiderunt; rapto ab eis Cajatiæ caſtro, quod eis Sacramento ſponte ipſi in ſortem conceſſerant.

XXV *Primi Comites Calatini de Sanguine Principū Longobardorum*

Unde videtur, per ea tempora Calatiam diviſam fuiſſe a Principatu Capuano, & exinde proprios, & diſtinctos habuiſſe Comites, quos ut plurimum Capuanorum Principum fuiſſe filios, ſive conſanguineos notat Michael Monachus in Sanctuario Capuano, ubi de S.Thoma Aquinate; Subditq; Auth.hiſt.civ. l.7.c.1.quod per idē ævi ſpatium non tantum Calatinus Comitatus, ſed & Teanenſis, Sueſſanus, Calinienſis, aliique a Principatu Capuano prodiere, unde in tot ſeparatas ditiones Capuanus Principatus diviſus paulatim a priſtina dignitate, & præſtantia cœpit deficere, & Longobardorum Principū potentia cœpit debilitari, ex quo poſtea ab externis nationibus facillimè fuerunt ſubacti; De Comitibus autem Calatinis, qui tunc temporis fuerunt loquitur diverſis in locis chronicum Caſſinenſe, & præfatum Sanctuarium Capuanum, de eiſq; mentionem habet præfatus Author l. 6. c. 1.

XXVI *Div. Stephanus Epiſcopus Calatinus*

Circa autem tempora prædicta, & proprie per illud ævi ſpatium, quo Longobardorum ditio ad interitum properabat, Calatiæ novus Sol illuxit, iſque fuit Divus Stephanus dictæ Civitatis Epiſcopus, qui in anno 934 natus Maceratæ Capuæ pago, Patre Joanne, Matre vero Guiſelberta, ab ineunte ætate vigiliis, jejuniis, & orationibus addictus futuræ Sanctitatis ſpecimen dedit, Capuæque æducatus in Eccleſia S.Salvatoris, brevi tantum ibi literis, & prudentia profecit, ut primo Clericus, & poſtea Abbas ejuſdem Eccleſiæ electus fuerit, in cujus muneris exercitio cum uſque ad quadrageſimum quartum ſuæ ætatis annum ſanctè, pièque ſe geſſiſſet, mortuo Urſo Calatiæ Antiſtite, communi omnium voto ejuſdem Civitatis fuit electus Epiſcopus, in qua cum per alios quadraginta quatuor annos omni verbo, & exemplo ſuam rexiſſet Eccleſiam, & ſuper gregem ſuum tā quam bonus, & ſedulus Paſtor vigilaſſet, anno 1022. ſub die 29. Octobris in Domino obdormivit, cujus præclaram vitam ex antiquo Breviario Capuano, & ex lectionibus ejus officii, quod olim ſub duplici ritu a Capuana Eccleſia celebrabatur, placuit hic exſcribere, ubi ſic

Eius vita ex Breviario Capuano

habetur: *Temporibus igitur Landulphi eximij Principis Capuanæ Civitatis fuit quidam vir nomine Joannes: uxor verò Guiſelberta, in loco Lanei ſcilicet degentes intra fines Campaneæ telluris, quibus erat parvulus filius nomine Stephanus, quem illi in cuna poſitum puerili affectu educantes animadverterunt Domini virtutem jam in illius operari infantia, puer enim paulatim creſcebat Corporis magnitudine, (itaut omnes mirarentur) non tam materno ubere paſtus, quam cœleſti gratia auctus: Hic autem cum ſeptem eſſet annorum intra mœnia ejuſdē Capuanæ urbis apud Eccleſiam Domini Salvatoris a Parentibus Scholis traditus eſt*

Hic

Hic, Dei favente clementia, literas, omneq; Eccleſiaſticum officium præ cæteris Conſodalibus parvo tempore didicit, quoties ille pſallebat, aut legebat, ſeu vacabat, cœleſtia ſemper cogitabat, Deumque creatorem præ oculis habebat, caduca, & tranſitoria penitus reſpuebat, & ipſe ab ineunte ætate caſtiſſimus ſuos ſocios caſtitatem docebat, & quos male agentes cognoſcebat, mellifluis verbis corrigebat, omnes diligebat, & ab omnibus diligebatur: qui cum talia ageret, ab omni Clero, ipſiuſque loci Abbate, factus eſt Clericus, & de gra du in gradum ad Sacerdotii eſt ductus honorem; & non longo tempore poſt in eadem Eccleſia Abbas ordinatus eſt.

In qua videlicet Eccleſia cum omnibus, quos a die nativita tis ſuæ habuit, quadraginta quatuor complevit annos: Per idem tempus, defuncto Urſo Cajacenſi Epiſcopo a Pandulpho Principe, qui tunc Capuæ principabatur, filio ſcilicet prænominati Landulphi Principis, & Gereberto Archiepiſcopo, atque omni populo, & Clero, gratia cunctorum, & lætitia D. Stephanus eſt electus, & conſecratus Epiſcopus: In qua videlicet Epiſcopatu iterum aliòs quadraginta quatuor explevit annos, & obdormivit in Domino. Hactenus Breviarium Capuanum.

Eundem tam in vita, quam poſt ejus obitum, multis claruiſſe miraculis, conſtans eſt, & inveterata traditio, quam confirmat Michael Monachus in notis ad dictum Breviarium, ubi ait nonnulla ex eis haberi in officio dicti Sancti typis tradito, quod olim in Calatina Eccleſia celebrabatur, quod cum magna cura, & diligentia perquiſiſſem, aliqua tantum ex eo contingit fragmenta reperire, ex quibus aliqua placuit hic extendere, ad eorum ſcilicet renovandæ memoriæ, quæ temporum injuria, inter noſtros pene collapſa eſt, etiam Domini urgente conſilio in Evangelio, ibi: *colligite fragmenta, ne pereant;* Unde nemo mirari debet, ſi in eis plus operis, quam in cæteris impendo, & ſi ultra meum brevitatis inſtitutum, in his referendis paginas impleo: In eo autem ſic habetur in lectionibus ſecundæ, & ſubſequentium dierum ejus octavæ = *Quadam die celebratis ab ipſo reſurrectionis Dominicæ Miſſarum ſolemniis, contigit, ut quidam Clericus, Calicem, in quo divina fuerunt patrata myſteria, tergendum acciperet, quo inter manus ejuſdem fractꝰ (erat enim Calix vitreus, more illorum temporum, quo vitreis Calicibus Sacerdotes utebantur) cūque id ſanctum Epiſcopum non lateret, ad locum accedens, rem caſu geſtam diligenter examinās, juſſit partes Calicis exhiberi, quibus allatis, fudit ad Dominum preces, ſtatimque firmus, & integer, ut prius erat, permanſit, quo miraculo adſtantes obſtupefacti Deum in Sancto magnificabant, ipſumque majori veneratione proſequebantur.* *Eius miracula.*

Nec minoris admirationis cauſa extitit illud, quod cum in die Paſchatis ſacrum confeciſſet, quibuſdam Clericis aſſumptis, ad Cancellos uſque, ut Euchariſtiæ Sacramentum Populo miniſtraret, deſcendit: Illuc igitur magna Populi turba irruente, ut e manibus S. Antiſtitis Sacra-

cramentum reciperet, accidit, ut quidam columnam marmoream caſu ſuper caput Clerici, qui Domini Sacerdotem a tergo cuſtodiebat, dejecerit, ſed Domino protegente, illæſus extitit, miniſterium, quod cœperat lætus proſequendo; quo accidente, omnibus, ſingulisque obſtupentibus, S. Patris meritis adſcripſere miraculum.

Poſt mortem vero non deſtitit innumeris coruſcare miraculis, quare primo ſui obitus anno cum quidam Sacerdos magnis febribus laboraret, ita ut pro certo haberet jamjam univerſæ carnis ingredi viam, Sanctus Chriſti Confeſſor cuidam piæ fœminæ noctu apparuit, dixitque illi, ut Sacerdotem adiret, moneretque ut expiatis, pœnitentiæ lacrymis, peccatorum ſordibus, ad tumulum ejus accederet, ibique precaretur Deum, ſicque ſanitati priſtinæ reſtituendum: ſurgens itaque mulier illa, ad terram eliſa, pedum officio caruit, quare ad Sanctum converſa, ſic illum eſt affata: ſi tu es Chriſti Confeſſor reſtitue me ſanitati paratam efficere quod mandaſti: confeſtim igitur ſurgens Sacerdotem adiit, quod Stephanus ei præceperat, enunciando: Sacerdos vero juſſa implens liber e febrium ardore permanſit.

Quædam vero mulier variis oppreſſa languoribus ad tumulum Sancti quibuſdam allatis muneribus acceſſit, de ſanitate impetranda certiſſima; tunc apparuit ei Sanctus, ſolatuſque illam, incolumen domum remiſit. Item cum Clericus quidam ita laterum dolore torqueretur, ut mortem vicinam eſſe non dubitaret, alieno adjutus auxilio ad tumulum Sancti acceſſit, illumque pro ſua ſalute deprecatus ad domum revertitur, omni penitus dolore liber.

Paucis poſt mortem elapſis annis puellam quandam unicam paralyſi laborantem, cum ad ejus ſepulcrum eſſet perducta, omni languore liberavit, adeo ut domum, nullo adjuvante, redierit. Quo miraculo a quodam paupere audito, qui erat manuum officio deſtitutus, venit, ut illa fecerat, ad B. Patris tumulum, ubi perfectam adeptus eſt ſanitatem, quo pacto etiam ruſticus quidam manuum dolore liberatur. Enituit etiam B. Patris virtus in dæmonibus effugandis, unde cum ducta fuiſſet a conſanguineis mulier quædam ad ejus Eccleſiam, quæ a dæmone mirè cruciabatur, precibus ante ſepulcrum ejus effuſis, ſtatim illam immundus ſpiritus reliquit, hanc vocem emittendo, Non vos, non vos, ſed Stephanus me expellit.

Quidam etiam Clericus cum a Capuano Principe in Apuliam, legationis cauſſa, miſſus fuiſſet, & trium dierum metam incolumis perfeciſſet, tantam ſubito capitis incurrit vertiginem, ut ad amentiam incider videretur, quare invocatus Stephanus, ut eum a tali morbo liberaret noctu ei apparuit, factoque ſuper caput ejus Crucis ſigno, omnem capitis languorem effugavit.

Complura alia referuntur in dicto officio, & alia duo recenſe prefatus Michael Monachus, unum ſcilicet de Oblata, quæ in Eccleſia S. Maximi hujus Diœceſis caninis morſibus divelli non potuit,

it, reſidente B. Stephano prope dictam Eccleſiam, poſt peractam functionem benedictionis ejus altaris: Et alterum de Formata, quæ murium dentibus atteri non potuit, imo nec tangi, licet parietem penetraſſent, & thecam, in qua Formata ipſa ſervata erat, corrodiſſent, propè quam mures, ſervata ipſa Formata intacta, mortui reperti fuerunt. Quid autem tunc temporis venerit ſub nomine Oblatæ; Quidve ſub nomine Formatæ, vide dictum Monachum in notis ad locum prædictum, & Dominicum Macri in lib. cui titulus. *Notitia Vocabulorum Eccleſiaſticorum*, verbo Oblatio; & de Formata, vide paſſim Gratianum, & Baronium in Annalibus; & conferunt adducta per Thomam Valdenſem de Sacramentalibus *tom.3.tit.23.c.167 & 168*, & Azorium *inſtit.moral.l.4.c.11.lit.D.*

Quod autem de Calice vitreo dictum eſt, ne quis hujus Eccleſiæ paupertati, vel avaritiæ adſcribat, cur in Miſſæ Sacrificio calice vitreo uſa fuerit, advertendum eſt, primis Eccleſiæ temporibus, & ſucceſſivè poſt multa ſecula, Calices vitreos, & patenas vitreas in uſu fuiſſe. De Patenis enim vitreis habetur in lib. de Romanis Pontificibus, ubi de Zephirino Papa: & de Calice vitreo loquitur Div. Hieronymus Ep. 4. ad Ruſticum, ubi loquens de S. Exuperio Epiſcopo Toloſano, inquit: *Nihil illo ditius, qui Corpus Chriſti ferebat in Caniſtro vimineo, & ſanguinem portabat in vitro*. Et rurſus Cyprianus Gallus in vita S. Cæſarii Epiſcopi Arelatenſis, qui claruit temporibus Theodorici Regis Italiæ: *An non*, inquit, *in vitro habetur Sanguis Chriſti?* Quem quidem uſum ex temporibus uſque Apoſtolorum in Eccleſia prævaluiſſe, ex S. Epiphanio notat Baronius in Martyrologio die vii Auguſti, obi de S. Donato Epiſcopo, qui ſimiliter vitreum Calicem confractum inſtauravit.

Et licet ante tempora Divi Stephani, temporibus ſcilicet Caroli Magni, in Concilio Rhemenſi vitreorum Calicum uſus vetitus eſſet, ob periculum fractionis, quod imminebat materiæ fragili, quæ prohibitio confirmata fuit in Concilio Tiburienſi celebrato anno 895, ut in *Canon. ut Calix de conſecratione diſt.* 1. Tamen quia Concilia prædicta non fuerunt generalia, ſed Provincialia, & celebrata fuerunt in partibus ultra montes, mirum videri non debet, ſi Divi Stephani temporibus adhuc eorum Canones generaliter ſervati non erant, ex eo quia nondum Conſtitutio generalis ſuper hoc edita, vel Conſuetudo univerſalis inducta fuerat, ut advertit idem Michael Monachus in notis loci ſupracitati, verbo vitreus. De Calice ligneo, vide citatum Baronium ibidem, cujus uſus ſimiliter prohibitus fuit in *Canon. Vaſa de Conſacratione eadem diſtinct.* 1.

Non omittendum autem eſt, quod Divus Stephanus anno ſuæ ætatis 73 intervenit in Concilio Provinciali Capuæ celebrato in anno 1007 tempore Pandulphi, qui fuit VI Capuæ Archiepiſcopus, in quo Calatinæ Eccleſiæ jura contra Landonem filium Sighenulphi

Comitis,& contra Adenolphum filium Adenolphi Comitis pari zelo,& ratione vindicavit,ſed ſenio confectus,jejuniis,vigiliis,& pœnitentiis penè conſumptus,& variis gravatus ægritudinibus, in eo vix vocem edere poterat,unde a Patribus Concilio adſidentibus nō poterat audiri,ut teſtatur ipſemet Pandulphus Archiepiſcopus in quadam ſcriptura ſemiconſumpta reperta inter ſcripturas Eccleſiæ Calatinæ,cujus verba refert citatus Monachus,ibi: *Pandulphus humilis Archiepiſcopus . . . ., quod cum reſiderem in Aula S. Genitricis Virginis Mariæ,Sanctorum Prothomartyris Stephani,& Agathæ cum reliquis Coepiſcopis ſuffraganeis noſtræ Sedis, & cum Sacerdotibus,& Diaconis;& in circuitu noſtro adſtaret agmen reliquorum Ordinum Eccleſiaſticorum ad ſanctam Synodum celebrandam,tunc in conſpectu omnium ſurrexit de ſubſellio Stephanus Confrater,& Epiſcopus Calatianæ Sedis,& cœpit dicere tum mihi, tum etiam omnibus reſidentibus,& adſtantibus:Scire vos volo Domini,& Confratres, quod Sedes mea ad nihilum redacta eſt ab illis,qui ejus hæredes eſſe permāſerunt:ſed cum prædicti Confratris noſtri vox ob infirmitatem,& ſenium ita tenuis ab ejus ore progrederetur, ut ad aures omnium minimè perveniret,cœpit humilitas mea tunc alloqui,ut vel ipſe ſic loqueretur, ut ſermo ejus clarè ad aures omnium pertingeret,vel vocaret unum ex ſuis,qui pro ejus vice,ea,quæ ipſe dicere non valeret,ediceret. Tunc accerſitus eſt Joannes Diaconus ſuæ Sedis,& injunxit ei,ut in conſpectu omnium ediceret quæ,& qualia damna ab invaſoribus hæreditatum ſubſtineret:Ad hæc humilitas mea præcepit eidem Diacono,ut nominatim ediceret,qui eſſent Invaſores,quoque Laici: Tunc ille in primis nominavit Landonem filium Sighenulphi Comitis, & Adenolphum filium Adenolphi Comitis,& dixit,ut iſti invaſiſſent Curtim S,Coſmæ,&c*

Cujus ſancti cultus a die ejus feliciſſimi tranſitus,ob varia, & cōtinua,in omnibus penè neceſſitatibus,accepta beneficia,ſemper prævaluit in Eccleſia Calatina; ſed noſtris hiſce temporibus nimium videtur adauctus religione, devotione,pietate Illmi, & Rmi Domini D.Conſtantini Vigilante hodierni hujus Civitatis Epiſcopi, qui ultra aſſiduum,debitumque,quem ei præſtat honorem, devotiſſimūque recurſum in omnibus populi calamitatibus, recurrente die ejus annuæ feſtivitatis, licet variis attritus ægritudinibus, ejuſdem Sancti reliquias cum argentea Statua non exigui ponderis, propriis humeris per Civitatem in ſollemni proceſſione aſportare non recuſat:Cujus etiam tanta eſt pro Dei honore, & proprii gregis utilitate ſollicitudo,tantus in corrigendis vitiis zelus, & amabilitas,tanta animi virtus, erga pauperes largitas,probitas, & vigilantia, ut nihil certè cumulo addi poſſit: Cui etiam noſtri Cives quammaximè debent,tum ob ejus eximiam caritatem, qua omnes populi altercationes,lites,&diſſidia tollere cōtinuò defatigatur,tum etiā quia cū ob ejus ſpectatas virtutes,ſublimemq; in Theologica facultate,canonico

Illuſtriſſimi Epiſcopi D. Conſtantini Vigilante laudes, & virtutes.

nico jure,& civili,cæteriſque facultatibus peritiam,ac in magis arduis negotiis peragendis,dirigendiſque incomparabilem prudentiam, ad altiores dignitates, digniore ſque Epiſcopatus ſit evocatus,tamen hujus Eccleſiæ tenuitatem propriis commodis,& utilitatibus anteferre non dedignatur;Unde merito ei unanimiter omnes ſalutem precantur,& ſoſpitatem,& poſt hujus vitæ decurſum, tertium in Cœlis ſperant habere protectorem.

Sed ut ad inſtitutum ordinem revertamur,non omittendum eſt hic referre,quod paucis a morte Divi Stephani interjectis annis, in hujus Civitatis ditione,Longobardis excluſis,Normandi Comites ſucceſſere, inter quos adſcribitur inclitus ille Rainulſus Aſclitini filius,& Ricchardi Capuæ Principis frater, qui circa annum 1078 fœdere junctus cum Jordano Capuæ Principe Ricchardi filio Beneventum a Guiſcardi obſidione liberavit, ut tradit Lupus Protoſpata ad annum 1078, & Guilielmus Appulus l.3. de quo etiam memoriam facit Petrus Diaconus in continuatione hiſtoriæ Caſſinenſis l. 3, ubi de eodem Rainulſo ſubdit, quod cum Pontifex Gregorius VII. Salerni diem ſuum clauſiſſet extremum,& timor eſſet, vacante Sede, Henricianos novos motus excitaturos, Deſiderius Caſſinenſis Abbas S.R.E.Cardinalis Rainulſum, & Jordanum enixè precatus fuit, ut in nova Pontificis electione,Eccleſiæ neceſſitatibus adeſſent,cui petitioni cum annuiſſent,ſucceſſivè non defecerunt; nam, inter alia, cum idem Deſiderius Pontifex fuiſſet creatus,ejuſque electio Eccleſiæ utilis,& expediens omnibus videretur;recuſante eo Pontificatũ, ne in tanta temporum calamitate nova ſciſmata,diſſentioneſque exorta fuiſſent, Jordanus,& Rainulſus Deſiderium adiere, eique Eccleſiæ propoſita utilitate, ad acceptationem deduxerunt. De eodem Rainulſo mentionem habet eadem Cronica Caſſinenſis d.l.3. c.28, ubi inter eos Normandos Principes enumeratur, qui in anno 1071 in conſecratione Eccleſiæ Montis Caſſini interfuerunt, & de eo fuſiùs Nicolaus Giorgi in hiſtoria S. Xiſti, qui eum appellat Rainulſum II Calatiæ Comitem, aitque fuiſſe I filium Aſclitini, ad ejuſq; ditionem pertinuiſſe Calatiam,Alliſas,Abellinum, Civitatẽ Sanctæ Agatæ Gothorum,aliaque loca.

XXVII. *Rainaldus Normãdus Comes Calatinus.*

Hujus Comitis temporibus vixit Divus Ferdinandus ex præclara familia Aragonea,qui cum ex Hiſpania in Italiam veniſſet, & in hac ſe recepiſſet Civitate,mortuo Epiſcopo Iaquinto Divi Stephano immediato ſucceſſore,communi omnium voto in anno 1070, in ejus locum fuit electus Epiſcopus. In quo Apoſtolico munere ejus partes adeo perfectè explevit,ut ab omnibus verus pauperum pater,& oppreſſorum ſublevator habitus fuerit, ac zelo eccleſiaſticæ diſciplinæ,pacis ſtudio,& omni demum virtutum genere undequaque coſpicuus. Sed in Epiſcopatu prædicto cum ſediſſet uſque ad annum 1082,ſub die 27 Junii brevi morbo correptus,dum Eccleſiarum

XXVIII *Divus Ferdinandus Hyſpanus Epiſcopus Calatinus.*

rum

dum ſuæ Diœceſis viſitationi vacabat,ex Oppido Albiniani migravit in Cœlum. Ad cujus ſepulcrum cum undequaque accurriſſent ex finitimis Regionibus, & miraculorum ejus fama ex omni parte percreſceret,ejus cultus introduci cœpit in Eccleſia Calatina,qui & ſucceſſive etiam in Capuana Eccleſia invaluit, ut habetur ex Santuario Capuano in quodam Kalendario uſque ab anno 1300 Longobardicis characteribus conſcripto,ubi: *Die 27 Junii S.Fernandi Epiſcopi,& Confeſſoris*: In cujus repetitione ſic notat Michael Monachus *Fernandus,ideſt Ferdinandus, vulgo Ferrante, Epiſcopus Calatinus, vir natione hiſpanus, & Aragonienſis,apud Albinianum ſuæ Diœceſis Oppidum obdormivit*. Refertque *Sylveſter Ayoſſa* Sacerdos Capuanus in quodam liberculo typis dato,cui titulus: *Authoritates Apologeticæ de antiquo cultu, & cognomento S. Ferdinandi de Aragonia Calatiæ Antiſtitis*, quod & Panormi in Sicilia dicti Sancti cultus etiam invaluerat ab Aragoneis Regibus ibi introductus,quem poſtea Ferdinandus de Cabrera Neapolis primum, & poſtea Siciliæ Prorex adauxit; nam cum Panormi ſub anno 1633 Collegium Scholarum piarum propriis expenſis extruxiſſet,in Tribuna Eccleſiæ, iconem S.Ferdinandi collocavit, inſtituitque ut quolibet anno in ejus honorem ſollemnis celebraretur feſtivitas ſub die 27 Junii, eodem die, quo ejus feſtum Calatiæ celebratur, ex qua officium receperat, reliquias,& ſcripturas ſigillo munitas. Aragoniæ item celebrari ſolitam feſtivitatem Divi Ferdinandi,ac eundem maxima in veneratione habitum fuiſſe a Regibus Aragoneis refert præfatus *Ayoſſa loc. cit. num.* 13.

Ejus cultus in Eccleſia Calatina, & Capuana.

Ferunt etiam majores noſtri ab eorum majoribus accepiſſe, Div. Ferdinandum, inter alia, tum in ejus vita, quam poſt ejus obitum, gratiam habuiſſe curationum,præcipuè febre laborantium; Unde in ejus pervetuſto officio,quod olim Calatiæ celebrabatur,plura ad rē reperiebantur reſponſoria,inter quæ primum ſic ſe habebat: *Alme Pater Ferdinande,Dive Præſul venerande tibi devotis precibus ſupplicamus,ut a ſarcina peſtifera urentium febrium liberemur.* ℣. *Suſcipe quæſumus tuorum ſervorū preces,& da,ut conſequamur optatā ſalutem.* Et tertium Reſponſoriū. *Confeſſor Chriſti Fernande terminus febricitantium,eorumque ultimum remedium, infirmantium optata ſalus, & medicina,& refugium omnium malè habentium.* Et in Reſponſorio 9. *Iſte homo ab adoleſcentia ſua partim meruit infirmos curare, & dedit illi Dominus charitatem magnam,cæcos illuminare,Dæmones effugare.*

Hinc ad rem etiam erat ejus particularis Oratio, per hæc verba: *Majeſtatem tuam,Domine,ſuppliciter exoramus, ut B.Ferdinandi Confeſſoris tui,atque Pontificis ſupplicationibus complacatus,ſalutem nobis mentis,& corporis tribuas benignus,& pacem.Per Dominum,&c.*

Corpus S.Ferdinandi poſt ejus obitum conditum fuit Albiniani, in Eccleſia,quæ vocabatur S.Mariæ de Cornellu de qua in Bulla Divi

vi Stephani.Sed in anno 1619 opera Epiſcopi Paulli Filomarino ex Albiniano Calatiam traslatum fuit, ac in Altari Divi Stephani reconditum, aliquibus relictis reliquiis in dicta Eccleſia S.Mariæ, quæ ab anno 1300,& ſucceſſive, Eccleſia S.Ferdinandi nuncupatur, ut ex atteſtatione jurata plurium Civium, & Sacerdotum, refert idem Ayoſſa; idemque denotant lapideæ tabellæ in Sacello Divi Stephani.

De S.Ferdinando, ultra Sanctuarium Capuanum, ſcripſerunt Ughellus in *6.tom.ſuæ Italiæ ſacræ*, ubi de Epiſcopis Calatinis. P. Philippus Ferrarius Servita in Catalogo Sanctorum Italiæ, & in novo Catalogo Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, ibi: *die 27 Junii apud Calatiam in Campania S. Ferdinandi Epiſcopi, Michael Monachus, citatus Sylveſter Ayoſſa, aliique.*

Ejuſdem Rainulfi temporibus S. Anſelmus Cantuariæ Archiepiſcopus in Villa Sclavia conſedit, in pertinentiis Baroniæ Formiculæ hujus Diœceſis Calatinæ, quo in loco divinæ contemplationi, & myſticarum rerum enodationi diu, noctuque incumbens, inſigne
volumen edidit, cui titulus, *Cur Deus Homo?* ubi etiam alia mira o- XXIX.
peratus fuit, inter quæ cum illius loci accolæ maxima ſiccitate la- *Alizon de*
borarent, precibus ad Deum fuſis, puteum eduxit ſalutiferæ, & pe- *S.Anſelmo*
rennis aquæ, qui uſque ad hodiernum diem S. Anſelmi puteus nuncupatur, ut ex Surio 21. Aprilis *n.*38., & Pellegrinus *in caſtigat, ad Lupum Protaſpata*. Qui Sclaviæ locus inſignis etiam eſt ratione Chryptæ, ſive Eccleſiæ Angelorum Principi dicatæ, de qua Ignotus Caſſinenſis, qui ſcripſit circa medietatem noni ſeculi.

Et ut ad Rainulfum redeat ſermo, prætereundum non eſt, quod tempore Urbani II deliberata in Concilio Claramontano Chriſtianorum expeditione pro Hieroſolymæ, aliorumque ſanctorum loco-
rum recuperatione, quæ jamdiu ab Infidelibus occupata fuere, cumq; XXX.
jam Crucis ſigno ſuſcepto, infinita pene hominum multitudo e Gal- *Rainulfus*
liis, Anglia, Italia, aliiſque Regionibus in militiam Chriſti ſe adſcri- *cum Nor-*
pſiſſent, & ex hac Italiæ ora Boemundus, & Tancredus Rogerii fi- *mandis in*
lius cum magna delectorum hominum Italicæ juventuris manu O- *Paleſtinæ*
rientem verſus properarent, cum his ſe adjunxit Rainulfus, & *expeditio-*
una cum quãplurimis aliis Normandis Principibus multiſq; Calati- *ne.*
nis ad expeditionẽ prædictam perrexit, ut ex eadẽ *Cronic.Caſſin.l.xi.* Ex qua, cum poſt Paleſtinã ſubactã, pugnãq; cũ Aſſyriis geſtã, Rainulfus ad ſuos reverſus fuiſſet, exinde Calatia, ſive ex dicti Comitis cõmiſſione, ſive quia quãplurimi ex ejus civibus in præfato bello certaverant, antiquo Stegmate mutato, Cruce rubra cum quatuor liliis in campo ceruleo pro nova teſſera ſemper uſa fuit, & adhuc utitur.

Cui Rainulfo Robertus filius ſucceſſit, ab aliquibus Osbertus nominatus; qui ut referet Petrus Diaconus *l. 4. c.25.* inſcribebatur, *Cajatianorum, & aliarum multarum Gentium Comes.* Nam ultra Calatiam, quamplures alias Civitates ſub ſua habebat poteſta-

tem,

Digitized by Google

tem, Allifas nempe, Teleſiam, Abellinum, Civitatem S. Agathæ, &c prout præfatum titulum interpretatur Pellegrinus *De Stegmate Principum Normandorum*. Ejus uxor fuit Caitelgrima, ex qua ortus fuit Ricchardus de Rupecanina, & Caitelgrima alia, quæ Alexio O-

XXXI. *Rainulfo Robertus filius ſucceſſit.*

rientis Imperatori fuit promiſſa in uxorem, ſed cum promiſſum conjungium evanuiſſet, Guilielmo Apuliæ Duci fuit matrimonio conjuncta, ut ſcribit Romualdus Salernitanus *in ejus cronic. manuſcrit*. De eodem habetur in quadam publica ſcriptura ab Octaviano Melchiori obſervata in Archivio Epiſcopali Calatino, nempe in anno 1105 donaſſe Caſſinenſi Cœnobio medietatem Terræ Montiſcorvi, quam in anno 1103 a Ricchardo Capuæ Principe obtinuerat, in fine cujus ſcripturæ hæc habebantur: *Sereniſſimæ Poteſtatis juſſione ſcripſi ego*: Quod & in aliis ſcripturis Normandorum Comitum dictæ Civitatis etiam videre eſt, prout ex aliis manuſcriptis, quæ in dicto Archivio reperiebantur, quorum aliqua per extenſum refert citatus Nicolaus Georgio in citata hiſtoria S. Xiſti. Et in anno 1106 una cum Petro Calatiæ Epiſcopo Monaſterium S. Crucis Montis vernæ conceſſit Monachis Caſſinenſibus S. Laurentii Civitatis Averſæ, ut ex quodam inſtrumento Longobardicis characteribus conſcripto notat citatus Melchiori.

XXXII. *EiqueRainulfus alius, ejuſq; pietas, & potentia.*

Quo defuncto, paternarum ditionum hæres Rainulfus alius ſucceſſit, vir ſanè inclitus, & omni virtutum genere, ſed pietate præcipuè erga Eccleſiam, ejuſque Patrem Robertum omni quidem ævo comendandus, qui in anno 1117 Cathedrali Eccleſiæ hujus Civitatis & pro ea ejus Epiſcopo, pro ſalute, & redemptione animæ dicti Roberti ejus Patris, donavit duo molendina ſecus Vulturnum conſtructa, cum facultate faciendi clauſuras, & in Ripis ex utraque fluminis parte, ſigna figendi, pro uſu, & neceſſitate Molendinorum: Et in anno 1119 conſilio præfatæ Caitelgrimæ ejus matris, etiam pro redemptione animæ dicti Roberti, plura territoria donavit Eccleſiæ S. Mariæ de Marciano. Nec non in anno 1134 præfatæ Eccleſiæ Epiſcopali, & pro ea Stantioni Epiſcopo, abſque ulla reſervatione, alias terras donavit cum Hominibus, Molendinis, Ripis, aquis, & Clauſuris pro uſu dictorum Molendinorum, ut ex inſtrumentis dictarum donationum, quæ per extenſum refert citatus Georgi loco citato, in quibus ſcripturis videre eſt, præfatum Rainulfum licet plurium Civitatum ſupremum Dominum, nullumque recognoſcentem Superiorem, ita ſe inſcribere: RAINULFUS II. DIVINA FAVENTE CLEMENTIA CAJATIANORUM, aliorumque multorum Comes, filius bonæ recordationis Rodberti Egregii Comitis.

Si-

R
A
I
Signum Domini N — V Comitis
L
F
I

Quæ autem fuerint Gentes,& Civitates ejus ditioni ſubjectæ? Conſtat inter ejus ævi ſcriptores,Averſam,Teleſiam,Allifas,Abellinum, Civitatem S.Agathæ,Airolam,cœteraque quamplurima ſub ejus ditione fuiſſe,& quod multa poſſederit in Aprutio , & quod Dominus fuerit Siponti,& Montis Gargani,ut ex hiſtoria Caſſinenſi *l.2. c.68.*, aliiſque.Uxor ejus fuit Matildes Rogerii Regis Soror,cum qua Robertum aliũ procreavit.Sed quia Rogerii cupiditas, & audacia ul tra captũ excreverat, ita ut non modo Campaniam,ſed Apuliam eti am conaretur ſubijcere,quæ ſub anno 1127 a Guilielmo ejus Duce Apoſtolicæ Sedi teſtamento relicta fuerat , ipſummet Rainulfum propriæ Sororis virum ſibi ligium conſtituere ſatageret, præfatus Rainulfus Summi Pontificis Honorii II partes contra Rogerium ſecutus fuit,contra quem aliquãdo proſpera, alias vero adverſa fortuna dimicavit, ut ait *Abb. Teleſinus l.* 1: Et inter multas cum eo initas pugnas,celebris fuit illa,quæ ſub die 24 Julii 1132 prope Nuceriã habita fuit,quo die,ut in ſua Chronica teſtatur Romualdus Salernitanus,Nuceria a ſtricta Regis obſidione liberata fuit, & Regis exercitus devictus,& diſſipatus: Et alia,de qua Baronius ad annum Chriſti 1136,quo anno communi voto Innocentii *II*,& Lotharii Imperatoris,Rainulfo Apuliæ Ducatus fuit conceſſus,tum in eorum remunerationem,quæ pro Eccleſia geſſerat,tum etiam,ut novis adauctis viribus,validius,& fortius Rogerio reſiſtere valeret.Sed tandem dicti Regis potentia , ſive calliditate devictus fuit Rainulfus , quo tempore in ejus odium Averſa traditur ſolo æquata,nec non Puteoli,Alliſæ, & Teleſia dicti Comitis ditioni ſubjectæ, Regis furore concideiunt,& cum eis alia multa Campaniæ,& Apuliæ oppida , ut teſtatur Falco,& Baronius ad annum Chriſti 1138,nec abſque lacrymis refert Guibaldus Caſſinenſis Abbas in quadam epiſtola Lothario Imperatori conſcripta per hæc verba: *Noſtrorum autem dictorum teſtes ſunt Civitates Puteolana, Alliſana, & Teleſina,quæ nihil ad aliud, quam olim fuiſſe demonſtrant; & ſi quæ ſuperſunt,ſolo æquantur, ut Capua,nam poſtquam fortunas,& homines exhauſerunt , incendium ſubjecerunt*,quam epiſtolam adducit *Archipresb.Ciarlante l.* 4. *ejus hiſtor. Samnii,fol.*297.

Rainulfus a Rogerio Rege devictus.

A qua vaſtatione,& excidio,Deo protegente, immunis fuit Calatia,nam licet eodem fermè animo circa eam Guarinus Regis Cancellarius victrices copias adduxiſſet,tamen quia Civitas ſitu,& ope-

re munita erat,& valido etiam præſidio tenebatur, omnem aggreſſorum impetum fortiter excepit, unde expediens viſum fuit Guarino ab eius oppugnatione, & finibus recedere; Verum cum exinde ipſemet Rogerius magna copiarum manu ad eam expugnandam advenisset, Calatia,& cum ea Civtas S.Agathæ Gothorum tanto hoſti, & undequaque victori reſiſtere non valentes, ne extrema belli mala, ut aliæ finitimæ Civitates, experirentur, ſe ultro Regi dedere, ut ex eodem Teleſino, & Chronica Ceccani: Refert etiam citatus Teleſinus Rogerium poſt hæc Calatiæ commorantem juſſiſſe, Civitatem ex parte montis Urbi imminentis, novis ædificijs ampliari; eodemque præſente, ait, hic Calatiæ a Clero populoque Campano Guilielmum Ravennatenſem in Capuanum Antiſtitem fuiſſe electum: Qui exinde Rogerius cum anno ſalutis 1149 Panormi diem ſuum clauſiſſet extremum, ſucceſſit ei Guilielmus filius, eique Guilielmus alius, cognomento bonus, ad patris diſcrimen, qui malus fuit appellatus; Cui abſque liberis defuncto ſuccedit Tancredus ex Roberti Guiſcardi genere, qui Regno privatus fuit, poſtremuſq; fuit, qui ex præclariſſimo Normandorum ſanguine in hoc Regno ditionem habuerit: Quorum Regum temporibus Calatiam ſub Regali ditione fuiſſe, notat citatus Melchiori ex verbis inquiſitionis factæ de ordine Friderici Imperatoris.

XXXIII *Calatia ul. trò Rogerio ſe tradidit.*

Pervento autem ad Suevos Regno, Calatia etiam ſub immediata Regis, ſive Imperatoris Henrici VI dominatione permanſit, ut colligitur ex verbis ejuſdem inquiſitionis. Sed defuncto Henrico, perventoque, ad Regni regimen Friderico II ejus filio, cum ob diverſos Regni motus quamplurimæ Campaniæ, & Aprutii Civitates in diverſorum dominorum poteſtatem perveniſſent, Calatia a Diopoldo Comite Germano fuit occupata,& valido præſidio munita: Sed Diopoldo devicto,& carceribus mancipato, in anno 1221, a Sisfredo ejus fratre fuit Imperatori reſtituta, & cum ea Aliſæ: Unde Diopoldo priſtina libertas conceſſa fuit, ut refert accuratiſſimus D.Franciſcus Capyc.Latro in ejus Noviſſima Hiſtoria Neapolitana *p.2.pag* 72.

XXXIV. *Statutorū tēpore ſub immediata Regum ditione permanſit.*

At cum Fridericus pluries Honorium III, & Gregorium IX eluſiſſet ſub ſpe, & promiſſione validæ expeditionis pro Hieroſolymæ, aliorūq; Paleſtinæ locorum recuperatione, & eo præſertim tempore, quo copiarum parte in Sicilia,& Apulia, ad convellendas Eccleſias relicta, cum reliquo exercitu,& exiguo propemodum apparatu in Syriam navigavit, ubi tam turpe, & omni quidem orbe vituperatum fœdus cum Ægypti Rege iniit, ut ipſe Hieroſolymam urbem muris nudatam,& penè deſertam haberet; & barbarus è contra alia meliora,& munitiſſima poſſideret loca; Gregorius in tam deteſtabilis facti ultionem de Regno invadendo cogitavit, pro quo effectu valido exercitu comparato, Joannem Brenna Friderici ſocerum, & Joannē Cardinalem Columna in Aprutium, & Campaniam cum comparatis

co-

copiis ire juſſit, qui Fridericianis proſperè bello fuſis, Caſſinum, & reliqua loca, quæ Capuam uſque interjacent, facili negotio occuparunt,& mox Calatiam adventantes,cum Calatinos adhuc Imperatori adhærere comperiſſent,eorum Civitatem ſtricta obſidione cinxerunt: Quæ omnia intelligens Fridericus cum jam ſub anno 1229. prope menſis Maii finem, e Syria revertens Brunduſium appuliſſet, è Barulo campaniam venit, & una cum Spoleti Duce, & magna copiarum parte Calatiam properans; eam a Pontificiorum obſidione liberavit,ut narrat Colennuccius *l.*4.ejus hiſtoriæ, & de eadem obſidione pluries citatus Capyc.Latro *dict.p.*2.Sed Archipresbyter Ciarlante *l.*4.hiſtoriæ Samnii,ait, Civitatem poſt longam obſidionem magno aggreſſorū conatu tandem ſuperatā fuiſſe,arcem autē ob eximiam defenſorum virtutem expugnari non potuiſſe; unde facilè fuit Friderico Civitatem etiam recuperare. Quibus peractis in Civitatem ingreſſus Imperator, Jacobum Epiſcopum, qui obſidione durante,Pontificis partibus adhæſerat,exilio mulctavit,ut tradit Vghellus in loco pluries *cit.n*17.aliumque Andream nomine,ejus loco ſubrogavit, Refertque Octavius Melchiori ex chronica manuſcripta Philippi Xiſti Allifani,tunc temporis,Friderici juſſu, Nobilium, & popularium diſcrimen in hac Civitate, in Nobilium odium, qui Pontifici adhæſerant, ſublatum fuiſſe; licet è contra multa plebi, populoque concesſerit, & inter alia Proventuum, ſive mulctarum conceſſionem confirmarit.

XXXV. *A Pontificiis obſeſſa, & a Friderico ab obſidione liberata.*

Unde opportune in hoc loco notandum eſt, ante Friderici tempora, imo ab exordio hujus Civitatis Patritios a populo, ſive plebe fuiſſe ſeparatos.Quod colligitur primo ex Livio *Decad.*3. l.6. *cap.* 27.ubi de Calatinorum reditu ad Romanos verba faciens, de Senatu hujus Civitatis mentionem habet, ibi: *Senatorum autem,qui magiſtratus Capuæ, Atellæ, & Calatiæ geſſiſſent &c*; conſtat autem Senatores Patres fuiſſe vocatos, atque ex eis Patritiorum vocabulū derivaſſe, itaut qui ex Patribus propagati eſſent, patritii vocarentur, ut ex eodem Livio *l.*1.*cap.*4.tradit Roſinus Antiquit. Roman. *l.* 1.*cap.* 17.& alibi: Roboraturque ex ultimis verbis græcæ inſcriptionis ſecus januam domus meæ collocatæ, ibi: ΤΑΓΜΑ ΚΑΙ ΛΑΩΣ ΚΑΛΑΤΙΝΟΣ ideſt, *Ordo, & Populus Calatinus*.

XXXIV. *Ante Friderici tēpora Calatiæ diſtinctio erat inter Nobiles, & populares.*

Et in porta meridionali hujus Civitatis, quæ ducit ad Flumen, in quodam lapide pro baſi arcus dictæ portæ collocato hæc alia ad prædictorum comprobationem leguntur verba, licet temporis injuria magna ex parte obliterata.

Q. GAVIO Q. F.
TRANQVILLO
QUA EST. URBIS
QUAEST. PROVIN
NARBONENSIS
ORDO DEC. ET
POPULUS
PATRONO MUNICIP.

quàm diſtinctionem etiam temporibus Divi Stephani viguiſſe,legitur ex Bulla eius conſecrationis per hæc verba: *Gerebertus San. Capuanæ ſedis Archiepiſcopus: Fidelibus omnibus Orthodoxis Clero, Ordini, & Plebi conſiſtenti Calatiæ*, quam bullam per extenſum refert Vghellus,& Michael Monachus in ſuo Breviario Capuano, ubi de S.Stephano.

XXXVII *D.Franciſcus Aſſiſienſis Calatiæ Cœnobium extruxit.*

Qua notione præmiſſa, ut ad interruptum ordinem redeat ſermo, hic non pigebit adnectere, quod per eademmet tempora S. Franciſcus Aſſiſienſis ordinis Minorũ fundator è Capua hucCalatiam venit, petitoq; tam ab Epiſcopo, quam a Civitatis Decurionibus loco pro Eccleſiæ, & conventus conſtructione, fuit ei conceſſa Eccleſia cum adjacẽti loco ſub vocabulo S.Mariæde Populo de jure patronatus dictæ Civitatis,ubi Conventus fuit extructus, & Eccleſia ſub vocabulo D. Franciſci,ut refert P. Tuſignanus in ſua hiſtoria Tripartita ordinis Minorum,& ego plenè deduxi in allegatione edita pro PP.Conventualibus dicti Conventus in cauſſa præcedentiæ vertente in Epiſcopali Curia cum PP. de Obſervantia Reformatis.

XXXVIII *Calatia a Carolo primo Guilielmo Glignetto conceſſa.*

Mortuo autem Friderico, cùm nec Eccleſiæ pax reſtituta fuiſſet, imo ſemper magis in Italia, & in hoc Regno præcipuè jurgia,bella, ſeditioneſque,recrudeſcerent, Carolus Andegavenſis Dux ad regni acquiſitionem fuit evocatus, qui cum, devicto Manfredo, Regni pacificus dominator evaſiſſet, Calatia in primis ejus regni temporibus ſub immediata Regis ditione fuit; & per eademmet tempora idem Rex Carolus decimas fructuum bonorum feudalium intra Civitatis territorium conſiſtentium conceſſit Cathredali Eccleſiæ hujus Civitatis,& pro ea Joanni eius Epiſcopo, ut ex quamplurimis ſcripturis, quæ in Epiſcopali Archivio habentur, & confirmat Vghellus *l. pluries citato n. 20: Eidem Joanni Carolus Rex in anno 1275 decimas, quas ſuper feudalibus bonis habet Cajacẽſis Eccleſia liberaliter cõceſſit, & relaxavit.* Sed parvo poſtmodum interjecto annorum ſpatio,Carolus Civitatem hanc cum ejus caſtro, & pertinentiis donavit Guilielmo Glignetto natione Gallo, ut notat *Admiratus in ejus operc Familiarum Illuſt.Neap.Joannes Ant.Summonte in vita Caroli*,a quo novo Domino & Civitas, & Caſtrum fuerunt reſtaurata.

Succeſſive, ratione connubii initi inter Margaritam Glignetti, & Thomam Sanſeverino,Comitatus Calatinus ad Sanſeverinates per-

pervenit, per quæ tempora ex quo Vulturnus amnis ultra modum, hominumque captum excrevit,itaut,tota planitie inundata, arbores ſimul,& ſegetes,hominumque habitationes abduxerit, legitur,huius calamitatis intuitu a Regina Joanna prima, Sanſeverinatum interceſſione, huic Civitati collectas fuiſſe relaxatas, ut ex Archivio dictæ Reginæ de anno 1345, & 1346, *lit.* C. Sed ſuccedentibus annis nova tempeſtate concuſſa fuit Calatia, nam cum Andreas Pannoniæ Regis frater,& Joannæ vir Averſæ laqueo extinctus fuiſſet, & Ludovicus RexPannonius,magno exercitu comparato in tam horribilis facti ultionem properaret, per Latium in Aprutium ingreſſus fuit, ubi Aquila, & Sulmone captis, multiſque aliis non ignobilibus Civitatibus,oppidiſq; ſuperatis, ex Appennino in campaniam deſcendit, ubi primo impetu victricibus armis Venafrum, & Calatiam expugnavit,ut refert P.Jannectaſius in ſua hiſt. Neap. *Decad*.3.*l*.24

XXXIX Ad Sanſeverinatum pervenit.

A Ludovico Pannoniæ Rege expugnata

Interea Toparchis etiam Sanſeverinatibus ſubjecta fuit Calatia, ac ſub eorum poteſtate permanſit uſq; ad tempora Ladislai Regis, quo regnãte,occaſione belli initi cum Andegavenſibus,cũ Sanſeverinates Andegavenſibus adhæſiſſent, comitatus Calatinus, qui ante Carolum prim.ſub immediata Regum ditione fuerat, denuo Regis ditioni fuit incorporatus,ut legitur in Archivio Regis Ladislai de anno 1404. Verum poſtmodum cum Ladislaus multa oppida, & Civitates Regni exiguo pretio vendidiſſet,ea præſertim, quæ perduellium fuerant, vel eorum, quos levis licet ſuſpicio dubios reddiderat, Calatia pro pretio ducatorum decem, & octo millium vendita fuit Gurrello de Aurilia Regis Prothonotario, cum expreſſa Regis declaratione in actu venditionis, quod comitatum prædictum ex quo plurimi valebat,non tam pretio, quam muneris loco viro verè meritiſſimo tradebat, ut habetur in Archivio dicti anni, & refert Summonte in vita Ladislai: Revera autem Gurrellus eximiæ fuit prudentiæ vir,& politicarum rerum ſcientiſſimus, & propterea dilectiſſimus Ladislao,eo magis quia in gravioribus dicti Regis anguſtiis,& eo præcipuè tempore, quo huius Regni pars potiſſima Ludovico adhærebat,ſemper Regis partes fuit ſecutus, & opere, & prudentia ei fuerat juvamini, ut ex Archivio anni 1398, & notat Summonte in vita Ladislai; Unde meritò inſigniores Regni comitatus ad eum pervenerunt, Calatinus ſcilicet,Acerranus,Potentinus,Alliſanus, aliiq; quorum mentionem facit citatus Summonte: Ipſum etiam pietate ſimul, ac munificentia claruiſſe, referunt eius ævi ſcriptores, & patet ex eius Epitaphio in Eccleſia montis Oliveti. Quo defuncto, Joannes Petrus eius filius primogenitus hoc Comitatu potitus fuit,una cum aliis inſignibus Regni Comitatibus, oppidiſq; diviſa inter cæteros fratres opulentiſſima patris hæreditate in aliis Regni ditionibus conſiſtente.

XL. A Ladislao Rege Gurrello de Aurilia conceſſa.

Sed regnante Joanna II & ſucceſſive Alphonſo Aragonienſi, cum rerum

rerum Regni ſtatus mutatus eſſet, Gurrelli filii priſtinam felicitatem, poteſtatemq; amiſere, tunc temporis præſertim, quo Joannes Petrus Andegavenſibus adhærens, in Acerrana obſidione ab Aragonienſibus inita, tanta vi, nimiaq; conſtãtia reſtitit Alphonſo, ut ei obſidionem ſolvere neceſſe fuerit, de qua obſidione latè Conſtantius l. 14; licet poſtea Acerrani Aurilianorum dominatione pertæſi Aragonienſibus adhæſerint, & Andegavenſes Urbe excedere coacti fuerint, ut tradit Jannattaſius *Decad.4.l.*34.

Acerræ obſeſſa.

Quam Acerranam obſidionem, longo intervallo non interjecto, obſidio huius Civitatis ſubſecuta fuit, nam in anno 1440, declinante Andegavenſium fortuna, & cum omnis ferè Campania Aragonienſibus obtemperaret, legitur apud *Colennuccium* l.3, Calatiam, quæ adhuc Renato parebat, ab Alphonſo obſeſſam fuiſſe, & bellicorum tormentorum vi expugnatam. *Conſtantius* vero *l.*17. ſcribit, Alphonſum cum exercitu Apuliam pergere cogitantem, è Benevento ideo Calatiam declinaſſe, ex quo a transfugis relatum fuerat ſufficienti præſidio præditam non reperiri: Sed cum munitiorem eo, quod crediderat, reperiſſet, & præſidiarii, & Cives eam acriter tuerentur, juſſit eam omnibus copiis circumvallari, & ſupra montem urbi proximum munitiones, ac tormenta bellica adduci, quæ cum magno militum labore adducta fuiſſent, iis continuò fulminantibus, Urbem, & caſtrum quatientibus, intra paucos dies ad deditionem coegit.

XLI. *Calatia ab Alphonſo obſeſſa, & ad deditio coacta.*

Sed adeo Alphonſo dictæ Civitatis aeris ſalubritas, & amænitas grata fuit, ut in ea longo tempore habitaverit, ut inter noſtros fama eſt, & colligitur ex Conſtantio, & Jannettaſio, qui poſt longum factorum tractum, aiunt, eum è Calatia Beneventum rediiſſe. Ex noſtris etiam habemus, Alphonſum Calatiæ commorantem in maxima habuiſſe veneratione Corpus S. Ferdinandi Epiſcopi ex præclara familia Aragonia, & ex eo ſecum multas reliquias adduxiſſe, & inter eas lancem, & vrceum, quibus Sanctus vivens uſus fuerat, & exinde ejus cultum in Aragonia, cæteriſq; hiſpaniæ locis introduxiſſe, ut refert *cit. Ayoſſa in apolog. S Ferdinandi, & Vgbellus de Epiſ. Calatinis* Atq; hic inhabitans Civitatem hanc ejuſq; integrum comitatum Lucretiæ de Alagno conceſſit, cuius temporibus aliqua condita fuerunt ſtatuta, & antiquis ſtatutis ſuperaddita, ut ex cap.

XLII. *Alphonſus Calatiæ inhabitavit, ejuſq; Comitatū Lucretiæ de Alagno cōceſſit.*

Recrudeſcentibus vero diſſidiis poſt mortem Alphonſi tum ob denegatam a Calliſto 3. Ferdinando inveſtituram, tum ob adventum Joannis Andegavenſis Renati filij, cui Tarenti, & Roſſani Principes, Sueſſæ Dux, ac alii Regni Proceres adhæſere, inter quos, & Aragonienſes acre, & diuturnum bellum exarſit, habetur apud Conſtantium l. 20, & cit. Jannectaſium, quod ſuperatis, fuſiſq; in Apulia Andegavenſibus in inſigni illa apud Trojam clade, quæ bellum, & belli occaſiones magna ex parte diremit, idem Ferdinandus ex Apulia per antiquum Samnium, & proprie per Cerretanum agrum campaniam

Digitized by Google

XLIII. Rex Ferdinandus cum ejus exercitu per agrum Calatinum.

niam verſus cum ejus copiis contendit, & inter Teleſiam, & Calatiam caſtra metatus fuit, ubi plurima oppida, quæ adhuc hoſtibus adhærebant recepit, quæ ego exiſtimo fuiſſe Amoruſium, Campanianum, Rajanum, Albinianellum, quæ tunc temporis validis cingebantur muris, & caſtris etiam munita erant; Atque inde cum Calatiam adveniſſet, comperiſſetq; Pontislatonæ oppidum adhuc hoſtium cum præſidio teneri, ad ejus oppugnationem magna cum copiarum manu ſe contulit, cumq; ob loci difficultatem, peraltaſq; rupes circumvallari oppidum non poſſet, ex duobus tantum locis, qua aditus erat, urgere obſidionem inſtituit, ac machinis admotis ictibus continuis mœnia verberari juſſit, quorum impetu licet quadrata turris, quę portę ex parte orientis ſitę imminebat brevi rormentorum ictu dejecta fuiſſet, tamen ob oppidanis, illico exſtructis aggeribus, damnum fuit reparatum. Sed quia Martiani Dux, cui oppidum parebat, per arduum iter, quem locum claudere Regii non poterant, noctu milites in oppidum immittebat, qui integri feſſis ſubrogabantur, ad plures dies obſidio pertracta fuit: Ex quibus cum Ferdinandus difficilem obſidionis exitum cerneret, & fama eſſet, Martianum plures copias cogere, ut obſeſſis auxilium adduceret, ſolvere obſidionem inſtituit, & Capuam ſe reciperc, diſtributis per vicina loca militũ ſtationibus. De qua obſidione late *Joann. Ant. Summonte tom. 3. lib. 5.*

Pontislatonæ obſidio, ejuſque liberatio.

Sed nunc oppidi prædicti vix paucæ ſuperſunt ſemidirutæ habitationes cum Eccleſia Archipresbyterali, accolis ob aeris intemperiem ad vicina loca confluentibus; Non longè tamen ab eo creſcit, creſcetque, Deo dante, Formicola, quæ utpote amœniſſimo in loco poſita, Cœli clementia, agrorum ubertate, peculiariq; cujuſcumque generis fructuum dulcedine, ſuorumque incolarum morum ſuavitate, ad ejus habitationem non modo a vicinis, ſed a remotioribus terris allicit: Eo magis quia noſtris hiſce temporibus ſub feliciſſima vivit ditione Excellentiſſimi Colubrarii Principis D. Franciſci Caraſa, juſtitia, ſapientia, humanitate, excelſa animi indole, & omnibus quidem animi, & corporis dotibus ornatiſſimi, ac Muſis quam maxime chari, quique duo poetica edidit volumina, omni elegantia, & lepore referta, ſub titulo Montis Caprarii; & virtutem factis cõjungens pro CAROLO BORBONIO Rege noſtro invictiſſimo, multa præclara in Cajetana obſidione, & in Sicilia geſſit, unde unus ex intimis Regis Cubiculariis, Italicarum cohortium Tribunus, & poſtea Mareſchallus fuit electus, ob eximiam ejus in armis virtutẽ, & innatam in imperando aptitudinem, & authoritatem ſupremos militiæ gradus mox conſecuturus.

Excellentiſſimi Principis D. Franciſci Caraſa laudes, & virtutes.

Sed ut ad noſtra redeamus, omittendum non eſt, quod eodem Ferdinando regnante Comitatus Calatinus rurſus ſub Sanſeverinatum devenit poteſtatem, nam cum Lucretia de Alagno nimis inviſa Regi evaſiſſet, & omnibus ditionibus ab Alphonſo habitis fuiſſet ſpoliata,

liate, Comitatus idem Roberto Sanſeverinati Franciſci Sforziæ Mediolani Ducis ex Sorore Nepoti fuit conceſſus. Fuit autem Robertus eximii animi vir, & authoritate, & armis præſtantiſſimus, cujus præclara geſta in eorum hiſtoriis deſcribunt Sabellicus, Pontanus, Conſtantius, aliique ejus ævi Scriptores: In eoq; admirabilis enituit prudentia, quæ in cauſa fuit, ut in gravioribus Ferdinandi anguſtiis, & cum quamplures Regni proceres contra Regem conſpirarent, maxime poſt Sarnenſem cladem adeo Regi perniciosam, a Mediolani Duce magna cum Equitum manu Neapolim miſſus fuerit, ut prudentia, & authoritate Procerum animos ad Ferdinandum converteret, ac in ejuſdem fide contineret, ut refert Conſtantius *l.* 19. At cum ex inde Regno in pace compoſito, Ferdinadus Regni habitatoribus, finitimiſque Principibus infenſiſſimus evaſiſſet, ac Summo Pontifici præcipuè, & novis factionibus exortis quamplures Regni Proceres denuo a Rege defeciſſent, legitur apud eundem Conſtantium, & Panvinium in vita Innocentii VIII, Robertum pro Pontificè ſtetiſſe, ac ab eodem ſupremum ſui exercitus electum fuiſſe Ducem: Sed quia ulterius non duravere diſſidia, Robertus, exercitu relicto Venetias ſe contulit, & exinde Jeroſolymam, & alia Paleſtinæ loca viſitavit, ut Conſtantius ibidem.

XLIV. *Comitatus Calatinus devenit ad Sanſeverinates*

Cui in hoc Comitatu Franciſcus filius ſucceſſit, prudentia, humanitate, & armorum exercitio nemini ſecundus; ſed hic cum Gallorum partes ſecutus eſſet, omnibus feudis, ditionibuſque, quæ in Regno habebat, & in ſpecie hoc Comitatu Calatino fuit ſpoliatus, qui Regiæ ditioni denuo fuit adſcriptus, ut legitur ex Epiſtola Alphonſi II. hujus Civitatis Adminiſtratoribus conſcripta ſub die 29 Junii 1494 ab Octaviano Melchiori in ejus hiſtoria relata, & ex alia ſub die 7. Julii ejuſdem anni, ubi de juramento fidelitatis, & homagii ab eiſdem hujus Civitatis adminiſtratoribus præſtito mentio habetur, cum expreſſa Regis promiſſione ſuper Capitulis municipalibus ejuſdem Civitatis providendi. Verum cum ſucceſſive in anno 1501 inter Ludovicum XII. Galliæ Regem, & Ferdinandum Regem Catholicum initum eſſet fœdus de Neapolitano Regno invadendo, ejuſque provinciis inter ſe dividendis, Galli ſub præfato Franciſco Sanſeverinate Calatiæ Comite, & ſub Albinio, quem alii Ludovicum Ducem Armignacenſem faciunt, ex Tranſpadanis moverunt, & una cum magna Hiſpanorum, Elvetiorum, Maurorum, ac multarum aliarum gentium manu, Regnum ingreſſi fuere, cum ingenti omnium, & Campaniæ præcipuè trepidatione, quo eodem anno ſub die 24 Julii contigit celebris illa Capuæ Clades, & direptio omni quidem tempore memoranda, in qua ſicuti Valentini Ducis perfidia, Gallorumque ſævitia in Campanis Civibus ultro deditis trucidandis, ac Capuanarum matronarum honeſtas, & pudicitiæ ſtudium, ac pro eadem conſervanda mortis contemptus ultra captum emicuerunt,

XLV. *Iterum Regiæ juris ditioni incorporatus*

Capuæ obſidio, & direptio.

runt,ita è contra Calatini Comitis pietas,& clementia quam maxime claruit,qui in cauſa fuit, ne omnes Cives ultimum paterentur excidium,ne multarum Nobilium,ac Monialium caſtitas opprimeretur,& ne Civitas æquaretur ſolo,ut illius ævi Scriptores communiter tradunt,nec non complures oculati teſtes, qui propriæ patriæ calamitatem lacrymis potius,quam atramento conſcripſerunt.

Dum hæc agerentur,Calatia Ferdinando Aragonio de Regis ſtirpe,& familia ſub Ducatus nomine fuit conceſſa, ac per eademmet tempora,& propriè ſub die 27.Maii 1507 a Rege Ferdinando II eidem reperitur facta conceſſio *Paſſus*, in cujus pacifica poſſeſſione temporibus noſtris Illuſtris Marchio hujus Civitatis reperitur, & in ſignum ejus legitimæ conceſſionis,poſſeſſioniſque in veſtibulo tabernæ marchionalis appoſita reperitur lapidea tabella, in qua ad evitandas exactorum fraudes,modus, & quantitas debitæ exactionis exprimitur. Quæ paſſus conceſſio,& exactio a R.C. Summariæ omni ex parte legitima fuit reputata, nam cum in anno 1679, de ordine Catholicæ Majeſtatis facta fuiſſet diſcuſſio omnium conceſſionum paſſuum,ſive pedagiorum, quæ in toto Regno exigebantur, inter alias reputata fuit legitima exactio paſſus,quæ fit Calatiæ, & alia,quæ fit Ducentæ, ut ex actis dictæ Regiæ Cameræ, & refert *Cajetanus Ageta in mantiſſa variarum recollect. pro Regio Ærario poſt adnot.ad decij.Reg.Moles.*

XLVI. *Calatia ſub Ferdinando Aragoneo.*

Non omittendum tamen eſt,a præfato Duce Aragonio tam nomine proprio,quam uti totius Regni Locumtenente generali,Capitula, ſive Statuta Municipalia hujus Civitatis fuiſſe approbata, ut apparet ex ejus epiſtola dictæ Civitatis Civibus conſcripta ſub die 1 Julii 1501 per hæc verba,a præfato Melchiori per extenſum relata, quæ utpote ad propoſitum noſtrum conducentia hic placuit inferere = *Magnificis Nobilibus, & Egregiis Viris Univerſitatis, & Hominibus Civitatis noſtræ Cajatiæ fidelibus Regiis noſtris cariſſimis* = Intus vero = *Dux Calatiæ, & Locumtenens Generalis.*

Magnif Nobiles,& Egregii Viri Regii Fideles,& noſtri Dilectiſſimi

Li voſtri Sindici ſono ſtati da noi, quali avemo viſti volentieri, n' hanno preſentata per parte voſtra certa quantità di danari, e declaratane l'ottima,e propenſa voſtra volontà,e benche non ne fuſſimo in dubio,tamen ve ne ringraziamo grandemente. Avemo ſpediti li voſtri Capitoli ſecondo il deſiderio voſtro;e dopo raggionato proliſſamente, e che tutto debbano riferire a Voi;donareteli adunque indubitata fede, e credenza,quanto alla perſona noſtra propria.

Datum in Caſtello Sueſſæ 1 *Julii* 1501

Ferrandus de Aragonia

B.de Leonardis

Anno vero 1507 Comitatus Calatinus Roberto Ambroſio Sanſeverino præfati Comitis Franciſci filio ex Barbara Gonſaga Mantuæ

F Mar-

Marchionis Sorore ſuſcepto, juſſu Regis Catholici, fuit reſtitutus:

XLVII. *Comitatus Calatinus denuo Sanſeverinatibus reſtitutus.*

Cujus Comitis temporibus in annò 1512 repertum fuit Corpus Divi Stephani, in cujus inventione hæc contingerunt ſpecialia, quæ hic breviter excurram: Reperiebatur Sancti Patris Corpus in Cathedrali Eccleſia in loco ſubterraneo reconditum, appoſitis ſupra aliquibus ferreis cancellis in ſignum veri ſitus, ubi ſacrum depoſitum conderetur, retento tantum digito ejus manus benedictæ, ut in eius feſtivitate, vel alicujus neceſſitatis occaſione, populo oſtenderetur: Cujus occultationis cauſſam eam fuiſſe adſcribunt, ne Sancti Patris Corpus a finitimis Populis furto tolleretur, vel rapina; in eoque loco permanſit uſque ad tempora Vincii Maffii Salernitani hujus Civitatis Epiſcopi, qui de ſubfodiendo loco, ac ſacro depoſito extrahendo cogitavit, cujus curam cum Sacerdoti cuidam Eccleſiæ Sacriſtæ injunxiſſet, is aperto tumulo, ac eo diligentiſſimè perſcrutato, nihil

XLVIII. *Inventio Corporis D. Stephani Epiſcopi.*

invenit, qua re relata Epiſcopo, Vincius, ne contra ſe aliqua oriretur ſuſpicio, & ſucceſſivè populi tumultus, veritatis ſilentium indixit, & ſimulata lætitia, ſe inveniſſe quod exquiſierat patefecit, ſed ut cautius ageret, alterius cadaveris caput, & oſſa in eodem tumulo aptari juſſit: Sed permittente Deo, cum accurriſſent Cives, & in exhibitis oſſibus nulla reperiſſent Sancti Pontificis inditia, probris, conviciis, & minis irruerunt in Epiſcopum, qui haud mora, ope implorata divina, una cum Primicerio Gentile nudis pedibus, manibuſque ſupplicibus, ad B. Virginis ædem ſub vocabulo S. Mariæ Gratiarum, iter arripuerunt, lacrymis, oratione, & jejunio auxilium, & conſilium a B. Virgine expoſtulantes: Quibus B. Virgo non defuit, nam ſtatim ac rediere domum, Epiſcopus juſſit uſque ad aquarum venas ſolum aperiri, in cujus operis progreſſu ſubfodientes, aliique adſtantes paulatim ſuavem cœperunt ſentire odorem, qui ſemper ultrò ſubcreſcens, paulo poſt ex cemento factum apparuit ſepulcrum, de qua re certior factus Epiſcopus, ſtatim ipſe, convocata familia, ad locum accurrit, & præ gaudio, & exultatione illacrymans, juſſit tumulum aperiri, in quo Beatiſſimi Patris Corpus cunctis apparuit integrum, præter illum digitum, qui a quatuor centum nonaginta annis ab ejus manu fuerat ſeparatus; Refertq; quidam incertus Author, qui inventionis fuit teſtis de viſu, quique fideliter inventionis prædictæ hiſtoriam deſcripſit, relatam a Michaele Monacho in ejus Breviario Capuano, quod Corpus erat ſtatura procerum, facie prolixa, Pontificalibus indumentis veſtitum, pia ſeriè depoſitum, cancellatis manibus, ac in cunctis ſui partibus magno ſcatens odore: Cujus inventionis per Civitatem fama divulgata, maxima lætitia, abſque ullo ſexus, gradus, & ætatis diſcrimine confluxere omnes ad oſculandos S. Patris manus, & pedes, quibus Epiſcopus lætiſſimè habuit concionem, & in Ædicula magnificè ornata collocavit, inſtituitque, ut ſingulis annis octavo poſt Pentecoſten die, dictæ inventi-

onis

onis feſtivitas celebraretur, de qua feſtivitate meminit Ughellus in ſuo Opere de Italiæ Epiſcopis, cap. *de Epiſcopis Calatinis*, ubi de S. Stephano.

At ad Robertum Ambroſium revertentes; is cum in ſubſequentibus diſſidiis inter Carolum V. & Galliæ Regem pro Gallis dimicaſſet, hoc Comitatu ipſe etiam privatus fuit, qui in anno 1527 a Regia Curia cum pacto redimendi D. Camillo Pignatelli Burelli Comiti fuit divenditus: Sed paucis interjectis annis ad Summi Pontificis interceſſionem eidem Roberto fuit reſtitutus, ut ex epiſtola Caroli V. Cardinali Columna Regni Proregi conſcripta, de qua mentionem habet Regens *Capyc. latro tom. 1. conſult. 2. n. 37.*, in qua legitur ab Imperatore gratiam factam fuiſſe reſpectu perſonæ Comitis tantum; reſpectu vero bonorum, nempe Comitatus Calatini ex quo a Regia Curia cum pacto redimendi Borrelli Comiti fuerat divenditus, expresſè declaratum fuit, ut facta ſolutione pretii in beneficium emptoris, denuo Robertus Ambroſius in dicti Comitatus poſſeſſionem immitteretur.

XLIX. *Comitatus Calatinus divenditus Comiti Burrelli, & exinde Roberto Sanſeverinati reſtitutus.*

Quo defuncto, Galeatius ejus filius ſucceſſit, iſque cum abſq; liberis diem ſuum clauſiſſet extremum, D. Magdalena Sanſeverino Roberti Ambroſii filia paterna, & fraterna hæreditate potita fuit, quæ cum matrimonio ſe junxiſſet cum D. Julio Roſſi filio Comitis Sanſecundi hic Comitatus ab antiquiſſima Sanſeverinatum familia ad alienam familiam pertranſiit: Non omittendus tamen eſt præfatum novum Comitem Civibus infenſum fuiſſe, ratione litis in S. C., & in Reg. Cam. Summariæ agitatæ reſpectu Proventuum, ſive mulctarum, in quarum poſſeſſione ab immemorabili Civitas noſtra reperiebatur, in qua cauſa ſub die 18. Decembris 1539 ad relationem Regii Conſiliarii Fonſecæ per S. C. fuit latum decretum, quod Univerſitas prædicta in dicta poſſeſſione manuteneretur, cum oneribus ſolvendi uncias duodecim Capitaneo pro ejus annua proviſione, ac providendi eundem de domo apta, & idonea, nec non ſolvendi ſalarium Tubictæ, ac miniſtro juſtitiæ, ut ex præfato decreto, quod præ foribus Curiæ in lapidea tabella reperitur conſcriptum. Quæ manutentio, ac poſſeſſio aliis decretis ſucceſſive reperitur confirmata, ut videre eſt ex actis Sacri Conſ. in Banca Magnifici Cuſtolo, penes Scribam de Imbrogno; & ex actis Regiæ Cam. Summariæ penes Actuarium Nicolaum Cerchi; Pro quorum decretorum executione noviſſime in anno 1723 de conſenſu partium penes acta dictæ Reg. Cam. fuit inita concordia, ut lite pendente ſuper petitorio liceret Univerſitati exigere pœnarum compendia in omnibus delictis, in quibus de jure compoſitio, ſive tranſactio intercedere poteſt; verum quod compoſitiones fierent a Judice, ſervata forma juris, Regni conſtitutionum, & Regiarum Pragmaticarum, quæ concordia roborata reperitur literis proviſionalibus dictæ Regiæ Cameræ penes dictũ

L. *Dotis titulo comiti Sanſecũdi translatus.*

Actuarium Cerchi, quæ ſervantur in Curia hujus Civitatis.

Anno autem 1595 ex contractu venditionis Comitatus Calatinus a D.Hercule de Roſſi ad Conchæ Principem D. Matthæum de Capua Regni Magnum Admiratum pertranſiit:Hic fuit author viæ, quæ ab hac Civitate per Campum Ceſaranum ſupra Vulturnum, & ſucceſſive per Tifata montes Neapolim duceret, morte tamen præventus in anno 1607, eam perficere non potuit, cujus viæ aliquæ videntur reliquiæ ex parte meridionali hujus Civitatis ſub vocabulo viæ novæ.Cui Julius Cæſar de Capua filius ſucceſſit : Sed hic in anno 1615 Comitatum hunc cum vicinis oppidis Ducentæ,Militiani,Campaniani, Albianelli, &c. D. Bardo Corſi Patritio Florentino venditionis titulo tranſtulit.

LI. Succeſſive venditus D. Matthæo de Capua Conchæ Principi.

Sub cujus nomine, procurationis mandato mediante ſub die 19 Februarii ejuſdem anni hujus Civitatis, locorumque adjacentium poſſeſſio capta fuit, & ſucceſſive in ſequenti anno 1616 ſub die 24 Decembris hæc loca viſitavit, in quibus maxima populorum lætitia receptus admirabilis erga ſubditos benevolentiæ, humanitatis omniſque generis virtutum, & in ſpecie eximiæ erga pauperes largitatis non exigua dedit experimenta. Cujus præclariſſimæ familiæ monumenta etſi hic recenſere locus non ſit, hoc tamen ſubnectere non pigebit eam antiquiſſimam fuiſſe in Hetruria, originemque ſuam a Gothis traxiſſe, ut ex plurium opinione teſtatur, Franciſcus Campana in ejus opere de Nobilibus Familiis Italiæ c. 13. Quæ cum incolatum ſuum ſtatuiſſet in Feſulana Civitate, non ambigitur in ea multas ditiones, ac titulos habuiſſe, nec non Proceres, & magnates, inter quos numeratur inclitus ille Comes Bonifacius de Gothorum gente oriundus,qui magna,cum hetruſcorum manu Hetruriam omnem a Maurorum tyrannide liberavit, ut refert Petrus Monaldi in ejus opere de Sanctis Hetruriæ; cujus ſucceſſores exinde eandem incoluerunt Civitatem uſq; quo Feſulæ circa annum 1010 Florentinorum armis, ſive dolo conciderunt; Per quæ tempora fama eſt, eos una cum aliis inſignioribus Feſularum Familiis Florentiam juxta Arnum, quæ fama, divitiis, ac nobilitate creſcebat, commigraſſe, ut refert Ugolinus Verini in ejus opere de Illuſtribus Familiis Florentiæ, ibi: *Corſorumque domus vetus eſt, Feſulanaque proles, juſtitiæ ſignum, ſupremos urbis honores jamdudum accepit*, & confirmat citatus Monaldi in adducto loco, ubi ait, *Corſorum progeniem è Feſulis Florentiam veniſſe*. Feſulæ autem Nobilis, præclara, & ampliſſima fuit urbs Hetruriæ in montibus poſita non longè ab Arno, quam, fama eſt, ab Atlante fuiſſe conditam, ex qua non modo inſigniores Florentiæ familiæ, ſed quamplures aliæ præclariores Italiæ progenies prodiere, ut teſtatur Joannes Villani de familiis Illuſtribus, cap.10, & 11, & confirmat Maleſpini c. 2, & 3, ubi de fundatione,& initiis Florentiæ.

LII. Emptionis titulo D. Bardo Corſi Patritio Florentino pervenit.

LIII. Corſorum familiæ origo, & progreſſus in Hetruria.

Inte-

Interim autem cum aliqui ex præfata familia Romam commigraſſent, contracto ibi domicilio, adeo eorum crevit decus, & potentia, ut Corſorum familia inter præclariores, & potentiores Romanæ urbis familias fuerit adnumerata, pari cum Colonnenſibus decore, & authoritate; Unde cum Henricus III. Imperator a Divo Gregorio Septimo anathemate percuſſus in Pontificem magna militum manu Romam adveniſſet, Corſii Pontificis partes tutati fuerunt: Sed Romanis devictis, eorum domus prope Capitolium poſita, Imperatoris juſſu, flammis tradita fuit, ut legitur apud Platinam in vita Paſchalis Secundi, ibi: *Erat & alia familia Romæ admodum potens, Corſii ii ma. ſunt appellati Gregorio Septimo adeo fideles, ut eorum domus ſub Capitolio poſitæ ab Henrico Tertio ſint exuſtæ, & ſolo æquatæ.* Per quæ tempora habetur, Bardum Corſi Pontificii exercitus ſupremum fuiſſe Ducem; Unde poſtea, Henrico expulſo, Corſii multarum aliarum ditionum, caſtrorumque a Pontifice remunerationem habuerunt, ut ex diverſis ſcripturis ex Archivio Romano deſumptis, & inſpecie ex quodam antiquo pergameno a Cardinali Hippolyto Mediceo Joanni Corſi Bardi filio tranſmiſſo, quod inter præfatæ familiæ monumenta Florentiæ ſervatur. LIV. *Corſorum decus, & Potentia in urbe Ro.*

Mortuo autem Gregorio, & ſucceſſive Victore III., & Urbano II., cui Paſchalis II. ſucceſſit, cum Columnenſes, multiq; alii Romani, & Italiæ Proceres Eccleſiæ patrimonium diſcerpere, & occupare ſategiſſent, Corſii etiam propria eorum potentia, & authoritate uſi fuere; Unde eo mutato conſilio, quod pro Gregorio habuerant, abſente Paſchale, pluribus Eccleſiæ locis, caſtriſq; potiti fuerunt, inter quos Stephanus ejuſdem familiæ Princeps (ut eum vocat Platina) S. Paulli baſilicam, proximumque caſtellum vi cæpit, & continuis incurſionibus Romam turbavit, ex qua licet excedere coactus fuerit, tamen exinde cum ſuis copiis in eam divertens Hetruriæ partem, quæ Principis Apoſtolorum patrimonium vocabatur, Ponticellum, & Montaltum expugnavit, validiſque præſidiis munivit; Unde in cauſa fuit, ut Paſchalis, omiſſis rebus externis, una cum Principe Cajetano, & Ricchardo Aquilano inſignibus tunc temporis Ducibus, & eum, & reliquos Eccleſiaſtici patrimonii invaſores ab occupatis regionibus excedere coegerit, ut citatus Platina loco citato, & Cyprianus Manente in ſua hiſtoria Urbevetana, ubi per eademmet tempora mentionem habet Petri Corſi, qui in eadem factione fuerat, contra quem tradit deſtinatum fuiſſe a Pontifice Ricchardum Comitem, ac Petrum Romanum. *Stephanus Corſi ejuſdem familiæ Princeps.*

Quibus fermè temporibus Corſorum familia, quæ Romæ fuerat, Florentiæ ſe recepit, ubi erant alii ejuſdem familiæ viri, qui illuc e Feſulis confluxerant, in qua Civitate utrique antiqui conſulatus, & primi ordinis munia exercuerunt, ut videre eſt ex præfato loco Ugolini Verini, & cõfirmat Monadus, ubi etiam ſubdit ab eis propri-

ære

ære in Feſulano territorio extructum fuiſſe Monialium Monaſterium, ſub inſtituto S. Benedicti, & ſub titulo Sanctæ Mariæ de Monte, ac congruentibus opibus dotatum: Progreſſuque temporis

LV.

Corſii Romani in Hetruria ſe recipiunt ibique totius familiæ ſedes.

eorum decus, potentia, & authoritas ſemper in Florentina Republica conſervata fuere, ut fusè apparet ex quodam manuſcripto D. Mauri Corſi Camaldulenſis S. Miniati Epiſcopi, qui ab anno 1313 uſque ad annum 1530 plures refert hujus familiæ viros, qui Signiferatus juſtitiæ munus, ſupremum tunc temporis in Republica, decies exercuerunt, alioſque qui ab anno 1292 uſq; ad 1512 Prioratus honores conſecuti ſunt, nec non alios, qui diverſis temporibus Patriam militiæ honoribus, aliiſq; dignitatibus illuſtrarunt, inter quos plures Bardos enumerat, Bartolos, & Joannes, alioſque, de quibus licet diſtinctam, & ſpecialem mentionem hic habere noſtri inſtituti non ſit; tamen omittendos non exiſtimo Franciſcum Bonamici filium, quo exercente in Rep. Signiferatus officium, in anno 1361, cum inter Florentinos, & Piſanos conſiſteret bellum, Caſtrum Petræbonæ, quod Piſanorum fuerat, fuit vi captum, & Florentinorum Reipublicæ adjunctum: Nec non Joannem Corſi, qui Julio Mediceo S. R.E. Cardinali, qui in Pontificatu fuit poſtea Clemens VII., & ſocius in ſtudiis, & fidiſſimus fuit, quique adeo literis excelluit, & prudentia, ut in anno 1513 Orator Reipublicæ Hiſpanias miſſus fuerit apud Ferdinandum Regem Catholicum, in qua legatione per triennium commoratus fuit. Quo Rege defuncto, pro urgentiſſimis ejuſdem Reip. negotiis eodem officio functus fuit apud Carolum V. Imperatorem, in cujus muneris exercitio adeò partes ſuas explevit, ut & Reipublicæ ſatisfecerit, nec non multas pullulantes controverſias inter Imperatorem, & Pontificem compoſuerit, unde poſtea inter eos magna exorta fuit concordia, quæ Italiæ pacem, & Mediceæ domus exaltationem ſuper dominatum totius Hetruriæ operata fuit.

Joannes Corſi Reipublicæ Orator apud Regem Catholicum, & apud Carolum V. Imperatorem.

Nec omittendum eſt, eundem Ioannem, immutato poſtea Hetruriæ Statu, de intimo Conſilio Alexandri Ducis fuiſſe, & ab eodem, poſt mortem Clementis VII, miſſum fuiſſe obedientiæ oratorem apud Paulum III in Pontificatu Succeſſorem, coram quo in pleno conſiſtorio pro dicto Duce Alexandro publicam orationem habuit. Idemque, Alexandro interēpto, Coſmo Mediceo Secundo Hetruriæ Duci quam maxime charus fuit, unde inter primos Senatores fuit adſcriptus, ut ex nonnullis publicis, privatiſque documentis comprobat præfatus Epiſcopus S. Miniati in dicto ejus opere manuſcripto.

Bardus Corſi primus Marchio Civitatis Calciæ.

Ex quibus habetur, quanta antiquitate, & præſtantia excelleat, excellueritque in Hetruria Corſorum familia, ex qua ortus fuit præfatus Bardus, qui emptionis titulo hac Civitate, adjacentibuſq; caſtris potitus fuit, primuſq; fuit, qui ſub Marchionis titulo hanc Civitatem poſſideret: Quo defuncto, horum locorum dominium ad

Mar-

Marchionem Joannem ex Jacobo Fratre Nepotem pervenit, qui Marchionem Antonium, & Dominicum Maria procreavit, quorum ecundus cum eximię ejus juſtitię in Romanis ſubſelliis, aliiſque publicis muneribus plurima dediſſet experimenta, omni virtutum decore conſpicuus ab Innocentio XI. ad Cardinalatus dignitatem promotus fuit; & alius ex D. Julia Corſini ejus uxore defuncto Summo Pontifici Clementis XII. Sanguine conjuncta, Joannem alium ſuſcepit, qui admirabili clementia, juſtitia, & humanitate, licet abſens, hanc Civitatem, adjacenteſque regiones ejus ditioni ſubjectas rexit uſque ad annum 1729, in quo brevi morbo correptus animam Deo reddidit, omni hominum cætu collacrymatus.

Series Marchionum Calatiæ de familia Corſorum

Dominicus Maria Corſi S. R. E. Cardinalis

In cujus locum paternarum, avitarumque virtutum, ac Dominiorum hæres Excellentiſſimus D. Antonius Corſi hodiernus Marchio ſucceſſit, ſub cujus feliciſſima ditione Cives noſtri, cæterique ſubjecti lætiſſimè, & jucundiſſimè vivunt, preſſionum, injuſtitiarum, gravaminumque ſecuri. Cui meritò Neſtoris annos enixe deſiderant omnes, & ut ei Deus bonorum omnium author, & retributor ſalutem addat, & gtatiam, ſub cujus protectione, & auſpiciis, hoc opus aggreſſi ſumus.

Excellentiſs. D. Antonius Corſi hodiernus Marchio.

DE

DE STATUTIS MUNICIPALIBUS In Genere Sumptis.

DISSERTATIO PROEMIALIS.

1 *Jus Quiritium, Jus Latii, & Jus Italicum, & quæ eorum differentia.*
2 *Jus Municipiorum, & quæ ejus ſpecialis fuerit prærogativa.*
3 *Diverſa Ciceronis teſtimonia circa jus Municipiorum, ubi de legibus Municipij Calatini.*
4 *De eodem Municipiorum jure varia in Corpore juris Civilis monumenta.*
5 *Calatia fuit Municipium, & proinde ejus ſtatuta omnem habent auctoritatem.*
6 *De Jure Gentium qualibet Civitas leges Particolares ſibi condere poterat, ubi explicatur Textus in L. omnes Populi ff de Juſtitia, & Jure*
7 *Refellitur Oppoſitio quod ſtatutis hujus Civitatis expreſſa deſit Principis approbatio.*
8 *Municipiorũ hoc erat ſpeciale Privilegiũ, ut propria poſſent habere inſtituta.*
9 *Ex hac prærogativo Municipia decidiſſe, dicendum non erit, ex quo temporis lapſu in ſubjectiorem inciderint..*
10 *Municipia præfatam facultatem condendi propria Jura etiam ſub Principibus ſibi conſervarunt*
11 *Calatiam multa adhuc retinet antiqui ſplendoris, & præſtantiæ*
12 *Plurium Doctorum opinio, quod in materia Statutorum Principis confirmatio uon ſit neceſſaria*
13 *Et poſito quod ſit neceſſaria, non eſt neceſſaria confirmatio expreſſa, ſed ſufficit Interpretativa, & præſumpta*
14 *Si cum obſervantia Statutorum concurrat immemorabilis, dici poteſt, ea habere Principis confirmationem etiam in forma ſpecifica.*
15 *Statuta hujus Civitatis diverſis modis videntur approbata.*
16 *Statuta hujus Civitatis ſaltem valere debent in vim longævæ, & inveteratæ conſuetudinis.*
17 *Conſuetudo, maxime ſi ſit longæva, habet vim legis.*
18 *Tantæ efficaciæ eſt conſuetudo, ut corrigere poſſit jus poſitivum, & univeſale.*
19 *Conſuetudines reduci ſolent in ſcriptis, ad finem lites ſubmovendi.*
20 *Pro conſuetudinis validitate non eſt neceſſarius ſuperioris conſenſus.*
21 *Nec neceſſarium eſt, ut ea ſit approbata auctoritate rerum Judicatarum.*
22 *Leges Patriæ magna cura, & veneratione debent ſervari, & nihil contra earum tenorem innovandum, ubi ad rem diverſæ deciſiones S. Conſ.*
23 *An ſtatuta Municipalia poſſint aliqua inducere contra formam juris communis*
24 *Ex quo cum noſtris ſtatutis concurrit obſervantia immemorabilis, dici poteſt ea habere Principis approbationem in forma ſpecifica, & idcirco poſſunt aliqua continere contra formam Juris communis.*

25

Digitized by Google

25 *Aliqua noſtræ Civitatis ſtatuta reperiuntur introducta ante introductionem obſervantiæ Juris Romani in hoc Regno.*

26 *Quo tempore Jus civile Romanorum, ejuſque obſervantia introducta fuerit in Regno citerioris Siciliæ.*

25 *Tempore quo jus Romanorum a Juſtiniano fuit in novam formam redactum, maxima Europæ pars, & Italia præcipue externarum nationum ſubjacebat imperio.*

28 *Et licet Temporibus Lotharii Imperatoris fuerit repertum, tamen non ſtatim pro Lege fuit ſervatum.*

29 *Temporibus Lotharii hæc Italiæ pars, & Campania præcipue ſub Normandorum Principum erat poteſtate.*

30 *Jus civile Romanorum per viam conſuetudinis, & voluntariæ acceptationis introductum fuit in Italia, & in una Regione citius, in alia tardius.*

32 *In ſtatutis conditis, & obſervatis ante Introductionem juris civilis non intrat conſideratio correctionis, & exorbitantiæ.*

32 *Statuta municipalia veniunt ſub nomine juris.*

33 *Imo tantæ ſunt efficaciæ, ut in concurſu cum jure communi, potius debeant prævalere.*

34 *Si verba ſtatuti ſint ambigua, tunc recipient interpretationem ab obſervãtia*

35 *Si vero Obſervantia deficiat, ſtatuta ſtricte, & rigoroſe ſunt interpretanda*

36 *E contra jus commune largam, & benignam recipit interpretationem.*

1 TEmporibus Romanorum fuit Jus Quiritium, quod jus optimum vocabatur, quo Cives tantum Romani utebantur in Uſucapionibus, Nexibus, aliiſq; ritibus, de quo Jure nemo Latinorũ participabat, niſi aliquis eorum Populus, vel Fundus Romani juris factus eſſet. Aliud fuit jus Latii, quod præcipuè in ſuffragiorum facultate verſabatur, ac petitione bonorum, & magiſtratuum, de quo *Sigonius de antiq. jure Ital. l. 1. c. 4. & Aſconius in orat. in Piſonem.* Aliud etiam fuit jus Italicum, quod latino jure inferiùs erat, maius tamen Provinciali, de quo idem Sigon. *eod. l. 1. c. 21. & Cujac. l. 10. obſerv. 35.* Nec non aliud fuit jus Municipiorum; Municipia enim, ſive eorum Cives, qui & Municipes vocabantur in Urbem introducebantur, & in eam Tribum ingreſſi, in quam adſcribebantur a Cenſoribus, Romanos Magiſtratus pari cum cæteris Civibus ſorte, & iure percipiebant, inſuperq; ea pollebant prærogativa, ut propriis inſtitutis, legibuſq; uterentur, ut ait *Gell: l. 13. c. 16. & Sigon. loc. cit. c. de Rep. municip.* ibi: *Hujus enim ſummum Jus fuiſſe*
2 *video in legibus ferendis, & Magiſtratibus creandis;* & Samuel Pitiſc. *in lexic. antiq. Rom. verbo Municipium: Municipia vero quodammodo frui libertate videbantur, cum ex ſuis Civibus regerentur, ſuiſq; moribus, & legibus viverent;* Unde erat, quod jus, quo Municipes obſtrigebantur erat jus proprium, independens, & particulare, quod proprio vocabulo, jus Municipale, vocabatur.

De quo Munipiorum jure plura apud Ciceronem habemus exempla, nam in L. *de legib.* ſcribit M. Ciceronem Avum ſuum M. Cratidio in Municipio legem tabellariam ferenti acerrimè reſtitiſſe: & *in Orat. 16. de Lege Agraria*

contra Rullum de Puteolanorum municipio loquens: *Puteolos vero, qui nunc in ſua poteſtate ſunt, ſuo jure, libertateque utuntur*: *& in epiſt. 37. l. 3.* aperte mentionem habet legum Municipii Calatini, ibi: *contra leges Calatinorum*, quem locum in operis principio per extenſum retulimus.

Nec de eodem municipiorum jure alia deſunt in corpore juris noſtri monumenta; nam *in l. 37. ff. de privil. Credit.* Papinianus mentionē habet legis mu-
4 nicipalis Antiochenſium; *& in l. prohibere §. planè ff. quod vi, aut clam*, ibi: *Hoc ita verum, ſi non lex municipalis Curatori Reip. amplius concedat*: *Et l. cum gravatim ff. de muneribus, & honorib.* ubi Modeſtinus: *Etſi lege municipali caveatur*: De quo etiam jure mentio habetur *in l. 1. Cod. de emancip. liber.* ibi: *Si lex municipii*; *& in l. 4. Cod. de jur. Reip. l. 11.* ibi: *ſi ſecundum leges Civitatis Reſp. cujus meminiſti, ruina collapſis ædificiis tuis, diſtraxit aream, nihil contra hujus legis tenorem Præſes Provinciæ fieri patietur.*

Unde cum Calatia fuerit Municipium, ut ſupra ex diverſis lapidibus demonſtravimus, in quibus pluries mentio habetur Municipii, & Reip. Calatinorum, nec non Patroni municipii, Duumvirorum, aliorumq; magiſtratuum
5 municipalium, & ex iis, quæ de eadem Civitate notarunt Ughellus, & Marinus Freccia ſupra relati, merito ſequitur ejus ſtatuta omnem habere auctoritatem, & omnem vim legis habere ad obligandum; ex quo, ut ſupra diximus, hæc eſt præcipua municipiorum prærogativa, ut propria jura, & ſtatuta habere poſſint.

Quinimo hoc de jure Gentium omnibus Populis indiſcriminatim videtur fuiſſe conceſſum, ſcilicet, ut ultra jus commune Regionis, propria etiam licitum eſſet jura ſectari, ut colligitur ex Ariſtotele, qui, ut refert *Cujac. in com-*
6 *ment. ad l. omnes populi, ff. de juſtit. & jur.*, ſæpiſſime jus, ſive legem dividit in communem, & propriam: Inſuper propriam in ſcriptam, & non ſcriptam, qua diſtinctione uſus etiam fuit Epicurus, teſte Laertio in ejus vita & communiter Stoici, ut ſcribit idem *Cujac. loc. cit.*, ibi: *Nos Stoicos ſequimur, qui jus commune omnium hominum deducunt a natura; jus proprium cujuſque Civitatis ab utilitate communi, ab eo ſcilicet, quod cuiq; Civitati expedit, & conducit*: Qui vivendi modus temporibus Juriſconſultorum, & ſucceſſivè videtur etiam approbatus, ut ex *Cajo in l. omnes populi ff. de juſtit. & jur.*: *Omnes populi, qui legibus, aut moribus utuntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium jure utuntur; nam quod quiſque Populus ipſe ſibi conſtituit, id ipſius proprium Civitatis eſt, vocaturque jus civile, quaſi proprium ipſius Civitatis*, & ex Juſtiniano §. 1. *Inſtit. de jur. natur. Gentium, & civil. & in §. ſed natural. eod. tit.*, ibi: *Ea vero, quæ ipſa quæq; Civitas ſibi conſtituit ſæpe mutari ſolent, vel tacito cōsēſu populi, vel alia poſtea lege lata*: Et de legib. propriis Civitatū parricularriū loquitur textus in *l. 21. §. fin. ff. ad municip.*, ubi excluditur Civitas a privilegio Adjectionum, dummodo aliud lege propria ipſius Civitatis cautum non reperiatur, ibi: *Si Civitas nullam propriam legem habeat de Ad-*
7 *jectionibus admittendis, non poſſe recedi a venditione, vel locatione prædiorū publicorum jam perfecta*; *Et in l. 1. Cod. de vend. reb. Univerſ. l. 11*: *Tempora in adjectionibus præſtituta, ad cauſam Fiſci pertinent, niſi ſi qua Civitas propriam*

priam legem habeat: Ergo de jure particulares Civitates poſſunt ſibi leges proprias conſtituere, & a juris communis diſpoſitione declinare. Quorum jurium diſpoſitiones licet Bartolus, ex alii interpretati ſint de iis Civitatibus, quæ ſuperiorem non recognoſcunt, & propriam habent juriſdictionem, tamen eorum opinio non placuit Alberico, Jaſoni, aliiſque in præfata lege, tum quia generalia ſunt verba textus, ibi: *omnes populi: Et quod cuiſq; populus ſibi conſtituit*; Tum etiam quia unaquæque Civitas hac indiget poteſtate, quia per ſolum commune Jus provideri non poteſt neceſſitatibus omnibus, quæ in diverſis locis, pro eorum varia qualitate, diſpoſitione, & populorum moribus occurrunt, ut dicebat *Panormit.* relatus a *Suarez de legibus l.3.c.6.n.18.*

Unde non obſtat quod vulgo opponi ſolet in terminis Statutorum hujus Civi-
7 tatis, ſcilicet quod eis deſit expreſſa ſupremi Principis confirmatio; nam
reſpondetur multipliciter.

Et primo, quia cum agatur de Statutis antiqui Municipii, in eo præfata Supre-
8 mi Principis confirmatio non videtur eſſe neceſſaria, nam, ut ſupra diximus,
hæc de jure eſt municiporum prærogativa, ſive privilegium, ut propria poſſint habere jura, ut ex Gellio, Sigonio, ut aliis, & confirmat *Vinnius* §. 1. *inſtit. de jure nat. Gent. & Civ. n.1.*

Ex qua prærogativa Municipia decidiſſe dicendum non erit, ex quo temporis
9 tractu in ſubjectionem inciderint, ſive de liberis Civitatibus, ſubditæ Ci-
vitates effectæ fuerint, nam per hoc ſolum, quod eorum Principes, ſive Domini eorum ſtatuta non abrogaverint, nec in ſpecie prohibuerint, ea priſtina facultate uti in legibus condendis, imo paſſi fuerint continuari inter Cives obſervantiam ſtatutorum conditorum, ſive novorum ſtatutorum introductionem, cenſebitur in eis habituale municipii jus conſervatum fuiſſe, ut plene pluribus in locis conſiderat *Card. de Luc.* & ſignanter *in diſc.35. de Judic. num.23.* ubi ait non eandem eſſe habendam rationem de ſtatutis conditis per oppida, ſive Civitates aliorum ditioni ſubjectas, ac de iis, quæ condita ſunt a Civitatibus, quæ antiquitus liberæ fuerint conditionis, licet poſt modum in Principum devenerint poteſtatem: Et comprobat *Vinnius loc. cit. §. ſine ſcripto v. conſenſu utentium n.2*, ubi ait, Municipia hanc facultatem condendi propria jura, ſive propriis juribus, ac legibus utendi etiam ſub
10 Principibus ſive Imperatoribus ſibi conſervaſſe. Nec diſſentit *Suarez in cit. tract. de leg. l.3. c.9. n.26. in fin.*, quem ſequitur *Bonac. part.2. diſp.1. punct.3. n.11.* ubi ajunt, in favorem aliquarum Civitatum poſſe hanc facultatem habendi propria inſtituta ſuſtineri, ſi ſcilicet eis hoc competat ex antiquis privilegiis, vel, quod eſt frequentius, ex uſu, & longa conſuetudine: quæ duo una ſimul in hac Civitate concurrunt, nempe municipii favor, & privilegium, nec non longa, & inveterata conſuetudo, quæ utpote manifeſta ex tot antiquis ſcripturis, & in eadem Civitate ſemper per manus tradita, in dubium a nemine revocari poteſt.

Quod eo magis dicendum eſt, quia Calatia ultra præfatam facultatem habendi
11 propria inſtituta, alia etiam multa retinet antiqui ſplendoris, & præſtan-

tiæ; nam ex Regalibus primi ordinis poſſidet fructus Juriſdictionis, cum reperiatur in quaſi poſſeſſione exigendi mulctas,ſive proventus Curiæ tam in cauſis civilibus,& criminalibus,quam mixtis, qui proventus aliud non ſunt,niſi fructus Iuriſdictionis,ut dicebat *Capibl.ſuper Prag 6.de Baron.nu. 123.*Inſuper Nundinas exercet in die S.M.Magdalenæ cum facultate eligendi Magiſtrum Nundinarum,ejuſq; Aſſeſſorem,cum omnimoda Iuriſdictione tam reſpectu Civium,quam exterorum: Et bona deperdita,quæ inter vacantia computantur,ex antiquiſſima, & immemorabili poſſeſſione, ſive quaſi in ejus beneficium applicantur;Quæ omnia non tantum denotant dictæ Civitatis privilegia,&quod ea circa præfata utatur juribus Fiſci,ſed ex eis licet arguere ad præfatam facultatem habendi propria inſtituta; nam Univerſitas,quæ hujuſmodi poſſidet regalia,poteſt etiam in ſuo Territorio pro ſuorum Civium regimine particularia condere ſtatuta, ut deducit *Affl. in Prælud.conſtit.Regni q.3.& 6.*

Secundo reſponderi poteſt, quia in terminis Civitatum ſuperiorem recognoſcentium,non exiguam habet difficultatem ea opinio requirens de neceſſitate in ſtatutis Principis confirmationem, nam plerique exiſtimat cō-
12 firmationem in ſtatutis adhiberi,& impetrari tantum ad majorem ſtatutorum decorem,& proinde ſtatuta,etiam abſque Principis confirmatione ſubſiſtere,& obligare,quouſque a Principe non infirmentur, quam opinionem recenſet *Vinnius in cit.§.jus autem.inſtit.de jur.nat.Gent.& Civ.n.1*, & fund at *Azorius inſtit.moral.part.1.l.5.q.26.v.caput igitur.*

Tertio reſponderi poteſt,quod etiam ea retenta opinione,quod in ſtatutis neceſſaria ſit Principis confirmatio,adhuc juxta ſenſum Doctorum eandem ſententiam ſuſtinentium, pro eorum validitate, & efficacia non erit ne-
13 ceſſaria confirmatio,& approbatio expreſſa,ſive in forma ſpecifica,ſive in forma communi,ſed ſufficiens erit confirmatio tacita,ſive præſumpta,quæ reſultat ex longiſſimi temporis obſervantia,nam per hanc,ut ait *Card.de Luc.de judiciis diſc.35.nu.61*, generaliter extrinſecæ ſollemnitates præſumuntur,quod unanimi conſenſu docetur ab omnibus Doctoribus,qui de hac ſtatutorum materia ſcripſerunt,inter quos *Suarez cit.tract.de leg.4.c.16 & Bonac.tom.2.diſp.1.part.1.punct.3.n.11.& diſp.1.q.1.punct.ult.§.3.n.34.*& ex noſtris *Afflict.in proœm.conſtit.Regni q.6.n.1.*ubi ſic habet:*Item illæ Civitates,quæ hoc habuerunt ex conſuetudine tanti temporis, in cujus contrarium memoria hominum non exiſtit,& jure habetur ac ſi ipſe Princeps conceſſiſſet.* cui conſentit *Reg.Rovit.in Prag.de privil.Univerſ.n.5.& 6.& n.19.*, & 20: *A quo tempore ſunt elapſi centum anni,& longe plures, & ſic dicta Capitulatio eſt vallata aſſenſu Regio præſumpto ex diſpoſitione legis, quem aſſenſum allegavit,& iterum Univerſitas allegat,& non habet opus illum exhibere, ex traditis per Frecciam lib.2.de ſubfeud.Auctorit.1.q.28.in fin.n.5.*& faciunt notata per eundem Rovitum *in Prag.4.de poſſeſſor.non turbandis n.3.*

Et licet in caſu, quo in ſtatutis intrant termini Confirmationis tacitæ, regula ſit,ut talis confirmatio cenſenda veniat tanquam in forma communi, cujus effectus eſt,ut ſtatuta nihil continere poſſint,quod a jure communi ſit

exor-

exorbitans;excipitur tamen ab hac regula caſus, ſi cum obſervantia ſtatutorum concurrat conſuetudo immemorabilis,& maximè ſi ſit plurium ſeculorum, ut in caſu noſtrorum ſtatutorum; nam cum in terminis immemorabilis allegare liceat quemlibet titulum,qui ſit melior in jure, ut di-
14 cunt Doctores, per conſequens eorum confirmatio cenſenda erit tanquam facta in forma ſpecifica,ex deductis per *Velaſcum conſult.99.n.5*,& maximè quia agitur de Civitate,quæ antecedenter fuit liberæ conditionis,ſive municipium,licet poſtea ſubdita,& alieni juris effecta fuerit: ad quod ſatis ad rem faciunt verba *cit.Card.de Luc.in dict.diſc.35.de judiciis n. 63.* ibi: *ubi vero non conſtat de confirmatione expreſſa, adeo ut de tacita, ſive præſumpta agatur,tunc Regula eſt,quod cenſenda veniat in forma communi, niſi bene justificetur obſervantia immemorabilis,& centenaria,cuius vigore,juxta unius, vel alterius conſuetam operationem allegare liceat titulum de mundo meliorem*,& generaliter *in diſc.143.de dote n.51.* ibi: *Difficultas eſt in ſtatutis laicalibus per Papam non confirmatis,vel habentibus ſimplicem confirmationem in forma communi, ſeu etiam confirmationem præſumptam, quæ æquivalet formæ communi,ut per Burattum dec.6.n.4.* addentes ad Gregorium *dec. 267.n. 14*, *niſi confirmatio deducatur ab immemorabili,quia tunc cum liceat allegare titulum meliorem de mundo,videtur poſſe allegari confirmatio Apoſtolica in forma ſpecifica.*

Quod eo fortius dicendum eſt, quia ſtante firmitate dictorum ſtatutorum vigore antiquorum Privilegiorum hujus Civitatis,& præſumptæ approbati-
15 onis ſupremi Principis, ſtatuta prædicta in anno 1501 approbata fuerunt a Ferdinando Aragoneo hujus Civitatis Duce, etiam uti totius Regni Locumtenente generali, ut ſupra retulimus: Ultra quam, quod tempore ingreſſus novorum Dominorum ſemper præſumi debent confirmata.Nec non a tempore,de quo non extat memoria in contrarium,ſingulis annis ab Officialibus juſtitiæ,ſive a Magiſtratibus juriſditionem exercentibus præſtita fuerunt,prout aſſiduè præſtantur, juramenta de iis inviolabiliter obſervandis, ut ex libris obligat. penes acta Curiæ dictæ Civitatis;quæ omnia non parum conducunt ad dictorum Statutorum comprobationem,ex deductis per *cit.Afflict.in dict.Proœm.Conſtit.q.3.n.3.& ſeqq*

Quibus accedit in eiſdem terminis particularibus noſtrorum ſtatutorum, quod cum ex tot annorum, ſive ut melius dicam, ſeculorum curriculo ea uniformiter ſervata ſint, tam inter Cives, quam etiam in circumjacentibus Regionibus, & in ſpecie in materia dotium reſtitutionis, earumque lu-
16 cri, ut videre eſt ex tot antiquis Notariorum ſchedis hujus Civitatis, & locorum vicinorum, hæc eadem ſtatuta ſaltem valere debent in vim inveteratæ conſuetudinis, cujus vigore Cives, alioſque reſpectivè ad obſervantiam obligabunt; notiſſimum namq; eſt de jure, unam ex ſpeciebus legum, quæ populos ligant ad obſervantiam, eſſe conſuetudinem, & maxime ſi ſit longæva, & pariformiter obſervata, ut ait *Juriſc.in l.35.ff.de legibus*: *Inve-*
17 *terata conſuetudo pro lege non immerito cuſtoditur, & hoc eſt jus, quod dicitur moribus conſtitutum*; Et paulo infra: *Nam quid intereſt ſuffragio Populus*

vo-

voluntatem ſuam declaret, aut rebus ipſis, aut factis. Et conſentit *Hermogenianus in leg. ſed ea ff.eod.tit.* ibi: *Sed ea, quæ longa conſuetudine comprobata ſunt, ac per annos plurimos obſervata, velut tacita Civium conventio, non minus, quam ea, quæ ſcripta ſunt jura, ſervantur*. Et Modeſtinus *in leg. penult. ff. eod.*: *Omne jus aut conſenſus fecit, aut neceſſitas conſtituit, aut firmavit conſuetudo*. Imo majoris eſſe efficaciæ conſuetudines, ſive leges, quæ moribus comprobatæ ſunt, quam eas, quæ ſcripto conſtant, teſtatur *Ariſtot.3.Polit cap.ult.*, quem ſequitur Vinnius in notis *ad 7. §.9.Inſtit.de jure Nat.Gent., & Civ.*

Imo tantæ eſt efficaciæ conſuetudo, ſive obſervantia alicujus Civitatis, vel Regionis, ut aliquid inducere poſſit contra formam juris communis, &
18 corrigere ipſumet jus univerſale, ut habetur *in cit.l.35. de legibus*: *Quare rectiſſimè illud etiam receptum eſt, ut leges non ſolum ſuffragio Legislatoris, ſed etiam tacito conſenſu omnium per conſuetudinem abrogentur*; Et optime obſervavit citatus de *Luca* dicto *diſc. 35. de judiciis num.* 54. ubi ait, quod quando in conſuetudine concurrunt neceſſaria requiſita, nempe actuum frequentia, Populi conſenſus, pacifica, & non interrupta obſervantia quadragenaria, etiamſi agatur de Civitatibus, & locis ſubditis, quinimmo inferioribus, & dixtrictualibus, illa attenditur, & prævalet juri communi, ſive univerſali, quamvis agatur de conſuetudine contra jus, quoties tamen ea non eſt ſuper iis, in quibus expreſſe reprobata ſit, adeo ut corruptelæ nomen mereatur; quod docet præfatus *Vinnius in §.ſine ſcripto n.5*, *& in notis ad §.penult.eod.tit.verbo tacito conſenſu.*

Nec obſtat, ſi dicatur, Statutis noſtris non convenire conſuetudinis nomen, ex eo quod redacta ſint in ſcripturam, ex quo conſuetudo, a Doctoribus com-
19 muniter dici ſolet, *jus ſine ſcripto*; Nam poſſet reſponderi, ea in ſcripturam redacta eſſe ad hominum memoriam conſervandam, & ad ſubmovendas lites, & probationum ſumptus minuendos, ut de multarum Regionum Conſuetudinibus teſtatur citatus *Vinnius in cit.§.ſine ſcripto n.1.*, ubi ait, multarum Regionum conſuetudines non modo circumferri ſcriptas, ſed etiam commentariis illuſtratas, ut videmus in Neapolitanis Conſuetudinibus, ſuper quibus tot illuſtres Viri commentaria conſcripſerunt, & in conſuetudinibus Averſanis, Barenſibus, Catanenſibus, aliiſque.

Nec pro conſuetudinis validitate dici poſſet, Superioris, ſive Principis conſenſum requiri, nam in contrarium ſtat communis opinio, ut refert
20 *Schneid.in cit.cap.2.nu.2.* quem ſequitur *Tulden.ad tit.Codicis ſi contra jus, & utilit.Public.*, quam ſententiam in judicando ſecuta eſt ſuprema Curia *Melchin.teſte Chriſtineo vol.2. deciſ.55.num.5., & 6.*: Proceditque præfata opinio etiam in eo caſu, in quo ageretur de conſuetudine contra juris diſpoſitionem introducta, nam adhuc in eo caſu ad ejus validitatem nullus requiritur Superioris conſenſus, cum ſufficiat generalis legis permiſſio, ut vim legis habeat conſuetudo, ſi ſit rationabilis, & legitimè præſcripta, ut ſentierunt *D. Antoninus par.1. cap.16.§.1.Ioannes Faber in tit. inſtit. de jure Nat.Gent., & Civ.§.ex non ſcripto num.8.Sales de legibus diſput.19. ſect.8.n.* 37.*Azo-*

37. *Azorius inſt.1.Moral.l.5.c.13.in 7.qu.Suarez*, & alii, quos refert, & ſequi-
tur *Layman l.1. tract.4.cap.24.num.* 10. Et conſonant deducta per *Bonacinam*
*l.2.diſput.1.qu.1.pun.ult.§.3. num.*34., ubi ait in Principe triplicem conſen-
ſum erga conſuetudinem conſiderari poſſe: Expreſſum ſcilicet, quando
Princeps expreſſe conſentit, aut approbat conſuetudinem. Tacitum,
quando Princeps ſcit conſuetudinem, & diſſimulat, ſeu non contra-
dicit. Et juridicum conſenſum, ſive legalem, qui datur per legem, ſi-
ve jus, cujus vigore vim legis habet ea conſuetudo, quæ eſt ratio-
nabilis, & longæva; quæ legis diſpoſitio cum Principi ſit bene nota, vide-
tur eundem implicite in omnem conſuetudinem his legitimis conditioni-
bus affectam conſentire; quibus poſitis concludit, pro conſuetudinis val i-
ditate neque expreſſum, neque tacitum Principis conſenſum neceſſarium
eſſe, ſed ſufficere tantum juridicum, ſive legalem. Ad quorum comproba-
tionem addi poteſt diſpoſitio *Textus in cap.ult.de conſuetud. ab Azorio* con-
ſiderata, ubi ad conſuetudinis validitatem aliud non requirit ſummus Pon-
tifex, niſi quod ſit rationabilis, & per longum temporis ſpatium obſervata.

Prout etiam ad conſuetudinis valorem opus non eſt, quod juxta eam ſit ſe-
mel, aut pluries judicatum in contradictorio judicio; nam cum ea populi
21 conſenſu legitime inducatur, opus non eſt, quod etiam cum ea interveniat
auctoritas rei judicatæ, præcedente partium contradictione, imo potius cer-
tior, & ſtabilior dici debet ea conſuetudo quæ nuſquam habuit contradi-
ctorem, ut recte diſcurrit *Vinnius in cit. §. ſine ſcripto num.* 4. ubi ſic refert
deciſum penes *Gayllum 2.obſerv 31.num.8.* Idemque notat *Chriſtineus deciſ.*
187.*n.7.,& ſequ. vol.4.*, ubi plures citat, qui hanc ſententiam ſequuntur, &
communem aſſerunt. Et ex noſtris idem tenuit Præſes *de Franch.dec.167.n.*
14.ibi. *Quia quãto magis non eſt oppoſitum, tanto minus poteſt dici deciſũ contra*
conſuetudinem, & citat Baldum in l.Receptitia C.de conſt.Pecun., & conferunt
deducta per *Amendolam ad dec.91.Præſ.de Franch n.2.* Cui communi opi-
nioni non obſtat *Textus in l.cum de conſuet.33.ff.de legib.*, ibi: *Cum de conſue-*
tudine Civitatis conſidere quis debet, primum quidem illud explorandum ar-
bitror, an etiã contradicto aliquãdo Judicio conſuetudo firmata ſit: Nam reſpõ-
det Vinnius, Juriſconſultũ hoc tantum dicere de Conſilio, non autem de ne-
ceſſitate, quatenus illa exploratio utilis ſit volenti probare conſuetudinem,
ſcilicet ut paratas habeat illas eaſdem probationes, quibus conſuetudo alias
probata fuit; non quod neceſſarium ſit ad conſuetudinis valorem, quod
alias fuerit controverſa, & pro conſuetudine judicatum.

Igitur quomodolibet conſiderentur noſtræ Civitatis Statuta, ſive uti jura con-
dita per Civitatem, quæ antiquitus fuit municipium, & poſtea etiam ſub
Principibus, & Comitibus eandem circa propria jura retinuit poteſtatem,
22 ſive conſideremus ea uti ab aliquo Supremo Principe approbata, ſive per
actum expreſſum, ſive per præſumptum in vim eorum immemorabilis ob-
ſervantiæ, ſive etiam ea conſideremus uti meras rationabiles conſuetudi-
nes per longiſſimum temporis ſpatium obſervatas, ſemper in ejuſdem Ci-
vitatis territorio omnem vim legis habebunt ad obligandum, imo uti leges

Pa-

Patriæ, & particulares, & ad propriorum Civium regimen magis aptæ, majori cura, & veneratione cuſtodiri debent. Hinc Hiero apud Stobeum dicebat Patrias leges tanquam alteros Deos eſſe colendas, nec Cives pati debere, ne obſerventur, alterentur, aut aliquod contra earum formam inducatur, cui conſentit *Ariſtot. l. 2. Polyticorum cap. 6.*, & fuſe D. Thomas, *prima ſecunda qu 79.*, *Camoſ.* in ſua miſcromia *Dialogo 1. col. 1., & 7. p. 2.* Idipſum voluit *Suarez de legibus l. 8. cap. 1., & cit. Azorius l. 5. c. 26. lit. D.*, quos ſecutus fuit *Novarius de Gravamin. Vaſſ. l. 1. c. 179. num. 7.* ibi: *Capitulationes a Prædeceſſoribus factas uti leges debere coli, dicendum eſt, nec contra eas aliquid innovandam eſt, & ſi aliquis illas violare, aut innovare conabitur, hic omni ſtudio prohibendus, & modus omnibus oppugnandus*, Juxta quam opinionem *num. 2.* ſic refert fuiſſe deciſum per Sacr. Conſil. in favorem Univerſitatis Vitulani contra ejus utilem Dominum, qui cum dictæ Univerſitatis ſtatuta, ſive capitulationes violare conatus eſſet, fuit proviſum, ut Baro ſe abſtineret ab inobſervantia illorum: Et iterùm in anno 1605 ad relationem Regii Conſiliarii de Ponte idem fuit per Sacrum Conſilium deciſum pro Univerſitate Terræ Foreni contra D. Ottavium Caracciolum ejus utilem Dominum, quam deciſionem refert *Rovitus in Pragm. 1. de Privil. Univerſ. in fine*, & faciunt adducta per *Viſcont. concl. juris verbo Barones in Regno, & per Thorum in compend. deciſ. verbo, Baro emens feudum tom. 1.*; Unde etiam deſcendit, quod Barones in novo eorum ingreſſu tenentur ea confirmare, & jurare de iis obſervandis, & in caſu repugnantiæ recurri poteſt ad legitimos ſuperiores, ut poſt Mutam, *Cancerium*, *& Fontanellum deducit cit. Novar. cap. 178. num. 2.*. Et pari ratione, imo a fortiori poteſt denegari poſſeſſio Judicibus, ſive Gubernatoribus, ſi in primo eorum ingreſſu recuſent jurare pro obſervantia ſtatutorum, capitulationum, ſive legum municipalium loci, cui ſunt adſcripti, ut ajunt *Conſil. Petra ad Ritum 295. num. 28.*, *Anna allegat. 144.*, quos ſequitur *Riccius tom. 1. ſuæ praxis cap. de Præſent. Patental., & Poſſeſſ. capienda per officialem, & in cap. de cauſis impedient. ingreſſum num. 6., & 12., & Novarius d. cap. 178. num. 3., & 4.*

Quæri ſolet in hac materia Statutorum, utrum Statuta particularia Civitatum; ſive Regionum aliquid continere poſſint contra formam juris com-
23 munis. Et quidem ſi loquamur de jure Divino, ſive naturali, contra eorum formam nullum ſtatutum introduci poteſt, ſic uſuræ, & furta, quæ prohibentur de jure divino, & naturali, ſtatuto permitti non poſſunt, nec legitima, quæ naturali jure debetur in beneficium filiorum, ſtatuto tolli poteſt. Si vero loquamur de jure Civili Poſitivo, Doctores, qui pro validitate ſtatutorum requirunt Principis confirmationem diſtinguere ſolent, ſcilicet, quod aut reperiūtur cōfirmata in forma ſpecifica, ſcilicet de certa Principis ſcientia, & inſerto tenore ſtatutorum, & tunc ſtatuta aliqua continere poſſunt, quæ ſunt exorbitantia a jure communi: Aut vero confirmata reperiuntur in forma communi, ſcilicet quando generaliter fuerunt confirmata, non inſerto tenore Capitulorum, neque ex certa ſcientia, & tunc nihil continere poſſunt contra juris communis diſpoſitionem, ſed valebunt tantum

in iis,

Digitized by Google

in iis, quæ ſunt juxta, vel præter diſpoſitionem juris communis, ut recte
diſtinguit *Cardinalis de Luca cit. diſc.35. de judiciis num.62.*, *& in diſc.25.
de ſucceſs.*, *& in diſc.30. de teſtamentis.*
Quæ omnia applicando ad terminos ſtatutorum hujus Civitatis, recte dici po-
teſt, ea aliqua continere poſſe, quæ ſint contra formam juris civilis, prout
4 inter alia eſt ſtatutum de lucro dotis in beneficium viri in caſibus a Statu-
to conſideratis, nam cum in eis concurrat obſervantia immemora-
bilis, recte allegari poteſt titulus, qui ſit melior in jure, ut ſupra diximus;
& per conſequens dici poterit, quod in eis concurrat confirmatio Principis
in forma ſpecifica, ſive antiquum, & non adhuc revocatum privilegium ha-
bendi propria jura, per ea, quæ communiter allegant Doctores in terminis
immemorabilis *in l. hoc jure §. ductus aquæ ff de aqua quotid. & æſt.*; Et in
propriis terminis Statutorum, in quibus concurrit obſervantia immemora-
bilis, citatus de Luca *in diſc.35. de judiciis num.63.*
Ultra quod addi poteſt in noſtris ſtatutis terminos correctionis, & exorbitan-
tiæ ſubintrare non poſſe, ex quo ea ſupponuntur edita, & obſervata longe ante
25 introductionem obſervantiæ juris Romani in hoc Regno: Quod ex eo proba-
tur, quia dictæ Civitatis ſtatuta antiquiſſima ſunt, ut apparet tam ex bar-
barie ſermonis, quo ea leguntur conſcripta; tum etiam ex datis dierum, &
annorum quorumdam ſtatutorum de novo ſuper additorum; Quod adeo ve-
rum eſt, ut in ultima recollectione dictorum capitulorum, quæ apparet fa-
cta ſub anno 1460. hic inter alios reperitur titulus *in cap.73. Uſus Civitatis
Calatiæ in matrimoniis antiquitus obſervatus*; Ex quo apparet capitula, ſive
ſtatuta hujus Civitatis longe ante dictam ultimam recompilationem ex-
titiſſe, & obſervata fuiſſe. E contra autem jus Civile Romanorum a duo-
bus tantum ſeculis circiter in hoc Regno Neapolitano reperitur intrmdu-
ctum, quod patet etiam ex Iſernia, & Afflicto, qui ajunt eorum temporibus
viguiſſe jus Longobardorum, & prævaluiſſe juri Romano. Quod & confir-
mat idem de Luca in Conflictu *obſervat.51.*, ubi ait, hujuſmodi locales le-
26 ges ſive ſcriptas, ſive non ſcriptas originem habuiſſe ab hujus Provinciæ
moribus, priuſquam ſæpius enunciata legum civilium caſualis inventio, &
receptio ſequeretur, & advertit etiam *diſc. 35. de dote num.9.*, ibi: *Sed ve-
rius dicendum eſt, jura prædicta (Scilicet jura Romanorũ) non fuiſſe quidem per
contrariam conſuetudinẽ abrogata, ſed potius ea initio nõ fuiſſe recepta ab illo
uſu, ex quo a moderno tẽpore jus Civile Romanorũ poſt ejus inventionẽ ſerva-
mus pro lege, juxta ſuperius enunciatã hiſtoriã legalem, cum ante dictã inven-
tionem, vel ex jure, & moribus Longobardorum, vel ſere ex generali conſuetudi-
ne præſertim Italiæ, ut ſupra, introductũ eſſet ad favorẽ mulierum iſtud lucrum.*
Nec dici poteſt longe ante dicta tempora extituiſſe jus Romanorum, & ab eo
tempore obligaſſe, quo a Juſtiniano fuit collectum, & in novam formam re-
27 dactum, nam Juſtiniani temporibus totius ferè occidentalis Europæ partes,
& Italia præſertim alieno ſubjacebant Gothorum, Wandalorum, & alia-
rum Barbararum nationum imperio, & ſi quæ fuit Italiæ pars, quæ expul-
ſis Gothis, Orientis Imperatori, obtemperabat, ad minimum breve tempus

ſub ejus imperio perduravit, ob ſuperventam Longobardorum invaſionem; adeoque Juſtiniani leges, vel nullatenus in hac parte receptæ, & obſervatæ, vel in aliqua particulari regione ad modicum tempus, ſepulturæ poſtea, & oblivioni ſeptincentum fere annorum traditæ fuerunt; & licet poſtea temporibus Lotharii Imperatoris Occidentis, (quod contingit circa me-
28 diantem 12 ſeculi) caſu quodam Amalphiæ repertæ fuiſſent, tamen nec in Italia, nec in aliis occidentis Regionibus ullam induxerunt obſervantiæ obligationem, ex quo in præfatis partibus, ob erectionem alterius Imperii Occidentalis, Imperatores Orientis nullam habebant auctoritatem, nec eorum leges ullam inducebant obligationem, ut more ſuo conſiderat *cit. de Luca in conflictu obſerv.9.*

Nec ſubnecti poteſt ſaltem ex eo tempore obligaſſe, quo poſt eorum inventionem, dicti Lotharii Imperatoris juſſu, comendatæ fuerunt, nam reſpon-
29 detur, quod ſi quæ fuit Imperialis Conſtitutio, quæ earum obligationem injunxit, ea nec fuit, nec potuit eſſe generalis, nec obligatoria earum regionum, qui dicti Imperatoris non ſubjacebant Imperio, prout dicendum eſt de hac Italiæ parte, quę tunc temporis independenter ab Imperatoribus, ſub ditione, & poteſtate erat Principum Normandorum, qui ut alii Principes independenter ab imperio legum condendarum habebant poteſtatem, ut rectè conſiderat idem Cardinalis *loc. cit.*, & faciunt deducta per Afflictum *in Prælud.conſt.part.2.num.3., & 4.*: Unde evenit, quod poſt ſupraſcriptam earum inventionem, non ſtatim, & generaliter dictarum legum obſervantia introducta fuit, ſed in una Regione citius, in alia tardius, per viam cujuſdam populorum voluntariæ acceptationis, & conſuetudinis; &
30 in hoc Regno Neapolitano, ut conſiderat præfatus de Luca *diſc.1.de ſent.*, a duobus circiter ſeculis tantum fuerunt receptæ uti jus commune.

Quibus poſitis, in terminis noſtrorum Statutorum locum non habebit adducta conſideratio correctionis, & exorbitantiæ, nam cum hæc Statuta, & ſignanter Statutum de lucro dotis, ſupponantur edita ante introductionem juris civilis in his regionibus, ut ſupra diximus, dictum jus civile de tempore ejus introductionis cenſeri debet introductum, citra præjudicium juris pa-
31 trii, ſive in parte, & partibus, in quibus patriis legibus non repugnat, & per conſequens incongrui erunt termini correctionis, ſive contradictionis, qui in ea tantum ſpecie poſſent locum habere, in qua poſt generalem juris civilis introductionem, aliqua contra formam dicti juris introducerentur Statuta, nam tunc rectè reflecti poterit, an ea Statuta aliquid contineant contra formam juris communis, & an ea reperiantur confirmata in forma ſpecifica, vel in forma communi, ut appoſite conſideravit dictus de Luca *d.diſc.1.de ſevit.*, ubi in terminis Statutorum Civitatum recognoſcentium Seperiorem hæc habet *num.9.*: *Et nihilominus in hoc caſu reflectendum eſt ad tempus ſuæ editionis, an ſcilicet ſit lex moderna edita poſtquam jam in loco vigebat, atque uſu receptum fuerat dictum jus Civile Romanorum, quod commune dicimus, adeout verificetur terminus correctionis, & exorbitantiæ, vel potius prodierit antequam in ea Regione dictum jus receptum fuerit, cum tunc*

præ-

præfati juris receptio intelligenda veniat in illis partibus, in quibus propriis legibus non repugnat, ſive quod ſit circa illa tempora, vel initia introductionis pro declaratione animi illud non recipiendi in ea parte, ſed continuandi cum propriis juribus, juxta conſiderationes in hoc diſcurſu contentas, ac etiam diſc.1.de ſucceſſ.ab inteſt.inter non uſum, & contrarium uſum deſtructivum juris jam recepti, & vigentis, & aliud impeditivum receptionis, & qui ejus initio ſe opponat, ob maximas differentias inter unum caſum, & alterum, ideoque ad has diſtinctiones reflectendum omnino videtur, non autem more pecundum, vel avium procedendo in ſola litera aliquarum generalium propoſitionum, vel traditionum, quæ in materia Statutorum, & legum municipalium, vel reſpective juris communis circumferuntur, cum exindè tot confuſiones, & æquivoca prodeant. Hactenus de Luca.

Statuta Municipalia, ſive Conſuetudines Regionum, & Civitatum veniunt ſub nomine juris; & idcirco ſi quis ſe expreſſerit velle contrahere ſervata
32 forma juris, intelligitur contraxiſſe juxta conſuetudinem ejus Regionis, in qua initus eſt contractus: Et pari ratione ſi initum fuerit compromiſſum, cum expreſſione, ut Arbiter judicare debeat ſecundum jura, Arbiter judicare tenetur ſecundum loci conſuetudinem, etſi ea ſit juri communi contraria, ut firmat Azorius loco ſuperius *cit.qu.19.*, & conſonant dicta *per Præſid.de Franch.deciſ.537.num.11., & in deciſ.563.num.7.*; Et in terminis Statuti de lucro dotis notat Phanucc. in ſuo *tract.de lucro dotis, gloſſa 9, num.37.*, ibi: *Sed nunc quæro ſi vir promittat reſtituere dotem ſecundum formam juris, an intelligatur ſecundum formam Statuti promiſiſſe? & dicas, quod ſic, ſecundum ea quæ tradit pleniſſimè Jaſon in leg.omnes populi num.20. in col.3. verſ. hic ſe offert, ff. de Iuſtitia, & jure* Subditque idem *Phanuccius num.38.*: *Intellige id comprehendere conſuetudinem lucrandi, quia, & conſuetudo dicitur Jus, ut per Joann. de Amico in conſ.11.col.2.,* & Jaſon *in d. l. verſ. populi, verſic. facit.*

Nota inſuper, quod non tantum jus municipale venit ſub nomine juris, ſed etiam, quod a tanta eſt juris municipalis virtus, & efficacia, ut in obligando prævaleat juri communi, & in judiciis principaliter ſit attendendum,
33 ut aperte habetur *in leg. de quibus 31.ff.de legibus*, ubi Julianus: *De quibus cauſis ſcriptis legibus non utimur, id cuſtodiri oportet, quod moribus, & conſuetudine introductum eſt; Et ſi qua in re hoc defecerit, tunc quod proximum, & conſequens ei eſt; ſi nec id quidem appareat, tunc jus, quo Urbs Romana utitur, ſervari oportet;* Et conſonat Textus *in l.venditor §.ſi conſtat ff. communia prædiorum, & conſentit Gloſſa in d.l.31. v.de quibus*, ibi: *Olim prius ſpectabatur conſuetudo particularis alicuius loci, quam Romæ, ergo & hodie, & ſic magis, quam lex ſcripta, erga conſuetudo particularis alicuius Municipii derogat legi in eo Municipio.* Quod & advertit *cit.* Cardinalis de Luca *d.diſc.35. de Iudiciis num.44.*, ubi ait quod in judicando primum locum occupat jus particulare, & *num. 45.* loquens de Statutis Civitatis ſubalternæ, & Superiorem recognoſcentis, ait illud prævalere debere Statuto generali Civitatis dominantis, ibi: *Quoniam iſtud ſtatutum magis particulare*

H 2 *præ-*

Digitized by Google

pravalet alteri Statuto magis generali Civitatis dominantis, *quod omnibus Comitatenſibus*, *& dixtrittualibus eſt commune in defectum proprii Statuti particularis*, *vel quia nullatenus*, *extet*, *vel quia caſus controverſiæ in eo ſit omiſſus*, & faciunt adducta per *P. de Franchis dec. 163. num. 5.*

Quæ omnia procedunt, ſi verba Statutorum clara ſint, & in eorum interpre-
tatione nullam involvant difficultatem: Cæterum ſi ſint ambigua, tunc
34 attendendum erit, quod in aliis ſimilibus caſibus ſervatum fuit, nam obſer-
vantia dicitur optima legum interpres, & interpretationum Regina, adeo-
ut verborum etiam proprietati, & grammaticali ſignificationi veniat præ-
ferenda, maximè ſi ſit uniformis, & alicuius temporis conſiderabilis, ut in
propriis terminis interpretationis Statutorum dubiorum dixit citatus de
Luca *d. diſc. 35. de judic. num. 65.*, Et in generalibus terminis interpretatio-
nis iuris dubii eſt Textus *in l. ſi de Interpretatione 36. ff. de legibus*, ibi: *Si de
interpretatione legis queratur*, *in primis inſpiciendum eſt*, *quo jure Civitas
retro in ejuſmodi caſibus uſa fuit*: Quod & expreſſe reſcripſit Severus
Imperator, ut refert Calliſtratus *in l. 37. eod. titulo.*

Si vero deficiat obſervantia, tunc in materia Statutorum, communis eſt Do-
ctorum ſenſus, ut ea ſtrictè, & rigorosè ſint interpretanda, itaut, quanto mi-
35 nus fieri poſſit, corrigant jus commune, & ab eo devient, quia legum cor-
rectio, quantum fieri poteſt, eſt evitanda, ut ex Neapod. ait de Franch. *deciſ.
71. num. 10.*, & Card. de Luca *in d. diſc. 35. num. 64.*: Hinc ſi in uno caſu
corrigant jus commune, non ſunt trahenda ad alium caſum, etiamſi identi-
tas, vel majoritas rationis concurrat, ut ait citatus de Luca *ibid.*, ubi ait,
quod in caſu dubio, vel omiſſo a Statuto, pro ejus reſolutione recurrendum
eſt ad diſpoſitionem *juris* communis, quod confirmat citatus de Franch. *di-
cta deciſ. 71.*, ubi *num. 13.* in terminis Conſuetudinis Neapolitanæ ſic tradit
fuiſſe deciſum per Sac. Conſil. in cauſa Angelæ de Bonis cum Franciſco
de Theſis. Ex qua etiam ratione ad caſus fictos non eſt protrahenda di-
ſpoſitio Statuti, ut latè fundat Azorius *Inſtit. moral. l. 5, cap. 26. qu. 13.*: Un-
de juxta ſenſum dictorum Doctorum in Statutis ad præciſos verborum li-
mites eſt attendendum per quandam ſpeciem iudaiſmi, ut ait *citatus* de
Luca, abſque eo quod ab eis licitum ſit deducere illationes, ſive argumenta,
quod & ipſe advertit pluries in materia ſucceſſionis Statutariæ ab inteſta-
to, & ſpecialiter *diſc. 15. de Succeſſ. ab inteſtat.*. Quæ tamen non proce-
dent in terminis *juris* communis, in quo, utpote in materia favorabili, lata,
36 & benigna interpretatio eſt admittenda, & concurrente rationis identita-
ta, ſive maioritate, de facili ſit extentio, & permittuntur argumenta etiam
a contrario ſenſu, ut ibid advertit *citatus* Cardinalis.

SU-

Digitized by Google

SUPER

STATUTIS MUNICIPALIBUS

CIVITATIS CALATIÆ

OBSERVATIONES

AD CAPUT I.

De Molendinis

OBSERVATIO.

Molitorum ars antiquiſſima,& hominum conſervationi neceſſaria.

Molitorum ars inter latas artes connumeratur, & quandoque inter artes viliores.

Inter Capitula municipalia hujus Civitatis congruum erat particulare Capitulum habere de molendinis.

Cuilibet in proprio fundo licitum eſt molendina, vel alia ſimilia ædificare ; quod fallit exiſtente in contrarium jure prohibendi, ſive ex privilegio, ſive ex conſuetudine.

Quando dici poſſit hoc jus prohibendi adeſſe in præjudicium Vaſſallorum?

6 *Non levis erit hujus juris probibendi conjectura, ſi in Civitate, vel oppido unum tantum adſit molendinum, vel quid ſimile.*

7 *Quod ſupra dictum eſt, cuilibet licitum eſſe in ſuo molendinum conſtruere, intelligi debet, ſi illud conſtruatur in aquis propriis, & privatis, non vero in aquis publicis, ubi quando aquæ dicantur eſſe publici, vel privati juris.*

8 *Vaſſalli cogi non poſſunt molere in molendinis Baronis, vel Univerſitatum; quod ſimiliter fallit exiſtente in contrarium privilegio, ſive conſuetudine.*

9 *Stante tali privilegio, vel conſuetudine molitores infra quod ſpatium teneantur molere fruges?*

10 *Molendinarii cogi poſſunt recipere frumentum ad pondus, & juxta idem pondus tenentur tradere farinam*

12 *Conductores molendinorum non poſſunt remittere certam partem mercedis in præjudicium conductorum ſucceſſorum*

13 *An molitores molere poſſunt in die feſtivo?*

MOlendi artem hominibus eſſe conducentiſſimam, & eorum conſervationi apprime neceſſariam, nemo eſt, qui neſciat; hinc meritò inter an-
1 tiquiores artes eſſe adnumerandam, communiter autumarunt, eiuſque inſtitutricem exiſtimarunt fuiſſe Cererem, quam poſt agriculturæ introductionem, hoc etiam bonum aſſerunt hominibus ſuppeditaſſe. Ratione ejus utilitatis, uſuſque hominibus conducentiſſimi, eius cultores non exigua prærogativa pollere, ut agricultores, nemo inficiare deberet, eo magis, quia inter lætas artes ſolet adnumerari, ut habetur. *Ieremiæ Cap. 25: Perdam ex eis vocem gaudij, vocem ſponſi, vocem ſponſæ,*

&

& vocem molæ: Et Apocalyps.: Vox cytharedorum, muſicorum, & tibia ca-
2 *nentium, & Vox molæ non audietur in te amplius.* Sed quia malo hominum more bonæ, & laudabilis artis uſum ut plurimum vertunt in latrocinium, hinc merito inter viliores artes aliquando adſcribitur, Unde *Juvenalis*

Segnipedes, digniquæ molam verſare nepotes

Et exodi 11. ubi tanquam viliſſima, & inter artes ultima deſcribitur, ibi: *Morietur omne primogenitum a primogenito Pharaonis ad primogenitum ancillæ, quæ eſt ad molam*; & conſonant adducta per *Joan. Meurſium critic. exercitat. p.1.c.9.*

In hac noſtra Civitate ad Molitorum fraudes compellendas opus erat ſpeciali ſtatuto; ex quo in ejus territorio plurima molendina reperiebantur, inter quæ ea, quæ a Rainulſo Comite Normando Stantioni Epiſcopo donata fuerunt, in loco, ubi dicitur *Agna*, & alia tam Cameræ Baronalis, quam
3 particularium, quorum aliqua adhuc ſuperſunt, & alia antiquitate, & non uſu collapſa ſunt; Unde merito ſtatuto prædicto cautum fuit tam ſuper ſalario molitorum, quam in modo habendi molendina, & ſuper aliis, ut ex litera dicti Capituli: Servat tamen uſus, ut reſpectu ſalarii molitorum ſolvi debeant aſſes duo pro quolibet tritici modio, ſive aſſes ſex pro quolibet animali onuſto.

In proprio fundo cuilibet licitum eſt molendinum ſibi conſtruere, ibique pro
4 ſuo, aliorumque uſu triticum molere, ſive alias fruges, ut aiunt *Guid. Pap. dec.298. Franc. Marc. dec.225.* & alii, quos refert, & ſequitur *Capibl. in Prag. 14.n.4*, & Reg. de Marin. *tom.1. reſol.32.n.4*; quibus adde Card. de Luc. *diſc. 115. de Regalib.*, perinde ac etiam cuilibet licitum eſt in ſuo Trapeta, furnos, hoſpitia, vel alia ſimilia ædificare, ex quo de jure omnia libera præſumuntur, & in ſuo cuilibet licitum eſt facere quicquid velit, & omne artificium excogitabile, ut dicebat *Capibl. in d. Pragm. 14.n.2.*

Quod tamen limitari debet in locis, in quibus Barones ſive ex privilegio, ſive ex præscriptione haberent jus prohibendi, ne alij in eorum terris molendina, trapeta, & ſimilia conſtruere poſſint, u loquitur *cit. Prag. 14. de Baronib.* ſuper qua *Capibl. n.13*, & paſſim *Novar. tom.1. grav.59.n.3. & ſeq.* Qualis autem, & quanta debeat eſſe poſſeſſio prædicta, & utrum ea, pendente lite, ſit manutenenda, diſcurrit *cit. Capib. d. Prag. 14. a n.12. uſq; ad 16*, ubi citat *Annã in ſingul. 557.* & alios, quos vide.

Non dicetur tamen Barones ſuper hoc jus prohibendi ex privilegio, ſive vi-
5 gore conceſſionis repreſentare, per hoc ſolum, quod in eorum inveſtituris legantur clauſulæ *cum molendinis, hoſpitiis, &c.*, nam clauſulæ prædictæ, ſive aliæ ſimiles de ſtilo inveſtiturarum Regni citerioris Siciliæ cenſeri debent appoſitæ, & earum vigore ea tantum comprehendi dicendum eſt, quæ de tempore dictarum conceſſionum, ſive ex ſpeciali privilegio, ſive ex conſuetudine legitimè reperiebantur introducta in Civitatibus, Terris, aliiſq; locis conceſſis; unde ſi hæc non inerant, nihil prorſus de novo, earum vigore, in præjudicium Vaſſallorum cenſeri debet conceſſum, ut expreſsè declaravit Imp. Carolus V, *in Prag.16. ſub tit. de Baron.* ubi ſic ſtatuit eſſe intelli-

telligendas,& interpretandas tam conceſſiones, & inveſtituras retroactis temporibus factas,quam in poſterum faciendas, ſuper quæ vide *cit. Capibl. n.6.tom.2.c.86.n.2.*

Ambigendum tamen non eſt,non levem juriſprohibendi in beneficium Baronum eſſe præſumptionem,ſi ipſi ſoli ab antiquiſſimo tempore in eorum feudis molendina,trapeta,furnos,vel hoſpitia habuerint, vel aliud ſimile,
6 ut diſcurrit *Caſſanat in conſuet.Borgund.rubr.12.§.9.n.2,Cancer var. reſol. l. 2.c.2 n.98*.quos ſequitur *Capibl.in d.prag.14.n.13.& n 22.*, & conſonant adducta per *Clarum §.feudum q.3.* ubi tradit fuiſſe judicatum, non licere privato novum hoſpitium conſtruere in quodam feudo,in quo feudatarius,ſivè eius utilis Dominus ſolus hoſpitium habebat.

Ceſſante autem privilegio,ſive legitima præſcriptione, licitum erit cuilibet in ſuo molendina conſtruere, ibique non tantum proprias fruges molere, ſed etiam aliorum,cum facultate exigendi jus moliturae in recompenſam laboris,ſive expenſarum,ut dicebat *Capibl.d.c.86.nu.16.* Quod tamen intelligendum eſt in Regno,ſi molendina conſtruantur in aquis privatis, nam
7 licet de jure communi,ſcilicet de iure naturali, & gentium aquarum uſus cuilibet ſit communis *l.2.ff.de rerum diviſione*;unde *Ovid.6.metamor.*

Quid prohibetis aquas?uſus communis aquarum eſt.

In noſtro tamen Regno eas inter regalia computari non ambigitur ex *Friderici Conſtit.in cap.unic.quæ ſint regal.in uſib.Feud.*& notavit *Lucas de Penn. in l.uſum aquæ Cod.de aquaduct.l.11.& Staib.conſ. 22. n. 78*; quæ inter alia regalia Baronibus in eorum conceſſionibus conceſſæ præſumuntur,ut ſcribit *Pratus l.1.d ſcept.70.n.17*;& idcirco in eis privati abſque Baronum permiſſu,molendina,ſive alia conſtruere non poterunt,ut ex *Capyc.*ſcripſit *cit. Capibl.d.c.86.n.12.*

Ad finem autem videndi,an aqua de jure privatorum dici poſſit, an vero publica, & per conſequens de dominio Regis, ſive Baronis, videndum erit, ſi aqua continuò fluat,ſcilicet ſi ſit perennis, vel fluat tantum ad tempus: Si enim perennis fuerit, etſi in fundo privato ortum habuerit, dè Regalibus eſſe dicendum erit; ſecus vero ſi non fluat continuò, & ex ea rivus tantum, ſive torrens oriatur, nam tunc publica dici non poterit, ut habetur *in l. 1. §. fluminum, ff. de flumin.* ibi: *fluminum quædam publica ſunt, quædam non;publicum flumen eſſe Caſſius definit, quod perenne ſit*; unde Baldus *in l. item lapilli n. 3. ff. de rerum diviſione* loquens de flumine privato, ajt flumen ſi non erit magnum,non erit aptum ad publicum, ſed ad privatum commodum. Vide Cancerium *l. 3. variarum cap. 42. n. 229.* Bartolum *in tract.de Inſulis parte 2.*, *& Capiblancum cit.Cap. 46. n. 21. & 22.*

Non diſſimulo tamen in his omnibus uſum, locorumque particolarem obſervantiam plurimum prævalere; ut enim ſcribit *Carol. Ant. de Luca ad dec. 183. Præſ. de Franch. n. .. In Regno videmus eſſe plures Civitates, in quibus Domini, & Barones nullum jus habent in fluminibus, & particulares, & ſubditi habent ibidem molendina, trapeta olearia, & ſimilia, & aquas extrahunt, hortos, & prata irrigant, & S. Conſ. Neapolitanum ſæ-*

pe

pe ſæpius decrevit, licere pro Civium commodo rivos aquarum extrahere, & divertere, dummodo alteri non noceant, & commoditas utentium non turbetur; nec in his poſſe Barones ſuis ordinationibus ſe opponere, niſi habeant jus prohibendi legitime introductum. Ad rem vide deciſionem S.Conſ. relatam à *Rovito* ſup. Pragm. *de Aqua, & aquæduct. n. 9.* & alias deciſiones relatas a Thoro *in Compend. p. 1. verbo Aquæductus, & Burrell. de præſtantia Regis Catholici cap. 8. n. 55.*

Vaſſalli cogi non poſſunt ab eorum Dominis, ut inviti accedant ad eorum mo-
8 lendina, furnos, & ſimilia; ſuper quo favore libertatis vaſſallorum extat ſpecialis diſpoſitio Imp. Caroli V. *in dict. Pragm.* 14, 5 & eſt deciſio S. Conſ. relata *a Præſ. de Franch. decis* 380. Quod etiam limitatur in caſu, quo Barones reperirentur in poſſeſſione hoc prohibendi vaſſallis ratione privilegii, ſive conſuetudinis legitime præſcriptæ, ut ex diſpoſione eiuſdem Pragmaticæ: An autem ſtante tali præſcriptione in beneficium Baronum, poſſint vaſſalli ſaltem accedere ad molendina locorum vicinorum ſita extra eorum utilis Domini territorium, diſputat hoc Novarius *tom. 1. grav. 62.* ubi in eam inclinat ſententiam, quod non poſſint, ea adducta ratione, quia fieret fraus Baronibus habentibus tale jus prohibendi, quibus eodem modo præjudicatur, ſi vaſſalli extra territorium ſe conferant, quam ſi exportent eorum fruges in alijs molendinis ſitis intra territorium; eandemq; ſententiam pro Baronibus valide tuetur *Reg. de Marinis l. 2. reſol.* 118., licet contrarium ſenſerit *Capiblancus in dict. Pragm. 14. n. 12.*

In locis autem, in quibus viget tale jus prohibendi, molitores intra horas
9 vigintiquatuor tenentur molere fruges adductas, alias licitum erit vectoribus poſt dicti temporis ſpatium fruges extrahere, & alibi ducere, ut ſcripſit *Tepat. var arum juris ſetentiarum tit. de molendinis, verbo Dominus, & Novarius Tom. 1, grav. 61.*

Molendinarij cogi poſſunt recipere frumenta, & alias fruges ad pondus, &
10 iuxta idem pondus tradere farinam, ad finem evitandi fraudes, & ſi renuerint, puniri poſſunt pœna relegationis per biennium, ut ſcripſit Burgius de modo proced. *ex abrupt. q. 23. n. 152.*

Molendinarij tenentur molere frumentum, ſive alias fruges eorum, qui
11 primo venerunt, & ſecundum ordinem, quo accedunt vectores, debent expediri, nàm alias ipſis fieret injuria, ut ajt *Novarius grav. 153. tom. 2.* ubi ſubdit ita fuiſſe deciſum per Reg. Conſiliarium Vitellium in favorem Univerſitatis, & Civium terræ Valvæ contra Baronem in Banca de Mondellis, & pro Univerſitate Poſtilionis contra ejus utilem Dominum, apud Actuarium Figliola. Quod & in trapetis locum habet, ex quo trapetarii eorum olivas primo tritur are tenentur, qui primo venerunt; ſicque ait fuiſſe proviſum per Reg. Conſili arium Fornarium ad inſtantiam Univerſitatis Vallis Vitulani, ut ait *cit. Novarius loco cit. n. 9.*

Conductores Molendinorum in fine anni eorum conductionis non poſſunt remittere Civibus, vel aliis certam partem mercedis, quæ ſolvi ſolet pro
12 quolibet frumenti modio, ad finem eos alliciendi ad molendum, antequam

ex-

expiret eorum annus, quia hoc fieret in fraudem, & manifeſtè tenderet in præjudicium conductorum ſucceſſorum; & idcirco S. Conſ. in cauſa quorundam de Pincto Civitatis Salerni decidit primos conductores teneri in beneficium conductoris ſequentis anni ad reſtitutionem exacti, ut refert *Praeſ. de Franch. dec. 96*, & facit textus *in l. & hac diſtinctio §. cum fundum, ff. locati*; Quod tamen limitat *Carol. Ant. de Luc. in obſ. ad dict. dec. n. 2.* in caſu quo de conſuetudine in aliqua regione ita quolibet anno ſervarent molendinorum conductores, nam tunc ratione talis conſuetudinis, excuſarentur, & conſonant deducta per Joſeph *Ludovic. deciſ. Peruſ. 62.*

Quæri ſolet, an molitores molere poſſint diebus feſtivis? Diſtingunt *Navarrus ſuper 3. decal. precept. n. 9. & Lopez in Inſtruct. Confeſſar. l. 1. c. 52*, ubi aiunt,
13 quod aut agitur de molendinis ad aquam, ſive iis, quæ agunt vi ventorum, & in his caſibus, ex quo molitura fit abſque magna occupatione, ajunt licere, maximè ſi adſit conſuetudo: Aut vero agitur de molendinis, quæ agunt vi piſtinorum, quæ labore hominum, ſive jumentorum ducuntur; & tunc quia molitura fit majori labore, in hoc caſu aiunt non licere, cui diſtinctioni ſe ſubiiclt Divus Antoninus *in ſumma p. 2. tit. 4. cap. 7. §. ultim.* Indiſtinctè autem, quod non liceat molere die feſtivo aſſerunt alii cum *Bonacin. tom. 2. diſt. 5. q. unic. punct. 3. n. 8*; niſi tamen fiat ratione neceſſitatis victus, vel niſi fiat accedente conſuetudine ab Epiſcopis tolerata. Vide *Zacchiam de ſalario q. 25. n. 27.*

AD CAPUT II.

De Salario Scaphariorum.

OBSERVATIO I

1 *Cur conditum fuerit præſens Capitulum.*
2 *Mitius agitur cum Civibus, quam cum exteris.*
3 *A ſolutione juris trajectus, ſive ripatici nemo eſt immunis.*
4 *Præſens Cap. quoad ſolutionem appoſitæ mercedis Scaphariorum non eſt in uſu, & quid hodie ſervetur, ubi plures* Reg. *Cameræ deciſiones.*
5 *Quid ſolvi debeat tempore excretionis fluminis, & quando dici poſſit flumen excreviſſe.*
6 *An teneatur ad ſolutionem diritus ſcaphæ, qui ſcapham non aſcendit, ſed eligit ire per aquas?*
7 *Quid ſi in loco ſcaphæ, vel prope, pons fuerit erectus.*
8 *Peculiaris prærogativa Illuſtris Marchionis Calatiæ quoad jus habendi ſcaphas in flumine Vulturno.*

1 **M**Ajores noſtri ad Portitorum, ſive Scaphariorum compellendam avaritiam, ſive inſolentiam peculiari Statuto ſanxeruut, quale Salarium eis ſolvi debeat tam a Civibus, quam ab exteris tranſeuntibus, ſive cum animalibus onuſtis, ſive ſine eis, & quomodo iidem ſe gerere debeant tempore excretionis fluminis, ut ex *lit. præſent. Cap.*: Mirum autem videri non debet, ſi in ſalario taxando major Civium, quam exterorum ratio habeatur; hic enim eſt effectus juſtitiæ diſtributivæ, cuius vigore ſicuti major nobilium, quam plebejorum conſideratio habetur, plus exiſtimantur docti, quam

2 ignavi, magis ſobrius, quam ebrius, ita in omnibus in majori conſideratione debet haberi Civis, quam exterus, ut diſcurrit *Nonius conſ.24, & 72, & Alciat.conſ.93*.

Jus trajectus, ſive Ripatici, quod idem eſt, ac directus Scaphæ cum exigatur ratione laboris, & expenſarum, quæ erogantur pro manuductione Scaphæ, ab omnibus ſolvi debet, & idcirco nemo, etſi Eccleſiaſticus, vel alio privilegio
3 munitus ab eius ſolutione eſt immunis, ut tradunt *Burſatt. conſ.* 142 *vol.2*, & *P.Thomas de* Afflitto *de Juſtit.* & jure *p.2. cap.* 16.*n.*318. Quod adeo verum eſt, ut nec Rex in tertii præjudicium hanc immunitatem concedere poſſit, ut poſt *Capyc.Latro docet Cajet.Ageta in Adnotat.ad deciſ. Reg. Moles §. de juribus paſſ. n.*28.

Notandum tamen eſt circa quantitatem ſalarii ſtatuti in præſenti cap., dictum Capitulum non eſſe in uſu, cum pro quolibet capite ſive hominum, ſive ju-
4 mentorum exigatur medietas aſſis, de Civibus, ab exteris vero integer as; & ſic regulariter per Regiam Cameram taxatio fieri ſolet, ſcilicet granum unum pro qualibet perſona ſponte tranſeunte, vel pro qualibet animalium ſalma, vel animali abſq; ſalma prout cit. *Ageta loc.cit.n.*39. tradit fuiſſe proviſum per Reg.Cameram ſub die 18 Julii 1570 in Scapha Limatæ, referente Domino Regente Moles: & iterum in Scapha Dragonis die 15 Septembris 1573; & in Scapha Macchiæ Seracinæ propè Iſerniam die 11 Decembris 1690 ad relationem Domini Præſidis D.Andreæ Guerrero apud Actuarium Joſephum Stabile.

Tempore vero excretionis fluminis ſtatuitur in præſenti Capitulo, faciendam eſſe exactionem ad rationem granorum quinque pro qualibet capite, & ali-
5 quando etiam ultra, juxta majorem, vel minorem aquarum excretionem; in quo caſu, cum exactio ſit incerta, regulanda ea eſt arbitrio boni viri, & ita exigendum eſt, ut tranſeuntes ultra modum non graventur, adeo ut ſi contra fieret, poſſet haberi recurſus ad ſuperiores, ut cit. *Ageta* ibidem *n.*29.

Dicetur autem flumen excreviſſe, ſi creverit aqua ultra medietatem Ripæ, itaut non poſſit traduci Scapha per ſolitum funem, & neceſſe ſit eam duci ad inſtar Naviculæ cum remibus, quo caſu cum Civibus etiam mitius agitur, ut ex *Cap.præd.*: Sub Ripæ autem nomine, ut ait *Juriſc.in l.*31, *§. de flumin.*, illud ſpatium venit, quod pleniſſimum flumen continet, quatenus ſcilicet flumen hiberno tempore, vel liquatis nivibus ſe extendit, ſive illud ſpatium, quod inter flumen, & vicina prædia eſt interjectum, itaut Ripa incipere intelligatur, ex quo a plano vergit ad flumen, ut obſervavit Pacius in Analyſi ſua, quem ſequitur *Vinnius* in *§.Riparum Inſtit. de Rerum* diviſione.

Quæri ſolet an teneatur ad Nauli ſolutionem qui Scapham non aſcendit, ſed
6 eligit ire per aquas? & quidem *Novar.tom.3.de Gravam. Vaſſall* 86.*n.*4. cenſuit, hoc non obſtante poſſe eum cogi ad Nauli ſolutionem, cuius opinionis licet non aſſignet rationem, ea tamen aſſignari poteſt, quia Naulum exigitur non tantum ratione laboris, & expenſarum, ſed etiam ratione juris, quod repreſentat Baro ſuper flumen, ſive reſpectu tranſitus fluminis, ut diſcurrit

Cap.

*Cap.Latro Conſult.*41,*n.*31,32,46,53, & 62.Sed *Regens Moles* in §. *de juribus*
*paſſuum q.*3,*artic.*11,verſu ſi *aliquis*,ait,quod cum hoc dubium in Regia Ca-
mera propoſitum fuiſſet, Reg.Cam. articulum noluit decidere,ſed ſe remiſit
locorum conſuetudini. Idem etiam dicendum eſſet,ſi ſupra flumen, in quo a
Barone tenetur Scapha,pons de novo fuiſſet erectus,nam adhuc a tranſeun-
7 tibus prætendi poſſet pretium tranſitus, ſive dirictus Scaphæ: ſuper quo vi-
de cit.*Cap.Latr.loc.cit.* ubi ait hoc fuiſſe tractatum in Reg.Cam. in cauſa D.
Julii de Roſſi Comitis Calatiæ cum Reg. Fiſco , & antecedenter in alia cau-
ſea Illuſtris Principiſſæ Hoſtiliani ſimiliter cum Reg.Fiſco .
Pro coronide autem huius Capituli notandum eſt,quod Illuſtris Marchio Cala-
tiæ tum vigore Regiarum conceſſionum , ſive Privilegiorum ſub verbo ſi-
gnanter , *cum Scaphis* ; tum etiam vigore antiquiſſimæ poſſeſſionis, in flu-
8 mine Vulturno poſſidet tres Scaphas , & idcirco ei jus aſſiſtit inhibendi, ne
vicini novas Scaphas apponant in flumine prædicto , in eius præjudicium:
Hinc cum in anno 1652 Illuſtris Dux Laurentiani pretendiſſet ex parte ter-
ritorii terræ Giojæ novam Scapham apponere in flumine prædicto inter
territorium dictæ terræ , & territorium Caſtri Rajani , habito per dictum
Illuſtrem Marchionem recurſu in Regia Camera Summariæ,ad eius inſtan-
tiam,ſub die 7 Novembris dicti anni,expeditæ fuerunt proviſiones , quibus
fuit ordinatum nihil eſſe innovandum , penes Adoaſium Actuarium: Cuius
Illuſtris Marchionis jura in dicta Regia Camera viriliter,more ſuo,tutatus
fuit *D. Franciſcus Rocco* tunc temporis Advocatus celeberrimus , poſtea
Regius Conſiliarius , qui pro dicto Illuſtre Marchione reſponſum edidit,
quod eſt *Reſponſum* 94. *in prim. volum. eius Reſponſorum Legalium* , de quo
mentionem facit citatus *Ageta in Adnot.ad deciſ.Regens Moles §.de iuribus*
*paſſuum n.*26.

AD CAPUT III.

De Trapetis, & Trapetariis .

OBSERVATIO

1 *Ex Collibus, & Olivetis Calatiæ percipitur oleum dulciſſimum.*
2 *Trapetarii tenentur accedere ad ſumendas olivas, & eorum periculo tenentur ducere oleum.*
3 *Sub nomine periculi Trapetatiorum venit etiam caſus fortuitus .*
4 *Sed hoc intelligitur de caſu fortuito,quod ſolet contingere , non vero de inopinato.*
5 *Trapetarii non poſſunt renuere ſumere olivas ab earum Dominis.*
6 *Trapetarii ſub pœna in Cap. contenta non poſſunt immittere olivarum fragmenta in viis publicis.*

SUb nomine Trapeti venire molam Oleariam, qua ex olivis oleum educi-
tur,nemo eſt quo neſciat,hinc Virgil.2.*Georgic.*

Teritur Sicyonia bacca Trapetis.

Neceſſe tamen fuit in hac noſtra Civitate ſpecialem titulum de Trapetis , &
Trapetariis ponere,ex quo multæ in ea reperiuntur conſtructæ Molæ Olea-
riæ,& multæ aliæ in dies pro Civium libito,& neceſſitate extruuntur, ad fi-

1 nem optimum oleum educendi ex olivis, quibus noſtri colles abun-
dant: ut enim ait *Antonius Sanfelice in ſua Campania* de hac Civitate lo-
quens: *Habent hi colles oleta diſtincta oleaſtris, quorum baccæ non carne, ſed
liquoris dulcedine comendantur.* Dicto Capitulo cautum fuit, Trapetarios
vocatos accedere debere ad domos dominorum olivarum ad eas ſumendas,
ad finem ducendi ad eorum Trapeta pro oleo extrahendo; eiſque licere pro
2 eorum labore in olei extractione ſeptimam partem olei penes ſe retinere,
cum onere ducendi oleum ad domum dominorum olivarum, eorum pericu-
lo; itaut ſi contingat, vaſa olei diſrumpi, vel aliter oleum effundi, ſive culpa
levi, vel leviſſima, ſive etiam caſu, uſque quo ad domum Domini olivarum
3 fuerit perductum, totum damnum eorum periculo cedat; ex eo quia hoc im-
portat periculi nomen, ut qui alicuius rei periculum præſtare tenetur, etiam
de caſu fortuito teneatur, ut ex textu in *l. ſi ut certo § nunc videndum ff.
commodati*, *in l. 14. §. ſi gemma ff. Locati, l. 4. & 11. ff. de rebus creditis*, & no-
tat *Bartolus in l. ſi is, qui ff. de aqu. rerum Domin.*, quem ſequitur *Gomeſ. to.
2. c. 2. n. 19.* Quod & noſtrorum temporum ſervat uſus, quem ego a pluribus
Trapetariis audivi, qui concorditer mihi dixerunt teneri Trapetarios etiam
de caſu fortuito uſq; quo ad limen, ſive oſtium domini domus perventum fue-
rit, & quod exinde periculo domini cedat omne, & quicquid citrà culpam du-
centiū contingerit. Cuius noſtri capituli diſpoſitio licet quoad dictum caput
effuſionis olei in damnum Trapetariorum, aliquibus exorbitans videri poſ-
ſit, ex eo quia contractus, qui inter Dominos olivarum, & Trapetarios inter-
cedit, vergit in gratiam, & commodum utriuſq; dantis ſcilicet, & accipien-
tis, & proinde in eo tantum dolus, & culpa præſtanda ſit, culpa ſcilicet le-
vis, quæ in jure venit ſub nomine culpæ, ut *d. l. ſi ut certo §. nunc videndum*,
& notat Vinnius *in §. 4. Inſtit. quibus modis contrah. obligat. n. 4.* tamen adhuc
in jure ſuſtineri poteſt diſpoſitio huius capituli, ratione ſcilicet conſidera-
bilis mercedis, quā Trapetarii recipiūt, quæ ut ſup. diximus, in dicta olei par-
te una cum cibariis conſiſtit, quæ cuilibet conſiderabilis, ſive exuberans vi-
deri debet, & idcirco ſolum ſuſtinenda, quia eius mercedis ratione Trape-
tarii olei periculum in ſe recipiunt; cum dubitari non poſſit, poſſe aliquem,
qui de culpa tantum tenetur, ex conventione, ſive ratione mercedis etiam
ad caſum fortuitum obligari, *ut in cit. l. 14. §. ſi Gemma ff. Locati*, ibi: *Niſi peri-
culum quoq; in ſe artifex receperit, & in l. 1. §. ſi convenit ff. depoſiti, & in l. ari-
ſtoni ff. mandati.*

Quod tamen intelligendum eſt de caſibus fortuitis ſolitis, & communiter
contingentibus, non vero de inſolitis, & rariſſimis, utpote ſi oleum terre-
4 motu, ruina, chaſmate, aut inſolita vi fluminis perierit, nam tunc exiſtima-
rem periculum eſſe Domini, ea generali ratione, quia generalis obligatio,
ſive diſpoſitio non ſe extendit ad ſpecialia, & inſolita, ſuper quo faciunt
notata per *Gomes loc. cit. n. 19. in fin. & per Epiſc. Verde l. 3. Inſtit. n. 515.*, ubi
concorditer ſuſtinent, quod obligans ſe ad caſum fortuitum cenſeatur ad
illum tantum ſe obligaſſe, qui frequenter poteſt accidere, & non ad inſoli-
tum, ubi allegant *textum in l. fiſtulas §. frumenta ff. de contrahen. empt.* licet

con-

Digitized by Google

contrarium defendat Fachineus *l.1.controv.8*. Quod eo magis in termini s noſtri Capituli eſt tenendum, quia cum ejus diſpoſitio, quoad trapetariorū periculum, etiam in caſu fortuito, aliquatenus recedat a terminis juris communis, ut ſupra diximus, idcirco ea cum æquitatis temperamento eſt interpretanda, ut quantum fieri poteſt, minus diſtet a juris communis diſpoſitione, ut in ſimili dicebat Grammat. *in dec.92, n.8.*

Diſponitur ſimiliter in præſenti cap. Trapetarios non poſſe renuere accipere olivas a Civibus, unde eorum officium cuilibet petenti abſque perſonarum
1 diſcretione tenentur impartiri, ea ratione, quia ſolitus locare operas ſuas, ſi renuat, poterit cogi ad locandum, ut ait *Dec. in l. Invitus n.7. ff. de reg. jur.* Caballus *caſ.179. n.5. & Novar. grav.83. n.1.* eo magis quia concurrit favor publicæ cauſæ, ne ſcilicet olivæ collectæ, & coacervatæ corrumpantur, & deperdantur.

Quod autem in dicto Capitulo ſubjungitur, quod Trapetarii ſub pœna tarenorum duorum pro qualibet vice proiicere non poſſint olivarum fragmenta
4 in viis publicis, pertinet ad munditiem viarum; unde in hoc caſu præſens capitulum videtur ſe conformaſſe cum Prætoris edicto contento *in l.2. ff. ne quid in loco publico*, ibi: *Ne quid in loco publico facias, inve eum locum immittas, qua ex re quid illi damnum detur:* & in §. ait Prætor ejuſdem legis: *In via publica, vel itinere publico facere, immittereve, quo ea via, iterve deterius fiat. veto:* Quod edictum non tantum prohibitorium eſt, ſed etiam reſtitutorium, ut *ex ſeq. §. eiuſd. legis.*

AD CAPUT IV.

De Hortis intra Civitatem.

OBSERVATIO

1 *Conducit pulchritudini Civitatis ſi in ea adſint hortuli, ſive viridaria.*
2 *Epicurus inſtituit, ut intra Athenas hortuli haberentur, & in ſuo hortulo Scholam habuit.*
3 *Semiramis amœnitatis gratia iuſſit Babilonia hortulos haberi.*
4 *Si fructus hortuli mei cadant in hortum, vel curtim vicini, an mihi licitum ſit eos recolligere?*
5 *Si arbor hortuli mei ita radices egerit, ut parieti vicini præiudicent, quid erit faciendum? & quid ſi rami eiuſdem arboris nimium ſupra vicini domum protendant?*

IN hoc Capitulo iniungitur Civibus prope eorum domum hortos habentibus, ut eos plantatos habeant oleribus, fructibus, aliiſque ad humanum victum conducentibus, etiam cum comminatione pœnæ unius Auguſtalis: In quo videtur maiores noſtros reſpexiſſe tum ad commodum viven-
1 di modum, tum etiam ad decorem, & ornatum Civitatis; Sicut enim expedit Civitati, & ad eius ornatum conducit habere ædificia recte diſpoſita, & ne domus deformentur ruinis, ita etiam ad ejuſdem Civitatis pulchritudinem ſalubritatemque ſpectat hortos conſitos habere, ut inter plantationes humano uſui conducentes, & inter candentia lilia, & rubentes roſas animus lætetur, & conquieſcat; Unde Salomon inter magnifica opera ejus non tan-

tum

tum ſuperborum ædificiorum extructionem, ſed etiam pomariorum plantationem enumerat, per hæc verba *Eccleſiaſt.2: Magnificavi opera mea, ædificavi mihi domos, feci hortos, & pomaria, & conſevi ea cuncti generis arbo-*
2 *ribus*: Hinc Epicurus, Plinio teſte, in cauſa fuit, ut intra Athenas hortuli haberentnr, refertq; Diogenes Laertius in ejus vita, eum Athenis in ſuo hortulo Scholam inſtituiſſe, ibique diſcipulos docuiſſe, quare Propertius.

Illic, vel ſtudiis animum emendare Platonis.
Incipiam, aut hortis, docte Epicure tuis.

Et oppoſite Cicero *l. de ſenectut: Agro bene culto nihil poteſt eſſe nec uſu uberius, nec ſpecie ornatius, ad quem fruendum non modo non retardat, ſed incitat ſenectus.* Vide *Celium Rhodiginum l. 12. ubi de Semiramide*, quæ ad amœnitatem introducendam in Civitate Babiloniæ hortulos juſſit inſtitui, &
3 de Mecenatis hortis vide *Plinium, & Horatium.* Non diſſimulo tamen temporibus noſtris intra Civitatem paucos hortulos reperiri, ratione continuorum ædificiorum.

In hortulorum, ſive pomariorum themate queri poteſt, ſi fructus arboris ſiſtentis in hortulo Titii cadant intra hortum, ſive aream vicini, an licitum
4 ſit Titio eos in hortulo vicini colligere: Super quo abſque hæſitatione reſponderi poteſt, quod licitum ſit Titio uſque ad tertium diem eos colligere & auferre, abſque eo quod vicinus ei impedimento eſſe poſſit, ut ex Prætoris edicto relato *in l. unica ff. de Gland. legenda*, ſub cuius glandis nomine, omnes fructus contineri, non ambigitur, ut ibidem ſubdit Juriſconſultus, & conſonat textus in *l. venenum §. glandis ff. de verb. ſignific.* & in terminis *Cepoll. de ſervit. c. Arboribus n. 15. & c. de ſeminat. plantar. n. 5.* ubi ait, quod ſi vicinus intra præfatos tres dies, poſtquam fructus ceciderint, eos abſtulerit, teneatur ad exhibendum, per text. *in l. Julianus §. glans ff. ad exhibend.*

An autem ſi arbor exiſtens in hortulo Titii ita radices egerit, ut præiudicent
5 parieti, ſive domui vicini, vel ſi dictæ arboris rami nimium ſupra vicini domum protendant, an licitum ſit vicino eos tollere, vel tolli facere? Vide *integrum tit. Digeſtor. de arb. cedend* & quæ appoſite juxta caſuum varietatem elucidat *Cepoll. cit. C. de arbor. a n. 3. uſque ad 10.*

AD CAPUT V.

De damnis datis in Hortis, vel Vineis.

OBSERVATIO

1 *Pro damnis datis in hortis, vel vineis, ut ſit locus pœnæ, ea debent eſſe condecenter clauſa.*
2 *Si autem erunt aperta, locus tantum erit emendationi damni, niſi hortus fuerint in agris.*
3 *An in territoriis apertis, & non ſeminatis licitum ſit animalia introducere, vel ingredi cauſa venandi.*
3 *Si territoria fuerint bannita an ſit locus ſolutioni pœnæ, etſi nullum fuerit illatum damnum?*
5 *Qui fuerit abſens tempore promulgationis banni an excuſetur a pœna?*

Quia

QUia in antecedenti Capitulo actum erat de Hortis intra Civitatem, expoſtulabat ordo, ut de Hortis extra Civitatem poſitis, & in Caſalibus termo haberetur: Diſponitur ergo in præſenti Capitulo de Pœnis contra damnum dantes in hortis prædictis, ſive Vineis, & iuxta diverſitatem animalium damnificantium diverſa imponitur pœna, ut ex lectura d.Capituli.

Quod autem ſubditur in d.Capitulo, Hortos, ſive Vineas ſufficienter clauſa
1 eſſe debere, ad finem ut ex illato damno exigi poſſit pœna statuta, diſpoſitio prædicta omni ratione fulcitur, quia territoria aperta quaſi pro derelictis ab eorum Dominis haberi videntur, & in eis cum difficultate ab animalium cuſtodibus damnum poteſt præcaveri: Quod intelligendum eſt tantum de pœna; ſecus vero reſpectu emendationis damni; Si enim ab animalibus in hortis, ſive vineis, ſive aliis prædiis ſeminatis licet apertis damnum fuerit illatum, ad damni emendationem teneri debet damnificans, licèt non ad pœnam ut concludit diſpoſitiò huius capituli, & conſonant quæ traduntur per *Capiblanc.in.pragm.8.de Baron.p.pr.n.396.*, ubi in caſu quo terræ eſſent apertæ pro pœnæ excluſione refert deciſum in cauſſa inter Univerſitatem Literarum, & eius Baronem, & pro Univerſitate Vallis Vitulani contra eius utilem Dominum, & iterum per S.Conſ.& Collater.Conſ. refert deciſum *Novarius grav. 43. tom.p.ubi n.3.* ſubdit ſic paſſim expediri proviſiones per S. Conſ. Quæ tamen limitantur, ſi horti reperiantur conſtructi in agris, nam
2 attenta huius capituli diſpoſitione, ſi in eis fuerit damnū illatum, etſi clauſi non fuerint, erit locus pænæ in hoc cap. Statutæ, ex quo tunc damnum non caſu, ſed ex propoſito illatum cenſeri debet, cum nemini liceat cum animalibus alienum agrum intrare.

An autem in territoriis apertis, & non ſeminatis quilibet ingredi poſſit, & ſua
3 animalia introducere ad paſcendum abſq; metu pœnæ, vel ſaltem licium ſit ea ingredi cauſſa venandi? Si diſpoſitionem præſentis capituli inſpiciamus, res caret difficultate, eo magis quia obſervātia ſtat pro facultate immittendi animalia in territoriis prædictis abſq; pœnæ ſolutione, cui conducunt tradita per Caſſan.*ad Conſuetud.Burgund.tit. de Foreſtis §.3.nu.2.* & per alios relatos a præfato Novario *d.grav.43.* . . . . Pro eo autem quod actinet ad ſecundam quæſiti partem, an in eis impediri poſſit hominum ingreſſus cauſſa venandi, licet attenta communi noſtrorum locorum conſuetudine indiſcriminatim non prohibeatur, tamen de jure impediri poſſe, docet *textus in l.16.ff. de ſervit.Ruſtic.* ubi Calliſtratus refert, Divum Pium per hæc verba Aucupibus reſcripſiſſe: *Non eſt conſentaneum rationi, ut per aliena prædia, Dominis invitis, aucupia faciatis*, cui conſonat *textus in l.13.§.ultimo ff.de Injur.* & voluit Juſtinianus *In §.12.Inſtit.de reorum diviſione*; & de jure noſtri Regni adeſt diſpoſitio *Pramg.1. de Aucupibus*, in qua ſub pœna triremium per annos tres, aliiſq; pœnis ad Proregis arbitrium inhibetur venatoribus ingredi fundos clauſos privatorum, licet haberent licentiam venandi ab eodem Prorege, vel ab aliis quibuſcumq; vide.*Crivell.deciſ.148, & Laganar.ad Rvitum ſuper Pragmatica prædicta.*

Si autem territoria etſi aperta fuerint bannita, etiam in terminis huius capi-

tuli

tuli pœnæ locus erit, ratione contemptus, licet animalia nullum damnum
4 intulerint: Super quo faciunt deducta per *Frecciam de ſubſeud. author. 42. l.
2.*, quem ſequitur Lanarius *conſ 98. n. 9.*, qui teſtatur de ſtilo judicandi in
S. Conſ. & conſentit Anna *ſingul. 138.* ubi refert deciſionem S C. in Cauſſa
inter Illuſtrem Marchionem Lauri, & Univerſitatem d. terræ, in qua fuit
dictum in præfato caſu, pœnam exigi poſſe, moderatè tamen: Quomodo ta-
men dicta moderatio intelligenda ſit, explicat *Nov. tom. 1. grav. 51. n. 7. & Leo-
nar. Riccius tom. 2. ſuæ Praxis cap. de praxi cauſſ. damni dati n. 175* ubi aiunt,
dictum verbum, *moderatè*, remittendum eſſe arbitrio judicis, qui iuxta fa-
cti, & perſonarum qualitates ſe dirigere debet, practicando ſcilicet, quod
pro prima vice ſolvatur tertia pars pœnæ, in ſecunda vice medietas, & pro
tertia vice duæ partes pœnæ in banno comminatæ, cum reiteratio delicti
ſit magis punibilis, & delictum reiteratum dicatur delictum continuatum.
Quid autem dicendum eſſet, ſi damnificans probaret ſe alibi fuiſſe tempore
promulgationis banni, & proinde nullam notionem habuiſſe eorum, quæ in
5 banno continentur; in facti contingentia vide eundem Novarium *grav. 52.
tom. 1.* ubi *n. 5.* ait, in caſu præd. abſentem eſſe excuſandum, & dicit ſe ita ju-
dicaſſe uti Regium Miniſtrum Status Amalphiæ, ubi etiam alios allegat. A-
lia autem circa hanc materiam, & ſpecifice damnorum illatorum in vineis
vide quæ dicemus *in obſerv. ad Cap. de Vineis*.

A D C A P U T VI.

De Probibita Porcorum Detentione intra Civitatem

O B S E R V A T I O

1 *Conſideratio ſalubritatis aeris fuit in cauſſa, ut præſens capitulum conderetur.*
2 *Ob eandem rationem probibitum eſt de jure Regni infra milliare ab oppido, vel Civitate ponere in aquis linum, vel canapem ad maturandum.*
3 *Quod procedit etſi oppidum in eius territorio milliarii amplitudinem non habeat*
4 *Emanari poſſunt banna pro excluſione Suium è Civitate maxime tempore æſtivo*
5 *Quod tamen intelligendum eſt tantum de ſuibus, qui gregatim paſcuntur.*
6 *Sus inter omnia animalia eſt lutulentus, & fœtidus.*
7 *Banna, ſive edicta pro aeris ſalubritate obligant etiam Eccleſiaſticos.*
8 *Apud Græcos, & Romanos Patritium erat officium aeris ſalubritati providere.*
9 *Nunc ad Portulanum ſpectat eius edictis aeris ſalubritatem conſervare.*

PRæſens Capitulum reſpicit non tantum damnorum evitationem in ter-
1 toriis propè Civitatem, quam eiuſdem Civitatis munditiem, ac aeris
ſalubritatem; certum eſt enim ſordidorum animalium immunditiis, & fœto-
re aerem corrumpi, ex quo Civium ſalutis deterior conditio fieri poteſt, ut
ponderat Afflictus in conſtitut. Regni *Salubritatem*, ubi incomoda, quæ ex
immuditiis, & fœtoribus hominum ſaluti derivantur, enumerat ex mente
Avicennæ, et Rainaldi de Villanova in liberculo ad Regem Aragoniæ con-
ſcripto: Cuius conſtitutionis vigore generaliter per totum Regnum intro-
ductum fuit, ut non liceat in aquis cuicumque oppido vicinis, infra unum
2 milliare, linum, ſive canapem ponere ad maturandum: Quod procedit, etſi
oppidum non habeat territorium tantæ longitudinis & amplitudinis, ut ad
dictum

Digitized by Google

dictum milliare attingat, ut per S.Conſ.tradit deciſum *Rovitus ſuper Prag. unic.de aeris ſalubr.n.6.*

Pro eo autem quod attinet ad diſpoſita in præſenti capitulo faciūt adducta per
4 *Capibl.Pragm.8.de Baron.p.1.n.398.* ubi refert banna ad inſtantiam Civitatis Teani emanata prohibentia Civibus, ob aeris conſervationem, ne animalia Suina intra Civitatem haberent, ſub certa pœna Bajulis applicanda, pro quorum revocatione cum univerſitas tractu temporis inſtetiſſet, per S Conſilium deciſum fuit, hyemali tempore licere Civibus, ſues intra Civitatem habere, æſtivo verò non licere, ſub pœnis in eiſdem bannis contentis, in cauſa vertēte inter univerſitatē prædictā cum Illuſtri Principe Hoſtiliani, & idipſum etiam refert deciſum in alia cauſſa inter univerſitatem Piſticii, & ejus Baronem penes Actuarium de Felice.

Quod tamen intelligendum eſt de ſuibus gregatim conſideratis, non autem de
5 iis, qui tenentur a Civibus pro uſu propriæ domus, vel ad finem vendendi pro eorum neceſſitatibus, nam hos licitum eſt tenere, & alere in propriis domibus, nec ulla ratione prohiberi poſſunt Cives eos creſcere, ut pluribus deciſionibus S.Conſ.refert deciſum *Novar.l.2.grav.56.* Cur autem de ſuibus tantum loquantur diſpoſitio noſtri capituli, ac præfatæ deciſiones a Novario adductæ? ea poteſt eſſe ratio, quia ſus ſuper omnia animalia eſt immundus,
6 lutulentus, & fœtidus, itaut non immerito in ſacris literis abominationi ſit comparatus, ut *Iſaiæ 66;* Unde *Lactantius l.4.Inſtit.cap.17.* tradit, ſues ſemper hominibus fuiſſe odioſiſſimos tum ob eorum, quem cauſſant fœtorem, tum etiam quia corpore, & ore in terram projecti ventri tantum, & pabulo ſerviunt, nec ullum, quoad vivunt, præſtare poſſunt uſum.

In materia autem conſervationis, & ſalubritatis aeris, nota hic quod Statuta,
7 ſive edicta circa aeris conſervationem emanata adeo ſunt privilegiata, ut non modo obligent omnes laicos, etſi ſint coloni, & conductores Eccleſiarum, ut ait *Caball.reſol.crim.cap.12,* ſed etiam ipſaſmet Eccleſiaſticas perſonas, ut ſcribit Carolus de Graſſis de *effect. Cleric.effect.2.n.420, & 423.in fin. Bovadill.l.2.cap.18.n.50;* quos ſequitur *Rovitus ſuper Pragm. unic. de aeris ſalubr.n.6.*

Romæ Ædilium Curulium munus erat iis providere, quæ aeris ſalubritatem
8 conſervarent, iiſq; occurrere, quæ hominum ſaluti detrimento forent; quod quidem patritium erat officium. Græciæ autem apud Thebanos, magiſtratus, qui horum omnium curam habebat ſub Telearchi nomine nuncupabatur, ipſumq; ferunt Thebis celebrem illum Epaminondam exercuiſſe; quod munus licet homini clariſſimo, hoſtiumq; invictiſſimo debellatori nimis impar fuiſſet, ab eo tamen libenti animo adminiſtratum fuit, ipſumq; ferunt dicecere ſolitum, non ſemper per magiſtratus virum, ſed aliquoties per virum magiſtratum oſtendi oportere, ut refet *Plutarchus in Opuſculo de Præceptis gerendæ Reip.&c.* Nunc autem apud nos iſta omnia curare ad Portulani ſpectat officium, qui inter alia Civitatem ab immunditiis & fœtoribus expurgare, & aeris ſalubritatem conſervare tenetur.

AD CAPUT VII.

De damnis datis ab Animalibus, de quorum Domino non conſtat

OBSERVATIO

1 *Veſtigia impreſſa in pulvere inter indicia urgentia, & relevantia recenſentur.*
2 *Si non reperiantur impreſſa veſtigia, damnum præſumitur illatum ab animalibus viciniorıbus.*
3 *Furtum in dubio a vicino præſumitur commiſſum, ſi vicinus ſolitus ſit ſimilia perpatrare.*
4 *Mgni incomodi eſt malus vicinus.*
5 *Cum probatio damni reſultat ex præſumptionibus, locus erit emendationi damni tantum, non etiam pœnæ.*

AGitur in hoc capitulo de damnis datis in Segetibus, Hortis, vel Vineis per boves, ſive per alia animalia, quorum Dominus in comperto non eſt, & ſtatuitur, quod ſi reperiantur in territoriis damnificatis impreſſa veſtigia animalium, quæ incipiant a territorio, in quo damnum illatum fuit, & deſinant in loco, in quo boves, vel alia animalia reperiuntur, tunc a dictis animalibus damnum illatum cenſeri debet, & eorum Dominus ad damni emendationem tenetur, ut habetur in præſenti capitulo; cuius diſpoſitio rationabilis videri debet, ex eo, quia in factis occultis, quæ per teſtes de viſu probari non poſſunt, ad eorum probationem procedendum eſt per indicia, ſive præſumptiones, quæ quidem ſi veriſimilia ſunt, & eo magis ſi urgentia, & indubitata, æquè animum judicis movere debent, ac moverent teſtes de viſu, ut enim ait Hadrianus Imperator, cuius verba referuntur *in l. 3. §. 1 ff. de teſtibus*, non ad unam tantum probationis ſpeciem alligari debet animus judicantis, ſed ex ſententia animi ſui exiſtimare debet quid, aut cui credat, aut probatum, aut non probatum videri poſſit, cui conſonat *text. in l. ob carmen §. fin. ff. eodem, in cap. preterea de teſtibus*, & more ſuo deducit *Gomes. variarum tom. 3. cap. de probat. delict. n. 2.*; Nemini autem dubium eſſe poteſt, veſtigiorum impreſſionem, & comparationem a loco illati damni, ſive patrati delicti uſque ad locum, in quo animalia, ſive homines reperti ſunt, inter indicia nimis urgentia connumerari, utpote quæ vehementer animum judicis movent ad ita credendum, ut habetur ex Livio. *Decad. 1. cap. 4.* ibi: *Ipſa veſtigia quærentem Dominum eo deductura erant* & appoſite *Maſchard. de probat. Concl. 830. n. 15* & alii, quos refert, & ſequitur *de Angelis de delict. & pænis. cap. 136, ubi de Indiciis in genere, & eorum differentia n. 38.*

Si vero damnum quidem illatum fuerit, ſed propter telluris ſiccitatem in lo-
co illati damni impreſſa non reperiantur veſtigia; in eo caſu ex diſpoſitione
eiuſdem capituli, damnum præſumetur illatum ab animalibus, quæ in ter-
2 ritorio viciniori reperiuntur, itaut eorum Domini ad damni emendationem
teneantur, non autem ad pœnam: Quod etiam rationi, & juri conſentaneum
videtur; ratione veriſimilitudinis, cujus vigore in dubio, quando
ſcilicet de damnificante non conſtat, a vicino damnum illatum fuiſſe, exiſti-
mant Doctores, inter quos *cit. Maſcard. concl. 473. n. 3. Baldus in l. 1. n. 7. C. Locati*, quem ſequitur Polidor. Ripa *in ſuo tract. de Noctur. tempore cap. de*

damno

Digitized by Google

*damno dato n.*30;quod & in furto, cæteriſque delictis loc um habet, nam ſi
3 de delinquente non conſtat, a vicinis commiſſa præſumi debent,ſi ultra vi-
cinitatem, concurrat etiam probatio eorum improbatæ vitæ, ut diſcurrit
*Menoch.de Arbitr.Judic.l.2,Cap.*222;qua de re eos etiam, pro delictis prædi-
ctis torqueri poſſe ex ſenſu plurium Doctorum ait *cit. Ripa l.cit cap.de vi-
cinis n.*12.Inde eſt, quod Cato *in libris de Agricultura* malum vicinum æ-
4 què ac morbum nocere dixit,& Temiſtocles,ut in eius vita prodidit Plutar-
chus, dum prædium venderet, proclamari juſſit,bonum vicinum etiam ha-
bere,quaſi quod vicini comendatione futurum eſſet vendibilius.

Cur autem in præfato caſu noſtri Statuti, vicini ad damni tantum emenda-
5 tionem teneantur, non etiam ad pœnam,ratio ſimiliter eſt manifeſta, primo
quia ex præſumptionibus civiliter tantum quis conveniri poteſt,non etiam
criminaliter,ut dicebat Afflict.*in Conſt.Regni Si damna de homicid. Clandeſt.
n.*28:Secundo quia ſi ad pœnam etiam tenerentur vicini, reſultarent ex hoc
duo ſpecialia,& exorbitantia,quæ circa idem ex juris diſpoſitione concurre-
re non poſſunt *l.1 ubi Gloſſa,Bartol.& alii C.de dotis promiſſion.*,& conſuluit
*Oltrad.conſ.*79. Hinc in terminis præfatæ Conſtitutionis Regni, *ſi damna*,
*Conſ.Grammaticus deciſ.*47.per totam retulit deciſum per S.Conſ Univerſi-
tatem non poſſe ad utrumque teneri,ad damni ſcilicet emendationem,& ad
pœnam,in caſu furti, ſive alterius damni clandeſtini in eius pertinentiis,&
vicinitate commiſſi,ſed ad ſolam damni illati compenſationem,quæ deciſio
lata fuit ſub die 14.Julii 1543. in cauſſa appellationis interpoſitæ a decreto
Regiæ Provincialis Audientiæ Salerni ad inſtantiam Hominum,& Univer-
ſitatis Sancti Severini cum Regio Fiſco; & iterum eodem Conſ. Gramma-
tico referente,in cauſſa Univerſitatis Teani,in qua per dictum S.Conſ.revo-
catum fuit decretum M.C.V,quod dictam Univerſitatem ad utrumque con-
demnaverat,ut in fine dictæ deciſionis.

AD CAPUT VIII.

De deſtructione Sepium, nec non de foveis faciendis in Agris.

OBSERVATIO.

1 *Sepes, & territoriorum confinia de jure gentium introducta.*
2 *Quid circa has diſpoſitum fuerit de jure 12 Tabularum.*
3 *De ſpatio quinque pedum in confinio Prædiorum, quod præſcriptioni non erat obnoxium.*
4 *Explicatur Lex Manilia, nec non textus in l.fin. ff.fin.regund.*
5 *Hoc Capitulo contra devaſtantes ſepes imponuntur pœnæ,& injugitur emendatio damni.*
6 *Quid Statuatur hoc Capitulo reſpectu foveæ, quæ ſiccandorum prædiorum cauſa fit.*
7 *Faciens foveam in confinio prædii ſui,quantum ſpatium relinquere teneatur.*
8 *Quale vero ſpatium relinqui debeat ſi puteus in confinio excavetur*
9 *Non procedent prædicta in fovea, quæ fit inter duo prædia diviſa actione communi dividundo.*
10 *An foveæ debeant menſurari tempore venditionis fundi?*

11 *Quid etiam dicendum de Ripis?*
12 *Viæ publicæ non veniunt in menſura fundi venditi.*
13 *Fovea non poteſt fieri in locis publicis.*
14 *Nec etiam eas foveas licet facere in publico, quæ reponendi frumenti cauſ-ſa fiunt, niſi aliter dictaret Conſuetudo.*

SEpes, & prædiorum confinia de jure gentium introducta fuerunt, nam de jure naturali, ex quo non erat meum, & tuum, & omnia inter omnes
1 erant communia; neque ſepes erant, neque prædiorum diviſiones. Circa ſepes inter leges Decemvirales hoc reperiebatur ſtatutum: *Qui ſepem in*
2 *confinio ponet, terminum ne excedito*, quam Cajus Juriſconſultus ex Solonis legibus deſumptam eſſe teſtatur *in l. fin. ff. fin. regund.* Quod quidem intelligendum eſt juxta aliam legem in 12 tabulis relatam: *In controverſia de finibus quinque pedum uſucapio nulla exto*, quæ refertur a Cicerone *in lib. 1. de legibus*; Voluit enim lex prædicta, ut inter confines vicinorum agrorum ſpatium quinque pedum relinqueretur, quod uſucapioni, & præſcri-
3 ptioni non eſſet obnoxium; atque idem ut liberum eſſet, & commune, ad finem, ut eò ire, agere, & aratrum etiam circumvertere, ſine alterius incomodo, uterque Dominus poſſet; Unde poſtea lege Manilia cautum fuit, ut quoties de his quinque pedibus controverſia eſſet, arbiter, ſive agrimenſor eligeretur, qui eos regeret, & arte ſua conſtitueret: Atque hoc eſt, quod
4 ait Imperator *in l. quinque pedum Cod. finium regund.* præſcriptionem quinque pedum finalium nullatenus in iudicio admittendam, quod placuit Alciato *in dictæ legis repetitione.*

In præſenti Capitulo ſtatuitur pœna contra devaſtantes ſepes, ſive foveas alienorum prædiorum ſive per ſe, ſive per animalia, ſimulque injungitur, ut
5 ad earum refectionem cogi debeat damnificans: Reſpectu vero foveæ, quæ ſiccandorum prædiorum cauſſa fit, ſtatuitur, ut tantum debeat habere pro-
6 funditatis, quantum habet latitudinis.

Quia autem de latitudine, & profunditate foveæ diximus, opportunum erit videre facientem foveam in ſuo juxta agrum vicini quantum ſpatii relin-
7 quere debeat inter dictam foveam, & vicini agrum; de quo licet nihil dicatur in præſenti Capitulo, habetur tamen *in d. l. fin.*, per hæc verba: *Si ſepulcrum, aut ſcrobem fecerit, quantum profunditatis habuerit, tantum ſpatii relinquito*; cujus ſenſus eſt, quod fodiens debeat indiſtinctè relinquere tantum ſpatium quantum eſt profunditas foveæ, ut ait Cepolla *de ſervit. cap. de Fovea*; Vel ut alii interpretantur, ut fodiens tantum ſpatium relinquat a fovea uſque ad fundum vicini, quantum eſt ejus foveæ latitudo in profunditate, ut diſcurrit idem *Cepolla eod. loco*: Cujus legis diſpoſitio non tantum habet locum in fovea, quæ fit in prædio ruſtico, ſed etiam in urbano, ex dictis per eundem *Cepoll. ibid.*, *& in cap. de Pariete, ſive muro num. 2.*

Quæ omnia intellige, ut procedant reſpectu foveæ, quæ in proprio fundo ſiccandorum agrorum cauſſa fit, vel etiam pro pannis lavandis, vel animalibus potandis; ſecus autem ſi in aliud nomen fovea tranſiret, ut pote

8 in

8 in puteum; tunc enim paſſus tantum ſpatium relinquondum eſſe ait *Cepoll. loc.cit.*. Imo dici poſſet, puteum poſſe excavari in confinio proprii fundi, dummodo ex hoc damnum non inferatur vicino, ut deducitur ex *l.fluminum §.fin.ff.de damn.infect.*, ubi Juriſcõſultus in tantũ ait de dãno infecto ſtipulationem committ poſſe, ſi vicini paries ex putei excavatione damnum pateretur; Unde ſi parietis vicini nullum damnum ſive periculum adeſſet, hoc pretendere non poſſet vicinus: In facti autem contingentia vide *cit.Cepoll. in cap.de Puteo, Ciſterna, & Lavello num.6., & in cap.de Penu. num.3.*, ubi in hanc inclinat ſententiam, & ita tradit communiter ſervari.

Secundo intellige, dictæ legis finalis diſpoſitionem non procedere in ea fovea, quæ in terminis actionis communi dividundo fit inter territoria diviſa; nam 9 in caſu prædicto nullum ſpatium inter dicta territoria eſſet relinquendum, cum permiſſum ſit fieri foveas in confinio fodientis, aut etiam in confinio utriuſque *l. in ſumma §. præterea ff. de aqua pluv. arc.*; imo in caſu prædicto foveas exiſtimari debere communes inter Dominos utriuſque fundi, ait Gloſſa *in dicto §. verbo confinio, & plenius Cepolla cap.de fovea num.1.*.

Quoniam autem hic de foveis egimus factis in territoriis, ſive eorum confiniis, opportunum, & utile erit videre, ſi tempore venditionis fundi eæ de-10 beant menſurari una cum fundo: In quo articulo citatus *Cepolla cap. de Ripa num.8.* dicit eſſe menſurandas, ea aſſignata ratione, quia earum uſus, & proprietas fundi eſt, & citat Baldum *in leg.Riparum ff. de acquir. rerum dominio*, cui addi poteſt textus *in l.Prædia §.ita legatum ff.ac fundo inſtruct.*. Bartolus autem in ſuo tractatu Tiberiadis *in 4. column. verſ.ſed dubitatur* ita diſtinquit, quod aut fovea eſt ita plana, & ejus latera ita lata, ut in eis laborari poſſit cum bobus, & dicit eſſe menſurandam; Si autem, ut ſæpe accidit, ripæ fovearum ſunt ita erectæ, ut per eas iri, & agi non poſſit, &c. tunc foveæ non menſurantur cum fundo, & ita dicit obſervari.

Et idem dicendum ait de Ripis, quæ in fundo eſſent, ut ſiquidem cum bobus coli poſſint, earum ſuperficies erit menſuranda, ſecus vero ſi ita erectæ 11 ſint, ut coli, & ſeminari non poſſint, tunc enim menſuratur ſolum quod a Ripa continetur, ſicuti fit ſi in fundo aliquis murus eſſet; niſi tamen aliter actum, ſive conventum ſit, ſive expreſſè, ſive tacitè, *ut in l.id quod §.1.ff.de peric., & commod. rei venditæ*: Tacitè autem conventum videbitur, ſi ad menſuram vendatur aliquod territorium partim planum, partim ripoſum ſive montoſum, quo caſu venit in menſura, quia ita actum videtur. Vias autem publicas, quæ fundo inhærent, in menſuram non venire, expreſſè voluit *Textus in l. littora ff. de contrah. emp.*, niſi tamen aliter conventum ſit, ut loquitur Juriſconſultus *in l.17.ff de peric., & comm.rei venditæ*.

Prohibitum etiam eſt foveas, ſive ciſternas facere in via publica, Silva, vel aliis locis publicis, vel in aliis locis, per quæ conſuetum eſt ire, ſive tranſi-12 re, ut habetur *Exod.21.num.34.* ubi ſtatuitur, quod ſi quis eas fecerit, & non operuerit, cecideritque in eam bos, ſive aliud animal, reddet Dominus Ciſternæ pretium jumentorum, quod autem mortuum eſt, ipſius erit. De jure autem Civili poterit cum eo agi interdicto quod vi, aut clam *ut in leg.*

al.us

alius §. penultimo ff. quod vi, aut clam: Aut etiam agi poterit cum eo lege Aquilia, niſi prius tranſeunti fuerit denunciatum, vel alias ſciverit, vel prævidere potuerit, ut loquitur Paulus *in l. foveas ff. ad l. Aquiliam*, ubi excipitur caſus, ſi fovea, ſive Ciſterna facta eſſet in loco, in quo fieri conſuetum eſſet, tunc enim faciens ad nihil teneretur, ut Juriſconſultus ibi: *& Cepoll. loc. cit. num. 2.*

Quid autem dicendum eſſet de foveis factis cauſſa reponendi, vel conſervandi frumenta, an fieri poſſint in publico? Et quidem de jure prohibitum eſt
14 tale quid in publicis locis facere, & eo magis in publicis itineribus, tum
ratione periculi tranſeuntium, tum etiam quia ex eis via redditur deterior, ut *in l. Ædiles §. via autem ff. de via publ. l. via §. deterior ff. ne quid in loco publ.*: Ubi vero eſſet conſuetudo faciendi, exiſtimo eas prohiberi non poſſe, & idcirco in hoc loci conſuetudinem eſſe attendendam, *ut in l. 1., & l. an in totum ff. de Ædif. privat., Cepoll. ibidem num. 3.* Semper tamen exiſtimo, licentiam ejus, ad quem hoc ſpectat, eſſe adhibendam, qui ſtante conſuetudine eam denegare non poſſet.

AD CAPUT IX.

De legentibus fructus ex Arboribus, ſive Territoriis alienis.

OBSERVATIO.

1 *Juxta legem Moyſis licitum erat comedere fructus alieni territorii, ſed non licitum erit foras adducere.*
2 *De jure vero Civili, & communi locorum conſuetudine hoc non permittitur.*
3 *Quid circa hoc Statuat noſtrum Cap. municipale.*
4 *Quomodo debeat interpretari præſens capitulum circa ea verba, quod ſtatur juramento inventoris.*
5 *Accuſatus contra juramentum denunciatoris poteſt contrarium probare.*
6 *Intellige quod ſtetur juramento Inventoris in cauſſis modicis.*
7 *In cauſſis modicis inveriſimile eſt, quod quis velit falſum jurare.*
8 *Si Bajuli interceperint animalia, an eis ſit credendum?*

IN Sacris literis ſive ad Hebræorum compellendam avaritiam, ſive ad introducendam inter eos particularem quandam ſpeciem ſocietatis, cautum
1 fuit licitum cuique eſſe alterius vineam, ſive prædium ingredi, ejuſque fructus comedere, abſque eo quod foras licitum eſſet adducere, ut habetur *Deuther. 23. num. 24. Ingreſſus vineam proximi tui, comede uvas quantum tibi placuerit, foras autem ne afferas tecum: Si intraveris in ſegetem, frange Spicas, & manu conteres, falce autem non metes.*

Sed quia poſtea ulterius crevit inter homines avaritia, & ex ſimilibus damnis ut plurimum rixæ, jurgia, & quandoque cædes exorta fuere; idcirco
2 ſimilia Statuta contrario hominum more ſublata ſunt, *ut in l. Divus ff. de ſervit. ruſtic.*; *Et Franc Joſeph de Angelis in ſuo tract. de delict., & pœnis cap. 34. num. 31.* notat ab hominum uſu exoleviſſe, ut itinerantes, fructus per territoria, per quæ tranſeunt, capere poſſent, & in praxi ait eos teneri etiam ad pœnam.

Unde merito in preſenti Capitulo injungitur pœna tareni unius pro qualibet vice,

vice, qua quilibet inventus fuerit colligere fructus ex alienis a bo ibus, &
3 territoriis, cum obligatione damnum reficiendi; cum hac tamen limitatione, ut ad pœnam prædictam non teneatur, qui arborem non adſcenderet, & è terra adeo paucos colligeret, ut vix manus impleretur: Simulque ſtatuitur, ut ſi quis intraverit alterius hortum decenter clauſum ad finem colligendi fructus, vel olera, teneatur vice qualibet, qua denunciatus fuerit cum Sacramento inventoris, ad pœnam tarenorum duorum, cum refectione damni; & quod idem intelligi debeat de hortis, ſiſtentibus in agris: Cum declaratione, quod ſi famulus alicujus, vel famula dicta damna intulerit, eorum Dominus de dictorum famulorum ſalario pœnam, & damnum ſolvere teneatur; & ſi ſine ſalario ſerviverint, teneatur Dominus de ſuo.

Quod autem in dicto Capitulo ſtatuitur, circa prædicta ſtari debere juramento denunciatoris, ſive inventoris, ſive Domini territorii damnificati, hoc quidem magnam juris repugnantiam habere videtur, ex quo aperire-
4 tur via, qua poſſet quilibet, in cauſſa propria teſtificari, quod repugnat diſpoſitioni textus juris civilis *in l. nullius Cod. de teſtibus*, & *in l. 9. Cod. eodem tit.*, ibi: *Omnibus in cauſſa propria dicendi teſtimonii facultatem jura ſubmoverunt*; quibus in jure Canonico concordat *cap. ſi teſtes §. item nullus qu. 2.*, & *in cap. Statutum 2. qu. 6.*; Unde ego exiſtimo circa hoc capitulum prædictum egere declaratione, ac interpretari debere juxta diſpoſita *in Pragm. 1. de officio Bajuli*, ſcilicet ſi damnificatus reperierit damnificantem in actu damni, ſive etiam in actu damni reperierit animalia, ac eadem in manu habeat, vel ſi unum teſtem ſaltem in probationem adducat, ac una cum ejus juramento conjungat, ut legitur in pragmatica prædicta per hæc verba: *Statuitur, quod in damnis datis perſonaliter, vel cum animalibus, ſive ex officio, ſive ad denunciam, ad condemnationem procedere non poſſit, niſi de dictis damnis conſtet ad minus per unum teſtem cum juramento inventoris, niſi forte animalia ipſa pars ipſa in manu habuerit, quo caſu ſtatur dictæ parti, aſſertioni cum juramento.*

Verum quia pragmatica prædicta, etiam dictis declarationibus conſideratis
5 eſt exorbitans a jure communi, ait *Capiblancus pragm. 8. de Baron. part. 1. nu. 390.* et etiam ſtrictè interpretandam eſſe, & idcirco licitum eſſe parti accuſatæ, ſive denunciatæ contrarium probare, quod etiam tenuit *Rovitus in dicta Pragm. 1. num. 30.*, ubi ait hoc generaliter procedere in omnibus caſibus, in quibus Statuto cavetur, ut ſtetur juramento alicujus, ut latè proſequitur *Tiraquellus in retract. cauſan. §. 4. gl. 1. per totam.*

Prout etiam addit citatus Capiblancus, pragmaticam prædictam intelligendam eſſe, ſi agitur de damno modico, ſecus vero ſi agitur de damno conſi-
6 derabilis quantitatis, nam tunc ait quod nec dicta probatio ſufficeret. Prout etiam diſpoſitioni dictæ Pragmaticæ locus non eſſet, ſi teſtis, qui adduceretur eſſet ſuſpectus, vel alias repulſabilis, ut rectè diſtinguit, & declarat *Plotus in §. 47.*, & *49. num. 1. de in litem jurando*, quem ſequitur *Riccius tom. 2. ſuæ praxis execut. tit. de praxi cauſſ. damni dati cap. 8. num. 2.*

Nec obſtat quod Pragmatica prædicta circa damni quantitatem non diſtinquit,

ſed

Digitized by Google

ſed loquitur generaliter, & ſimpliciter, nam adhuc hoc non obſtante cum dicta declaratione, & diſtinctione eſt interpretanda, ut ait citatus *Riccius*, quia alias Statuta prædicta eſſent ſine ratione, & contra jus divinum, ex quo inducerent ad delinquendum, & idcirco dixerunt Doctores ſimilia
7 Statuta circa probationis reſtrictionem ſubſtineri tantum poſſe in cauſſis modicis, ex eo quia in cauſis modicæ quantitatis non eſt veriſimile velle aliquem falſum jurare, ut diſcurrunt *Felinus in cap. ſicut conſuetudo num. 8. de probat.*, & Abbas *in cap. bona de poſtulando*, *& vide quæ dicemus in c. 45.*
Sed quid ſi Bajuli damnificantes, ſive animalia damnificantia in fraganti in-
8 terciperent an eis eſſet credendum? Citatus *Capiblan. in dicta pragm. nu. 386.* ait, eos fidem facere, ſi animalia in manu habeant, & juramentum præſtiterint; ſecus vero ſi animalia non interceperint, tunc enim ait alium teſtem neceſſarium eſſe, qui ſimul de eorum damno deponat, quibus deficientibus, in nihilo eis credi debere; eo magis quia Bajuli inter viliſſimas perſonas computantur, ſuper quibus vide *Novarium l. 1. grav. 57.*, ubi citat *Annam ſing. 122.*. Quibus non obſtat *Textus in l. 1. Cod. de Decur. l. 10.*; Ubi habetur Nunciis de eorum officio deponentibus eſſe credendum; nam reſpondet Capiblanc., ita hoc procedere poſſe, ſi conductores, & principales non eſſent, ſecus vero ſi de eorum intereſſe ageretur, & ita refert judicatum per Sacrum Conſilium inter univerſitatem Piſticii, & ejus Baronem, penes Actuarium de Felice.

AD CAPUT X.

De Portantibus Fructus

OBSERVATIO.

1 *Exorbitantia diſpoſitionis hujus capituli.*
2 *Quomodo diſpoſitio hujus capituli poſſit ſubſtineri.*

Exorbitans, & aliena nimis a Civili, rectaque ratione procedendi cuilibet videri poterit diſpoſitio præſentis Capituli, in quo facultas datur
1 cuilibet inveſtigandi, & inquirendi, an adducentes fructus, ex propriis territoriis eos collegerint, & an habeant territoria cum dictis fructibus; & caſu, quo hæc non oſtenderint, ad pœnæ licet exiguæ ſolutionem teneri: Nam in contrarium ſtat manifeſta juris præſumptio, qua habetur, in dubio dolum, ſive delictum non eſſe præſumendum, *ut in leg. merito ff. pro Socio leg. quoties §. 1. ff. de probation.*, ibi: *Qui dolo dicit factum aliquid, licet in exceptione, docere dolum admiſſum debet*; quibus conſentit *Gloſſa in cap. Sedes verſ. dolus de reſcript.*, quam præſumptionem tanquam juris regulam deducit *Menochius de præſumpt. l. 5. præſum. 3. Mantica de conject. l. 2. tit. 7. & Maſcardus de Probat. concl. 531. num. 1., & 9.*; Unde meritò contraria conſuetudine diſpoſitio dicti Capituli fuit abrogata: Ne autem, majores
2 noſtros in dicti Capituli promulgatione a juris principiis aberraſſe dicatur, dicendum eſt hujus Capituli diſpoſitioni occaſionem dediſſe hominum, & maxime puerorum hujus Civitatis nimis excretam inſolentiam in ſubfurandis fructibus alienorum prædiorum, ex quo neceſſe fuit ad talia furta præcavenda, a juris regulis deviare, quod populorum regimini maxime

con-

Digitized by Google

conducit; Unde Tacitus in Annalibus: *Omne magnum exemplum habet aliquid ex iniquo, quod publica utilitate compenſatur.*

DA CAPUT XI.

De Rixis, ſive Levibus Percuſſionibus, & Occupatione Viæ, Sive Confinium Prædiorum.

O B S E R V A T I O.

1 *Quid Statutum fuerit de jure 12 Tabularum in delicto levium percuſſionum*
2 *Inſtituto Pretorum quomodo ſimiles injuriæ vindicentur*
3 *Ex lege Cornelia pro injuriis realibus, ſive levibus percuſsionibus licet etiam criminaliter agi.*
4 *Diſpoſitio dictæ legis 12 Tabularum circa injurias reales leves non eſt adeo contemptibilis, ut defendi non poſsit.*
5 *In caſu ſimplicis percuſsionis, ex qua ſanguis non effluit, pœna eſt pecuniaria de generali Regni conſuetudine.*
6 *De jure municipali huius Civitatis in cauſſa iniuriarum realium abſque ſanguinis effuſione pœna eſt unius Auguſtalis.*
7 *Si vero ex percuſsione cauſſatus fuerit tumor, ſive carnis ſciſſura, tunc gravior erit pœna.*
8 *Prout etiam gravabitur, ſi ex percuſsione membrum aliquod fuerit mutilatum, vel cicatrix apparens remanſerit.*
9 *Eadem pœna contra denunciatore, ſive querelantem locum habebit, ſi is iniuriam non probaverit.*
10 *Secus vero ſi denunciator, ſive accuſator juſtam habuerit querelandi cauſſam.*

AGitur in hoc Capitulo de pluribus, quæ ex eo quod inter ſe nullam habent dependentiam, ſingula ſpecialiter, & diſtinctim explicare oportet; Unde primo videbimus de Rixis, ſive levibus percuſſionibus, quæ manibus, ſive baculo, vel alio quocumque modo abſque ſanguinis effuſione inferuntur.

De jure 12 Tabularum leves ipſæ percuſſiones nimis miti pœna coercebantur: Statuta enim erat contra percutientem, ſi ex ea percuſſione neque
1 membrum ruptum, ſive mutilum, neque os fractum remanſiſſet, pœna pecuniaria æris xxv., ut habetur inter dictas leges, his verbis: *Si injuriam alteri faxit, xxv. æris pœnæ ſunto*; Unde merito a nonnullis uti nimis mollis, & remiſſa fuit improbata, ex quo nemo unquam, licet inops tam modica coercitione ab injuria alteri inferenda deterrori poſſet: Et Q. Labeo in libris, quos ad XII. Tabulas conſcripſit eam ſpecialiter improbavit, ubi ait, legem prædictam ſæpè peſſimi exempli, ſive ſcandali occaſionem præbuiſſe, ut in facto L. Neratii hominis inſigniter improbi, quem refert pro oblectamento habuiſſe os hominis liberi manus ſuæ palma verberare, pro quo effectu ſecum ſervulum habuiſſe crumenam aſſium plenam portantem, ut ei, quem percuſſerat, ſtatim pœna aſſium xxv. numeraretur, juxta dictæ legis præſcriptum, ut diſcurrit Phavorinus Philoſophus penes Gellium Noctium Acttirarum 20. *cap* 1.

Hinc optima ratione contraria conſuetudine, & Pretorum edictis fuit revo-

Digitized by Google

cata, permiſſumque fuit ei, qui injuriam paſſus eſſet eam æſtimare, ut Ju-
2 dex vel tanti reum condemnaret, quanti injuriam paſſus æſtimaſſet, vel minoris, prout ei viſum eſſet, ut ait *Juſtinian. in §. 7. de injur.*, *& Gellius loc cit.*. Sed quia Prætoris edicto actio tantum Civilis pro damni æſtima-
3 tione inſtituta erat, poſtmodum lege Cornelia cautum fuit, ut pro injuriis liceret etiam criminaliter agi, *ut in l. 5. ff. de injur.*, & notat *Vinnius in §. ſed, & lex Cornelia inſtit. eodem.*

Non diſſimulo tamen præfatam legem 12 Tabularum a nonnullis non adeo contemptibilem æſtimari, tum quia ea tantum in levibus percuſſionibus lo-
4 cum habebat, in quibus ſcilicet neque membri mutilatio, neque oſſium fractio interveniebat; tum etiam quia ſub notata aſſium quantitate grave pondus æris ſignificabatur, ex quo tunc temporis apud Populum Romanum librarii aſſes in uſu erant, ut legem prædictam defendens ediſſerit Sext. Cæcilius Juriſconſultus penes eundem Gellium *loc. cit.*, & notat Azorius *Inſtit. moral. leg. 6. cap. 68.*, ubi leges Regias Romanorum, & Decemvirales enumerat.

In noſtro Regno in cauſa ſimplicis percuſſionis, ex qua ſanguis non effluit, nec arma ſunt adhibita, pœna eſt mitis, & pecuniaria, attenta locorum, & Curiarum conſuetudine, niſi tamen qualitas perſonæ percuſſæ, vel loci, & temporis circumſtantiæ aliud ſuadeant, nam tunc circumſtantiis gravantibus
5 perpenſis, pœna eſſet imponenda juxta Judicis arbitrium, ut docet *Diaz in praxi crim.* verbo, *violentiæ illatores c. 95*, quem ſequuntur *Vivi. dec. 391. n. 8. & 10. & de Angelis de delict. & pœn. cap. de percuſſ. ſive vi publ. & privata n. 7.* Notum namq; eſt injuriam aliquibus circumſtantiis concurrentibus, gravari poſſe, ut diſcurrit Juriſconſultus *in l. Prætor dixit §. atrocem ff. de injur. l. Apud* Labeonem *§. hæc autem ff. eodem, & Juſtinianus in §. 9. Inſtit. de injuriis.*

Unde & juris diſpoſitioni, & uniformi hujus Regni conſuetudini videtur ſe conformaſſe noſtrum Capitulum, in quo percutienti cum manibus, ſive
6 cum baculo, abſque ſanguinis effuſione, pœna unius auguſtalis imponitur, niſi tamen injuriæ gravitas, habita ratione loci, temporis, & perſonæ aliud ſuadeant, quia tunc judicis arbitrio pœna imponenda erit, ibi: *Sea prout providentia judicum videbitur.*

Si vero ex percuſſione cauſatus fuerit tumor, ſive exigua carnis ſciſſura, ex qua tamen cicatrix apparens non remaneat, non eſt locus diſpoſitioni hu-
7 jus Capituli, ſed gravabitur pœna Judicis arbitrio, condemnabiturque percutiens ad majorem pœnam pecuniariam, ſive ad temporaneam relegationem, ut *cit. de Angelis loc. cit. n. 15. & in tract. de Offic. Baron. cap. 202, vol. 1.* vel procedetur ad compoſitionem delicti, parte concordata.

Sed ſi ex vulnere membrum fuerit mutilatum, vel in loco vulneris cicatrix apparens remaneat, circumſcripta pœna impoſita per Conſtitutionem Re-
8 *Si aliquem de percuſſ. illic. cum armis*, quæ erat pœna obtruncationis manus, de qua *de Franch. dec. 324*, ubi de Luca; ex quo Reipublicæ non expedit homines inutiles remanere, in caſu prædicto locum habebit pœna Relegati-

onis,

onis,ſive alia major Judicis arbitrio,circumſtantiis delicti perpenſis; ſive etiam dicta pœna corporalis impoſita vigore dictæ Conſtitutionis commutabitur in pecuniariam,vigore diſpoſitionis Capituli Regis Roberti, quod incipit,*Ad Perverſorum*:Super quo vide *Muſcatell.in cap.de vulner. lætbal. vel non,ubi de privil.& pœn.d.Crim.n.12.13,& ſeq.*quo in loco ait,commutationem prædictam a Judice per viam condemnationis,vigore facultatis in dicto *Cap.*impartitæ fieri poſſe, etiam parte non concordata, cum quo conſentit *Capibl.prag.6.de Baron.n.96.*Quod tamen non procederet,ſi procederetur per viam compoſitionis,quia tunc omnino partis remiſſio, ſive concordia neceſſaria eſſet,*ut in l.fin.ff.ad Senat.Conſ.Turpill.,& prag.2. de compoſit.cum concord.*& facit quod in ſimili ſcripſit *Caravit.ſup.Rit.269.n.3*,ubi ex mente *Lucæ de Penna in l.1. Cod. de deſert. L. 12.* facit differentiam inter compoſitionem,& pœnæ commutationem.

Quod autem ſubditur in Capitulo, quod ſi accuſator delatam injuriam non probaverit,cogi debeat ad eandem pœnam, ad quam teneri debuiſſet de-
9 nunciatus,optima etiam juris ratione fulcitur,nam qui falſam dictavit accuſationem, ſive objectum crimen in judicio non probaverit, tanquam Calumniator puniri debet,ut in *l.1.ff.ad Turpill.* Pœna autem calumniatoris juxta legem Moyſis erat pœna talionis, ſcilicet eadem pœna, qua puniri debuerat accuſatus, ſi crimen contra eum in judicio probatum fuiſſet, ut habetur *Danielis 13.n.62.,& Deutheron.19*,ibi: *Si ſteterit teſtis mendax contra hominem accuſans eum prævaricationis,ſtabunt ambo,quorum cauſa eſt, ante Dominum in conſpectu Sacerdotum,& Judicum, qui fuerint in diebus illis; cumque diligentiſſime perſcrutantes invenerint dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium,reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitavit, & auferetur malum de medio tui,ut audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere.*

Quod tamen attenta mente dicti Capituli expreſſa in ultimis verbis præſentis §. non procedit,ſi denuncians, ſive accuſator tempore accuſationis u-
10 ſtam habuerit accuſandi cauſam;tunc enim excuſabitur a præfata pœna, ſuper quo concordat *cum l.1.ff.ad Turpill.*ibi:*Sed non utique qui non probat quod intendit,protinus calumniare videtur, cum ejus rei inquiſitio arbitrio cognoſcentis committitur,qui reo abſoluto,incipit de accuſatoris conſilio quærere, qua mente ductus ad accuſationem proceſſerit;& ſiquidem ejus juſtum errorem repererit, abſolvit eum: ſi vero in evidenti calumnia eum deprehenderit,legitimam pœnam ei irrogat.* Et faciunt dicta *per de Angelis de delictis cap.de calumnia.*

AD §. I.

De Occupatione Viæ publicæ, ſive Vicinalis.

1 *Vigore præſentis Capituli imponitur pœna unius Auguſtalis contra occupantes,vel coartantes vias publicas.*
2 *Sub nomine viæ publicæ quid veniat?*
3 *In via publica nihil omnino licet innovare.*
4 *Nec ſcalas, nec gradus licet facere in via publica prope januas domorum*

5 *Nec in ea licitum eſt facere pontem, foveam, vel cloacam.*
6 *Et ſi innovatio in publico facta fuerit a Clerico, poteſt ea tolli per Portulanum*
7 *Nec calcem, arenam, lapides, & ſimilia licet in via publica apponere.*
8 *Quæ ſit latitudo viæ publicæ, tam de jure, quam de conſuetudine.*
9 *Quæ requirantur, ut via dici poſſit publica.*
10 *In cauſis occupationum viarum competit juriſdictio Portulanis privative quoad alios officiales.*
11 *Portulanis competit jus revocandi innovata in loco publico, ſi innovatio facta fuerit infra decennium, & non ultra.*
12 *Viæ vicinales cum licentia, & conſenſu eorum, qui per eas habent jus tranſeundi poſſunt coartari, vel claudi.*
13 *Per viam publicam licitum eſt derivare aquam in proprium fundum, cum irrigandi cauſa, dummodo ex hoc damnum alteri non inferatur.*
14 *Quo tempore debeant recidi vepres, & ſpinæ ſiſtentes in ſepibus juxta viam publicam.*
15 *Ad viarum refectionem quis teneatur? Diſtinctive*

IN libris digeſtorum habemus titulum *Ne quid in loco publico, vel itinere fiat*: Nec non alium titulum *De via publica, & itinere publico reficiendo*, in quibus prohibetur in viis publicis aliquid immitti, & immiſſum jubetur
1 tolli; In præſenti autem §. imponitur pœna unius Auguſtalis ei, qui occupaverit vias publicas, vel eas quovis modo coartaverit, ſimulque injungitur, ut eas in priſtinum reducat. Cujus diſpoſitio proprie congruit cum *text. l. Ædiles cum ſeq. cit. tit. digeſt de via publica*; & conſonat *leg. 2. §. viarum ff. ne quid in loco publ.* ibi: *Qui viam publicam exaraverit, ad ejus munitionem ſolus compellitur.*

Sub nomine autē viæ publicæ intelligendum eſt comprehendi omnia alia loca, quæ publici juris ſunt, & ad communem populi uſum deſtinata, ut ſunt
2 Plateæ, Litora, Inſulæ, Areæ, & hujuſmodi, ut ait *Rovit. in rubr. pragm.* Ne quid in loco publico, *& in Pragm. 6. ejuſd. tit. n. 2, Ricc. collect. 4200.*

Non ſolum autem prohibitum eſt vias publicas occupare, exarare, vel aliquo modo coartare, ſed etiam non licet eas in alias mutare, & ſic nemini permiſſum eſt eas claudere, & earum locum occupare, maxime quando ex clau-
3 ſura antiquæ viæ, & ſubrogatione novæ, illius uſus redderetur deterior, ut ait Novarius *grav. 66. n. 2. & Ricc. cit. collect. 4200.* Imo *in l. 1. §. ſi quis ff. de via public.* prohibitum eſt ſub prætextu refectionis, nec altiorem, neque latiorem, neque humiliorem viam facere, neque in viam terrenam glaream iniicere, neque ſternere viam lapide, quæ terrena ſit, vel è contra de ſtrata terrenam facere, ut ibi loquitur Juriſconſultus.

Inde eſt, quod ut viæ publicæ occupatio, vel coartatio evitetur, non licet facere ſcalas, ſive gradus in propriis parietibus, imo nec primus gradus
4 poni poteſt in publico ſi noceat, ſive nocere poſſit tam de præſenti, quam in futurum, ut ait *Cepoll. de ſervit. cap. de ſervit. viæ, n. 26.* & conducit *text. in l. 2. §. deinde ff. ne quid in loc. publ.* Quod tamen fallere videtur, ſi gradus eſſet ſub ſtillicidio ædificantis, quatenus protendit ſtillicidium, ut ait idem

Cepoll.

*Cepoll.cap.de ſcalis n.6.& 7.*argumento *l.fin.§.fin.ff.de ſervit.Urban.*; de quo ego dubito,nam revera locus publicus etiam ſub ſtillicidio remanet publicus,ut advertit idem *Cepoll.in cap.de oſtio,ſive porta , verſ. alia eſt quæſtio ſimilis*;unde ex ſenſu ejuſdem Authoris *in cit. cap. de ſcalis* circa hoc ſerſtanda eſt locorum conſuetudo, quæ in ſimilibus maximè prævalet , *ut in l. An in totum Cod.de ædific.privat.*,ubi Gloſſ.& DD.

Eadem ratione non licet de una domo in aliam facere pontem ſuper via publica,ut in *dict.l.2.§.tractatum ne quid in loco publ.*, nec licet foveam facere
5 in ſuo,ut aqua ibi collecta in viam decurrat,& in ea reſtagnet : Nec ſimiliter licitum eſt ex ſuo cloacam in viam publicam immittere , ut ex Labeonis ſententia ait *Ulpianus in dict.l.2.§.ſi quis cloacam, & §.idem Labeo* : Et generaliter aliquid immutare,vel attentare, vel innovare omnino prohibitum videtur etiam in proprio, ſi nocumentum afferat viæ , vel alteri loco publico,ut ſcribit *Rovit.in cit.Pragm.6.n.5.* Quod adeo verum eſt , quod ſi Clericus, vel alia Eccleſiaſtica perſona aliquid in publico innovaverit , facultas erit Portulano abſq; ordine proceſſus locum in integrum reſtituere,
6 tam reponendo quod ſublatum eſt,quam tollendo quod innovatum eſt,ut diſcurrit idem *Rovit.in pragm.6.n.11.*ubi citat *Bovad.l.2.politic.cap.18.n.250 & 306.*

Quid autem dicendum erit de calce, arena,& lapidibus cauſa ædificandi? Licet aliqui teneant non licere,tamen durante neceſſitate fabricæ contrarium
7 tradit deciſum *Novar.l.2.grav.70.n.4. & 5*, & ideo ex eadem ratione licet apponere trabes,tabulas,& ſimilia,ut idem *Nov.loc.cit.*Et idem de faſciculis lignorum,qui ad finem vendendi detineri poſſunt ante domum,dummodo non impediatur uſus viæ publicæ; quod intelligendum eſt,ſi detinens in ejus domo alium locum congruum non habeat , nam tunc non liceret , ex traditis per cit.*Novar.*qui ita etiam refert deciſum.

Viæ latitudo etſi de lege 12.tabular.ſtatuta fuerit,ut in directum haberet octo pedes,in anfractum,ſive in inflexum pedes ſexdecim,ut in *l. viæ latitudo de*
8 *ſervit.ruſtic.*quæ pedis menſura juxta *Iſidorum* relatum *a Cepoll.de ſervitut. cap.de ſervit.viæ n.5* menſura quinque digitorum conſtare debet;tamen hodie circa viæ latitudinem ſtatutis,ſive conſuetudini locorum ſtandum eſt , ut pluribus fundat idem *Cepoll.l.cit.n.6*:Indubiè autem ejus latitudinis eſſe debet,qua vehiculum ire poſſit,nam aliter iter eſſet,& non via,*ut in l.via 23.ff.eod.tit.*,& notat *idem Cepoll.loc.cit.n.4.*

Ad effectum autem ut via publica dici poſſit,non ſufficit, quod per eam per
9 longum, ſive longiſſimum temporis ſpatium iter habitum fuerit , ſed tria neceſſariò requiruntur , nempè quod per eam publicè iter fiat , quod ſolum publicum ſit,& quod illa ducat ad Civitatem , villam, vel flumen, vel alium publicum locum,ut multis relatis fundat *cit Novar.de Grav. Vaſſall l.1.cap.66.n.11.*

Nota quod in cauſis occupationum,& coartationum viarum non poſſunt procedere officiales ordinarii,ideſt Gubernatores locales,ſed tantum Portula-
10 ni,ut tradit *De Angel.de offic.Baron.cap.258.vol.1.*Nec iidem Barones,eo-

rũq;

rūq; officiales poſſunt eſſe impedimento Portulanis ne eorum officium exerceant, ſive non procedant ad exactionem pœnarum, ut habetur ex Inſtructionibus Reg. Cam. §. 12. Portulani autem, quorum proprium eſt officium iſta curare, eorum juriſdictionem exercere poſſunt tam in locis urbanis, quam in ruſticis, ut tradit *Capibl. pragm. 3. p. 1. n. 295; & Rovit. dict. pragm. 6. num.* 10.

Inſuper nota quod pro ædificiis factis in via, vel alio loco publico intra decennium tantum procedere poſſunt Portulani, & ad eorum demolitio nem
11 devenire; tranſacto autem decennio non amplius datur facultas inquietandi eos, qui ædificarunt; quod procedit tam ſi ex officio, quam ſi ad partis inſtantiam procederetur, ut habetur *in cit. inſtructionib. Reg. Cam. §. 16.*

Pro eo autem, qud attinet ad vias vicinales, quia earum uſus non eſt publicus, ſed concernit tantum commodum privatorum, ex quo ex collatione vici-
12 norum prædiorum factæ ſunt, ut dicit Juriſc. *in dict. l. 2. §. viarum*; idcirco ſtatuitur in præſenti cap., licere cum licentia eorum, qui per eas habent jus tranſeundi, eaſdem coartare, & occupare, dummodo alteri in eis etiam jus habenti præjudicium non inferatur. Ceſſante antem conſenſu vicinorum in eis jus habentium, diſponitur in præſenti Cap. quod eas coartans, vel occupans eandem Auguſtalis pœnam incurrat.

Vigore huius Capituli licitum eſt cuilibet per viam publicam immittere aquam in proprium fundum, ſive hortum, ad finem eos irrigandi, dummodo
13 tamen ex hoc damnum alteri non inferatur; quod videtur etiam permitti de iure communi per *text. in l. 1. §. illud, & l. hoc jure ff. de aqua quotid. & æſtiv.* & facit alius *text. in l. 1. §. iidem aiunt, ff. de aqua pluv. arcend.*, ibi: *Aquam in ſuo retinere, vel ſuperfluentem in ſuum derivare, dum opus in alieno non fiat, omnibus jus eſſe (prodeſſe enim ſibi unuſquiſque, dum aliis non noceat, non prohibetur) nec quemquam hoc nomine teneri.*

Subiicitur in noſtro Capitulo teneri quemlibet poſſidentem prædia ſecus viam publicam quolibet anno a die 1. Septembris uſque, & per totum menſem Octobris recidere vepres, & ſpinas, ſive aliud hujus generis, quod è confinio terræ in viam proceſſerit, & eſſet incommodo tranſeuntibus: Super
14 quo videtur præſens Capitulum non eſſe in uſu, ex quo ſervantur Inſtructiones Reg. Cam. in quibus jubetur bis in anno teneri vicinos eorum ſepes, & limites territorium ſecus viam publicam mundare, ſcilicet in menſe Maii, & Septembris, ne vepres, & ſpinæ ex eis in viam procedentes tranſeuntium iter impediant; unde dictarum Inſtructionum vigore ſuper hoc bis in anno emanantur banna de ordine Magnifici Portulani.

Pro coronide autem hujus §. utile erit indagare, & ad viarum refectionem quis teneatur; In quo articulo *Bartholomæus Cepoll. de ſervit. cap. de ſervit.*
15 *viæ n. 47.* diſtinguit, quod aut agitur de via publica, aut vero de via privata; Si enim de ſecunda agitur, quomodocumque ea conſideretur, ſive uti jus eundi, quod idem eſt, ac ſervitus viæ, & tunc refectio ad eum ſpectat, cui ſervitus debetur, *ut in l. Refectionis ff. commu. prædior. l. loci corpus §. ſi quis ff. ſi ſervitus vindicetur*; ſive etiam conſideretur uti via vicinalis, nempe facta

ex

ex collatione prædiorum,& idem erit dicendum,*ut in l.2. §.viar. ff.ne quid in loco publ.*Si vero agitur de via publica,& etiam diſtinguendum eſt, quod aut agitur de viis exiſtentibus intra Civitatem, & tunc quilibet eas tenetur munire juxta domum ſuam,ut in *l.Ædiles ff.de via,&itiner.publ. reficiend.*ibi.*Conſtruat autem vias publicas unuſquiſq; ſecundum propriam domum*, a quo onere ait *Cepolla*, neminem excuſari , etſi ſit perſona eccleſiaſtica ; Aut vero agitur de viis exiſtentibus extra Civitatem,& tunc refectio fieri debeat expenſis communibus per æs,& libram, *ut in l.per Bithyniam Cod.de immunit.nemini conced.l.10.*,niſi tamen Dominus Civitatis, vel alius ſuperior reciperet vectigalia a tranſeuntibus,nam tunc ejus ſumptibus refectio facienda eſſet, ut ſubdit idem Author *n.50*:Ex quibus eum multis ab hinc annis gravis orta fuiſſet contentio inter Univerſitatem hujus Civitatis,& Cameram Marchionalem,quæ ſcilicet ex eis ad viarum principalium refectionem teneretur, quæ ad principaliores Civitates , Regioneſque perducunt:Cum pro ſe allegaret Univerſitas ad earum refectionem teneri Cameram Marchionalem in vim pedagii, ſive vectigalis, quod exigit a tranſeuntibus,& inſuper vigore juris Portulaniæ,in cujus poſſeſſione etiam reperitur.E contra autem allegaret Camera Marchionalis ſe a præfato onere immunem eſſe,ex quo ex tempore antiquiſſimo,cujus initii memoria non exiſtit , ſemper onus reficiendi præfatas vias Univerſitatis fuerit ; cujus controverſiæ occaſione viæ præfatæ magna ex parte diruptæ,& idcirco inviæ,& a viatoribus derelictæ, ac penè deſertæ redditæ erant; ne pro hujus dubii reſolutione, novus litibus,impendiiſque daretur locus,& ut tanto occurreretur incommodo tam Civium,quam exterorum per dictas vias tranſeuntium,controverſiam prædictam pari æquitate , & prudentia menſibus propè elapſis tranſactione diremit,ac publico inſtrumento firmavit Illuſt. & Rev.Dominus D.DominicusAntonius Paſquinucci Excellentiſs.Domini Marchionis in hac Civitate,ejuſque ſtatu Locumtenens,& Vicarius Generalis,qui uſque modo viam Capuam verſus , Neapolimque perducentem ſtravit,exæquavit,ac in ampliorem formam redegit ære communi Univerſitatis,& Cameræ Marchionalis; & pro convetorum executione ſic etiam rediget alias,vir verè pius,& prudens,ac morum probitate conſpicuus,quiq; ad publicam utilitatem , ſecuritatemque juſtitiæ decus inter noſtros pene collapſum mirabiliter reſtituit.

A D. §. I I.

De Occupatione Confinium Prædiorum.

1 *Quæ pœna tam de Jure divino,quam de jure poſitivo ſtatuta ſit contra amotores terminorum.*

2 *De jure Municipali hujus Civitatis contra confinium occupatores pœna erat unius Auguſtalis.*

3 *Pro non levi delicto cur tam modica coercitio?*

4 *Apud Majores noſtros,& apud alios longe antiquiores magna erat nummorum penuria.*

5 *Præfatum Capitulum quoad dictæ exiguæ pœnæ impoſitionem receſſit ab uſu*

Ea-

6 *Eadem ratione diverſæ aliæ leges locales exoleverunt.*
7 *Quæ pœna hodie ſervetur contra occupatores confin um, ſive terminorum e-motores*
8 *Quæ veniant ſub nomine, & ſignificatione terminorum?*
9 *Pœna contra motores terminorum locum non habet, ſi caſu termini moti ſint.*

DEuteronomii 19. *n.* 4. injungitur Hebræis per hæc verba: *Non aſſumes, & trasferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in poſſeſſione tua,*
1 *quam Dominus Deus tuus dabit tibi.* Et lege Agraria, quam tulit Cajus Cæſar adverſus eos, qui terminos ſtatutos extra ſuum agrum, fineſque moviſſent, ſtatuta fuit pœna quinquaginta aureorum publicis uſibus applicanda, ut ait *Calliſtratus in l.3.ff.de termino amoto*: Et de jure canonico habemus *text.in cap.tanta 3.diſtin.86.& in cap.legibus 2.q.2.* In noſtro autem Capitulo imponitur pœna unius Auguſtalis contra occupantes fines vicinorum
2 prædiorum, & denuo occupanti duplicatur pœna. Cur autem pro non levi delicto tam modica coercitio? Exiſtimo hoc factum, ex quo tunc temporis in hoc Regno, ratione bellorum ferè aſſiduorum magna erat nummorum penuria, adeo quod non merces tantum, ſed Feuda de melioribus pro exiguo
3 pretio venderentur, ut de temporibus Andegavenſium, Ladislai, & etiam Aragonenſium, notat Summonte in ejus hiſtoria, & paſſim obſervatur in Quinternionibus Reg.Cameræ. Quod etiam ſuadetur ex diſpoſitione Friderici II. *in cap. Ad hoc de furtis*, in quo pro ſimplici furto ducatorum ſex
4 ſtatuta fuit pœna ultimi ſupplicii, & ex Pragm. Ferdinandi I. lata in anno 1452 ſub titulo *de ſalario eorum*, quæ licet ad Subditorum levamen lata fuiſſet, taxatum tamen fuit ſalarium tabellariis in denariis quatuor pro quolibet milliari, ſi tabellarius abſq; jumento iter feciſſet, ſi vero cum jumento onuſto in denariis ſex; ſi vero cum curru in aſſibus quinque: Quæ Regia Sanctio quia temporis decurſu redacta fuerat ad iniquitatem, quia merces non adeo exiguo pretio vendebantur, & major erat pecuniæ copia, opus fuit ſalarium prædictum pro medietate augere, ut habetur in pragm.2. eo-
5 dem titulo, & notat *Praſ.de Franch.dec.*152., unde dicendum eſt, præfatum Capitulum noſtrum, quoad dictæ pœnæ impoſitionem in hac Civitate amplius non eſſe in uſu, ſicut de mulctis, quæ ex antiquis Urbium Belgiæ Conſtitutionibus adverſus percutientes, & vulnerantes dirigebantur, ex eadem ratione, dicere uon dubitavit *Tuldenus* relatus a *Vinnio in §.7.inſtitut de injur.in verbo, In magna veterum paupertate*. Quod & de temporibus longè
6 antiquoribus æquè dicendum eſt, nam apud majores noſtros ſicuti aliarum rerum facilis erat copia, ita nummorum, longè quam hodie, major erat penuria, ut colligitur ex *Halicarnaſſeo l.1.Gell.l.11 cap.1.& ex Plinio l.18.c.3.*

Ut autem ad id, unde digreſſi ſumus, revertamur, dicendum eſt, terminos diverſo animo, & effectu per aliquem tolli poſſe, ſive ut quis proprii agri fines extendat intra agrum vicini; ſive ut vicino noceat in controverſia de finibus cum alio vicino, ſive ut lapidem, ſive terminum furetur, ut diſtinguit *De Angel.de delict.& ſen.cap.de Amotione terminorum*. Pœna autem
7 qua terminorum amotores plecti debent eſt judici arbitraria juxta facti, &

perſo-

Digitized by Google

perſonarum conſiderationem,ut ſcribit *Menoch.de Arbitr. caſu* 293. *Novar.de Grav.Vaſſall.cap.69.tom.2.*& apertè habetur *ex textu in l.2.ff.de termino amoto*,ibi:*De pœna tamen eorum modus ex conditione perſonæ, & mente facientis magis ſtatui poteſt,nam ſi ſplendidiores perſonæ ſint, quæ convincuntur, non dubiè ſi occupandorum alienorum confinium cauſa id admiſerunt, poſſunt ad tempus,ut cujus patietur ætas, relegari, ideſt ſi junior in longius, ſi ſenior in receſſus;ſi vero alteri negotium geſſerint, & miniſterio functi ſint,caſtigari,& ad opus publicum biennio dari.* Vide *Clarum §.fin.q.83.n.*10. Quandoq; autem etiam ad mortis pœnam extendi poſſe , puta ſi de maximo agatur præjudicio,ait *Boſſius in tract.de crim in.cap.de termino amoto*.

Sub nomine autem terminorum quævis ſigna agros dividentia intelligi poſſunt,ſive ſint lapides,ſive Arbores,ſive Pali, vel ſimilia , ut ait *Uulpinus in*

8 *Succ.tit.de furtis q.*169.prout etiam eiſdem pœnis ſubjacebit , qui finium obſcurandorum cauſa faciem loci mutaverit,vel vineam extirpaverit, vel ex ſylva cædua novale, vel aliud eiuſmodi fecerit,ut loquitur *text.in l.3. §. alia ff.cit tit.*

Quod autem diximus de pœna aliorum fines, ſive terminos occupantium, locum non habebit,ſi caſu termini moti fuerint , puta arando, fodiendo, &c.

9 nam quæ caſu eveniunt delicta non ſunt dicenda,ut ſcripſit *cit.Uulpinus n.*16.*& ſeq.*,ex quo peccatum,ſive delictum abſque peccandi,ſive delinquendi intentione non committitur,ut dicebat *Divus Thomas* 2.2.*q.*64.*artic.*8.

AD CAPUT XII.

Infra quod tempus Querela damni illati proponi poſſit.

OBSERVATIO.

1 *Sicuti favores , & privilegia ſunt latè interpretanda , ita e contra pœnæ , & odia ſunt reſtringenda.*

2 *Vigore hujus Capituli intra quindecim dies damnificatus debet damnum denunciare.*

3 *Præfati dies quindecim currunt a die notitiæ damni paſsi , & ſi poſt dies quindecim quis denunciaverit , tenetur jurare prius damni notitiam non habuiſſe .*

4 *Elapſis dictis diebus quindecim vigore præſentis Capituli non erit locus pœnæ, erit tamen locus damni emendationi .*

Sicuti in jure noſtro favores , & privilegia benigna ſunt interpretatione coadjuvanda ; ita e contra coartanda eſſe odia , & pœnas eſſe reſtringen-

1 das, ut plurimum cautum reperitur. Hinc *in l.mariti §.præterea ff. ad l.Jul. de Adult.* cautum fuit , elapſo quinquennio amplius querelam de Adulterio,ſive ſtupro proponi non poſſe: *In l.Sed etsi §.ſi autem ff.de Injuriis*,annus ſtatuitur ad propon endam querimoniam injuriarum ; & generaliter in pœnarum odium , & excluſionem, in Codice Juſtinianeo reperitur integer titulus , *ut infra certum tempus criminalis actio terminetur*: Eadem ratione in præſenti Capitulo,& ultra eam, quia in eo agitur de cauſſis minimis, ſcilicet damni dati , ſtatutum fuit, ut damnum paſſus infra quindecim dies

2 teneatur damnum ſive Curiæ , ſive Bajulo denunciare , & quod ſi infra di-

Digitized by Google

ctum tempus non denunciaverit, contra damnificantem non poſſit procedi ad pœnæ exactionem: Cum hac tamen declaratione, quod dicti dies quindecim a die notitiæ damni illati currere cenſeantur, adeoquod ſi poſt præfatum dierum curriculum quis denunciaverit, ſtatuitur admittendum non eſſe ad denunciationem, niſi præſtito juramento, ſe prius de damno notitiam non habuiſſe. Nota tamen, quod hoc locum habet tantum reſpectu pœnæ, non vero reſpectu emendationis damni; nam pro eo quod attinet ad damni ſatisfactionem, ex quo damnum paſſo competit adverſus damnifi-
4 cantem actio in factum, quæ eſt perſonalis, ea quidem perpetua eſt, ſcilicet triginta annorum curriculo circumſcripta, ut generaliter de omnibus actionibus Civilibus tam rei perſecutoriis, quam perſonalibus ſtatutum reperitur *in l. 3. ff. de præſc. 30. vel 40. ann.*, & notant Interpretes *in tit. Inſtit. de perpet. & temp. action.*

AD CAPUT XIII.

De Ludis, & Luſoribus.

OBSERVATIO.

1 *Probibetur hoc Capitulo ludus, ad Zardum, & probibetur receptatio ludentium ludo prædicto.*

2 *A tali probibitione excipiuntur tempus infirmitatis ludentis, dies Natalis Domini, & Paſchatis, & menſis Auguſtus, & cur tempora prædicta excipiantur?*

3 *Ludus ad Zardum ex hominum memoria exolevit.*

4 *Probibetur etiam hoc Capitulo receptatio ludentium taxillis, & lupinis.*

5 *Receptatores ludentium ſunt odio digni, & legibus exoſi.*

6. *Ex ludis quamplurima damna derivantur.*

7 *Probibetur etiam hoc Capitulo ludus caſei intra Civitatem.*

Diſpoſitio preſentis Capituli percutit luſores, & in eorum odium multa ſtatuuntur, & imponuntur pœnæ. Prohibetur primo ſub pœna unius
1 Auguſtalis ludus vocatus ad Zardum, nec non receptatio ludentium ludo prædicto; a qua prohibitione excipiuntur tempus infirmitatis, dies Natalis Domini, & Reſurrectionis, nec non totus menſis Auguſtus: Credo autem excipi tempus infirmitatis, quia eo tempore ad animi levamen fieri intelligitur; & dies Natalis, & Reſurrectionis Domini inter omnes anni
2 dies principem obtinent locum, & idcirco aliorum dierum legibus non ſubjecti. Cur autem a præfata prohibitione exceptus etiam legatur menſis, Auguſtus? exiſtimo non alia ratione, niſi quia apud veteres Auguſtus menſis, ſive Sextilis lætiſſimum anni tempus fuit exiſtimatum, tum quia in eo,
3 declinante æſtatis calore, homines ut plurimum ſolatiis, & deliciis vacare ſolent; tum etiam quia præfatus menſis apud veteres Romanos lætiſſimus ſemper habitus fuit, utpote in quo Octavius Cæſar primum conſulatum iniit, Ægyptus in Populi Romani ditionem fuit redacta, & in quo finis Civilibus bellis fuit impoſitus; unde placuit Senatui, ut qui antea Sextilis, deinde Auguſtus appellaretur, ex eo quod imperio feliciſſimus fuiſſet, *ut ex Macrob. l. 1. Saturnal. cap. 12.* Quis autem fuerit ludus ad Zardum,

3 de quo in præſenti Capitulo mentio habetur, non conſtat inter noſtros, ex quo ex hominum uſu, & memoria exolevit.

Prohibetur ſecundo receptatio ludentium taxillis, & lupinis, ex quo ſimiles ludi inter prohibitos computantur, *ut in pragm. 5. de Aleatoribus, & Reg. de*
4 *Marinis ad deciſ.* 496. Revert. Imo Taxilli nec fieri, nec vendi poſſunt in Civitate Neapolis, ejuſque ſuburbiis, *ut in pragm. 7. eodem tit.*, & per ſu-
5 burbia Neapolis prohibitum eſt ludere Taxillis ſub pœna trium ictuum fu-nis, *ut in pragm. 3. eod. tit.*

Recte autem in præſenti Capitulo imponitur pœna unius Auguſtalis contra ludentiū receptatores, ex quo iſti in jure noſtro odibiles, & legibus exoſi reputantur; Unde Prætoris edicto per hæc verba cautum fuit: *Si quis eum, apud quem alea luſum eſſe dictum fuerit, verberaverit, damnumque ei dederit, ſive quod eo tempore domo eius ſubtractum erit, iudicium non dabo*, ut refert *Ulpian. in l. 1. ff. de de Aleæ uſu, & aleator.*, & paulo infra: *Prætor ſuſceptorem verberatum quidem, & damnum paſſum ubicumque, & quantumcumque non vindicat, verum furtum factum domi, & eo tempore, quo alea ludebatur, licet, luſor non fuerit, quicquid eorum fecerit, impunè fit*: Cujus ratio eſt, quia ex ludis reipublicæ ſemper derivata fuere, & continuo derivantur damna
6 cum ex eis contumeliæ, inimicitiæ, rixæ, bonorum diſſipationes, & ſcandala ut plurimum originem habeant, quæ mala luculenter enumerat *Ovidus l. 1. de arte amandi*, *& Horat.*

Ludus enim genuit trepidum certamen, & iras
Ira truces inimicitias, & funebre bellum.

& de jure noſtri Regni contra luſorum Receptatores reperiuntur etiam ſtatutæ pœnæ Relegationis, & Triremium reſpectivè, *ut in pragm. 7., 10., & 11. de Aleator.*

Prohibetur etiam hoc capitulo ſub pœna tarenorum duorum ludus caſei intra Civitatem, qui fit viciſſim, ſive alternatim caſeum jacendo per plateam Ci-
7 vitatis; prout etiam ſub eadem pœna proſſibetur extra mænia, exceptis tamen viginti diebus, ante ingreſſum Quadrageſimæ, in quibus prohibitio prædicta non procedit. Nec non pilæ luſus cæteroqui licitus prohibetur intra ſedile hujus Civitatis ſub pœna Aſſium decem pro qualibet vice: ſervatur tamen, quod cum licentia Domini Gubernatoris liceat intra Civitatem ludere caſeum jaciendo, maximè tempore Bacchinalium, in quo multa permittuntur, quæ cæteroqui eſſent prohibita.

A D C A P U T XIV.

De Blaſphemantibus Deum.

O B S E R V A T I O

1 *Diſpoſitio huius capituli ſtante tenuitate pœnæ impoſitæ contra blaſphemos receſſit ab uſu.*

2 *De jure divino contra blaſpemos impoſita erat pœna mortis; & de jure canonico ſtatuta erat pœnitentia publica, quæ etiam receſſit ab uſu.*

3 *De jure civili contra blaſphemantes Deum ſtatuta etiam erat pœna ultimi ſupplicii, quæ ſervata tantum fuit in blaſphemia, quæ hæreſis præſumptionem inducit.*

4 *De jure Regni quæ pæna ſit prodita contra blaſphemos, & quæ ad præſens ſervetur.*

5 *In crimine blaſphemiæ Judex debet procedere ex officio, & ſi negligens fuerit, etiam puniri poterit.*

6 *In praxi gravius punitur blaſbemia in Deum, & B. Virginem, quam blaſphemia in Sanctos.*

7 *In blaſphemia hereticali judex competens eſt Judex Eccleſiaſticus privativè quoad alios judices.*

8 *Quid veniat nomine blaſbemiæ hæreticalis?*

9 *In Blaſphemia, quæ hæreſim non ſapit, de jure communi datur locus preventioni inter Judicem Eccleſiaſticum, & ſecularem.*

10 *Quod in Regno noſtro non ſervatur, ſed procedet tantum Judex laicus.*

EXpoſtulabat ordo, ut poſt titulum de Ludis, alius ſubnecteretur titulus de Blaſphemantibus Deum, & eo quia ex ludis maledictiones, & Blaſphemiæ ut plurimum ortum habent. Sed quia in præſenti capitulo ſolius Auguſtalis pœna imponitur circa Blaſphemantes Deum, & B. Virginem, neceſſe eſt dicere, quod vel tempore promulgationis dicti capituli rariſsimæ erant blaſphemiæ, ut tam miti pœna coerecerentur, vel quod ob nummorum extremam penuriam in magna erat æſtimatione pretium Auguſta-
1 lis, ut diximus *ſup. cap. 11. §. 2.* Utcumque ſit, diſpoſitio præſentis capituli multis ab hinc annis recepit ab aula, & contra blaſphemantes Deum, & B. Virginem, & Sanctos ſervantur pœna a legibus, & Regiis Pragmaticis ſtatutæ.

Quæ autem ſint de jure hujus deterrimi criminis pænæ, diſtinquenda ſunt jura. De jure enim Divino circa blaſphemantes nomen Dei impoſita fuit
2 pæna mortis, ut habetur *Levit. 22.*, & *24. num. 10.*, ubi Dominus ſic loquitur ad Moyſem: *Homo, qui maledixerit Deo ſuo portabit peccatum ſuum; & qui blaſphemaverit nomen Domini morte moriatur; lapidibus obruet eum omnis multitudo, ſive ille Civis, ſive Peregrinus fuerit.* Et conſonat *Deuteron. 13. v. 9.*, & *10.* Nec alia de cauſſa Divus Stephanus prothomartyr a Judæis lapidibus fuit occiſus, niſi quia exiſtimarunt eum maledixiſſe Deo, & Moyſi, cum dixiſſet, Chriſtum Dominum veteris teſtamenti traditiones immutaſſe, ut habetur Actorum 6. De jure vero canonico ex Gregoriana conſtitutione contenta *in cap. 2.* de maledicis, ſtatutum fuit, ut blaſphemans ageret pœnitentiam publicam, & ut ſingulis diebus Dominicis ſtaret ante fores Eccleſiæ tempore miſſarum exutus pallio, & calceamentis, & collo fune præcincto, quæ pœna una cum aliis pœnitentiis publicis abiit in deſuetudinem *cap. ult. eod. titulo.*

Sed de jure Civili contra blaſphemos renovata fuit pæna ultimi ſupplicii, ut habetur *in Novell. 77.* quæ pœna moribus ſervata fuit in blaſphemia contra
3 Deum prolata, quæ hæreſis præſumptionem inducit. Secus vero reſpectu blaſphemiæ in Sanctos, quo caſu practicata fuit pæna fuſtium, vel triremium, vel abſciſſionis labii, vel perforationis linguæ, ut tradit Boerius *deciſ. 303.*

Ac-

Acceſſit his noſtri Regni Conſtitutio, quæ incipit *Blaſphemantes*, in qua impoſita fuit pœna mutilationis linguæ, cui ſuperaddita fuit pœna confiſcationis tertiæ partis bonorum, ut ex pragmaticis Ferdinandi I., & Caroli V.
4 *in tit. de blaſphemantibus*. Sed vigore alterius pragmaticæ, quæ eſt 5. *in cit tit.* 1. cõtra blaſphemos ſtatuta fuit pœna triremiũ per quatrienniũ, quæ pœna temporibus noſtris practicatur in hoc Regno, ut notat de Angelis *de delictis, & pœn. cap. de blaſphemia n.* 11. Sed Regens Sanfelice *in deciſ.* 232. refert quendã inquiſitum de blaſphemia fuiſſe per M.C.V. delegatam punitum linguæ perforatione, nec non pœna remigationis per decennium, de qua deciſione meminit *de Luc. ad deciſ.* 504. *de Franch. num.* 4. Et quod de blaſphemia in Deum dictum eſt, idem ait dicendum citatus de Angelis de blaſphemia in B. Virginem. Tu autem in facti contingentia vide Riccium *in Collect.* 1366. ubi diverſorum Senatuum refert deciſiones, *& Conſ. Prato in Addit. ad Muſcatellum cap. de blaſphemia*.

Contra blaſphemos procedi debet ex officio abſque accuſatore, ut ſcribit Novarius, *grav.* 318. *l.* 1. *n.* 27. Quod adeo verum eſt, quod ſi Judex in crimine
6 blaſphemiæ negligens fuerit in procedendo, poterit officio privari, & aliis pœnis ſubiici, ut tradit Danza de Pugna Doctorum *tom.* 3. *tit. de blaſphemia cap.* 5. Muſcatellus *de cognitione delict. tit. de blaſphem. num.* 14., ubi allegat Pragmaticam Ferdinandi Primi, quæ incipit, *Maxima nobis ingratitudo in tit. de blaſph.*

Licet autem blaſphemia in Deum, B. Virginem, & in Sanctos non differant ſpecie, quia omnes violant reverentiam Deo debitam, niſi tamen contine-
6 ret hæreſim, vel formale odium in Deum, ut ait *P. Diana par.* 2. *de circumſt. reſol.* 5. *num.* 31., *& Fagundez leg.* 2. *præcept. Decal. cap.* 3. *n.* 1. *l.* 2. tamen in praxi gravius punitur blaſphemia in Deum, & in B. Virginem, quam in ſanctos, ut ait *Carolus Antonius de Luca in prax. crim. cap.* 11. *in fin.*, *Conciol. reſol.* 1., *verb. blaſphemia num.* 3.

Quis autem ſit Judex competens in hoc crimine, diſtinquendum eſt; nam ſi ſit blaſphemia hæreticalis, procedit proculdubio Judex Eccleſiaſticus, tanquam hæreticæ pravitalis inquiſitor, ut tradit *Sanfelic. cit. deciſ.* 232. *num.* 2. imo *Tullius Criſpolt. de caſibus militaribus part.* 1. *cap.* 4. *num.* 12. ait, hæreticalis blaſphemiæ cognitionem ad Inquiſitorem ſpectare privative quoad alios Judices Eccleſiaſticos, & Seculares, quem ſequitur *Laganarius ad Rovit. in tit. Pragmat. de blaſphemantibus*: Quod adeo verum eſt, quod dictus *Regens Sanfelic, loc. cit.* in caſu cujuſdam blaſphemi refert, quod etiam poſt condemnationem, & miſſionem ad triremes factam pro executione decreti M. C. Vic. tanquam delegatæ, quia per Judicem Eccleſiaſticum fuit prætenſum blaſphemiam fuiſſe hæreticalem, mandante Domino Prorege, fuit blaſphemus remiſſus ad Curiam Archiepiſcopalem, ad requiſitionem Eminentiſſimi Cardinalis Buoncompagno tunc Archiepiſcopi Neapolitani, cum conditione quod ſi non conſtaret de hæreſis ſuſpicione, ad Regias Triremes reſtitueretur.

Nomine autem blaſphemiæ hæreticalis venit dictum, vel factum, per quæ dero-

derogatur omnipotentiæ Divinæ, vel puritati Beatæ Virginis, & genera-
8 liter quando aliquod aſſeritur, quod adverſatur veritati fidei Catholicæ, ut
diſcurrit *P. Sanchez tom. 1. decal. l. 2. cap. 32. num. 11., & 36., & de Angelis
loc. cit. num. 3.*

In Blaſphemia autem, quæ hæreſim non ſapit, quia eſt de delictis mixti fori,
de jure communi poteſt procedere uterque Judex tam Eccleſiaſticus, quam
9 Secularis, & datur locus præventioni, ut ajunt Doctores *in cap. 2. de male-
dic. Felinus in cap. cum ſit generale n. 40. de foro competente, & Decian. in tract.
Crimin. l. 4. tit. mixti fori quæ ſint*, quibus adde *Carlev. de Judic. to. 1. tit. 1. diſp. 2.
q. 7. ſect. 1.* In Regno autem noſtro, quia privilegium Judicibus Eccleſiaſticis
indictum procedendi in Criminibus mixti fori contra laicos per contrariam
conſuetudinem abrogatum fuit, in caſu prædicto blaſphemiæ non hæreticalis
procedet ſolum Judex laicus, nec dabitur locus præventioni, ut diſcurrit *de
Marinis l. 1. reſol. 204. num. 8.*, ubi citat Alphonſum *Villagut. deciſ. 36. num. 4.*
ubi ſic habet: *Attamen animadvertendum erit ab Epiſcopis Civitatum Regni
10 Neapolitani, quod hujuſmodi privilegium Eccleſiaſticorum Prælatorum pro-
cedendi contra laicos in caſibus mixtis, ſive mixti fori, eſt omnino per contra-
rium uſum abrogatum, ita quod non erit deinceps locus præventioni in punien-
dis hujuſmodi criminibus.* Quod etiam luculenter docuit *Camill. de Curte de
feudis part. 2. cap. 2. num. 159., & 175., & Joannes Franciſcus de Ponte in
ſuis manuſcr. juriſdictionalibus tit. de ſortilegiis*, & idem de Marinis *tom. 2.
cap. 3. n. 3. de ſeq.* Et in propriis terminis Blaſphemiæ adeſt diſpoſitio Regiæ
Pragmaticæ, quæ eſt tertia in ordine *in tit. de juriſdict. invicem non turbanda.*

AD CAPUT XV.

De Munditie ſervanda in Fontibus, & Viis Publicis.

OBSERVATIO

1 *Aquæ ad hominum delicias, & neceſſitatem a natura ſunt comparatæ.*
2 *In præſenti capitulo prohibetur lavare ſordida in fontibus.*
3 *In eodem cap. prohibetur extractio aquarum a menſe Aprilis per totum men-
ſem Septembris a fonte ſiſtente prope Eccleſiam S. Mariæ Annunciatæ.*
4 *Prohibetur etiam paleas, & alia ſordida immittere in viis publicis.*
5 *Nec licet proicere paleas, prope mœnia Civitatis.*
6 *Mœnia Civitatis Sacra reputantur, nec ea licitum eſt violare.*
7 *Mœnia Calatiæ a Romanis renovata.*

AQuarum fontes ad hominum neceſſitatem, utilitatem, & deliciem a na-
tura eſſe comparatos, omnes experientia ſciunt; hinc quia in altis mon-
tibus difficile eſt aquarum ſcaturigines habere, eædem natura ipſa impel-
lente, a Solis, Terræque virtute electrica vi provocantur, & exoriuntur, ut
1 docent Conimbricenſes, quos ſequitur Ludovicus Molina in Opere ſex die-
rum, & Benedictus Sinibaldi in ſua Geneatropeja *l. 5. tract. 1. c. 10.* Nec ex
Philoſophis defuere, qui aquam rerum omnium principium eſſe docerent,
ut fuit Thales Mileſius, cujus opinionem prope noſtra tempora renovavit
inſignis Joannes Baptiſta Helmontius Brux-llenſis, qui *in tract.*, cui fecit
titulum, *Mixtionum Elementarium figmentum*, omnia ex aquis ratione, & ex-
perien-

Digitized by Google

perientia multipliciter probare conatus fuit: Merito igitur de aquis, tan-
quam uno ex præcipuis naturæ donis cura eſt adhibenda; & ex eadem ra-
tione in præſenti noſtro Capitulo ſtatuitur nemini licere in fontibus hujus
2 Civitatis, & ſpecialiter in fonte qui dicitur *della Fiſtula* lavare ſordida ſub
pœna tarenorum duorum pro quolibet controveniente, ne deturbetur a-
qua hominum, & jumentorum uſui deſtinata: Quod antea quidem cautum
fuerat *in l.3.ff.de aqua pluvia arcenda*: ibi: *Si aquam quis continet, vel ſpur-
chum quid immittat, poſſe eum impediri*: Et *in l.1.ff.de extraordin.crimin.*: *Fit
iniuria contra bonos mores, ſi quis fimo corrupto aliquem perfuderit, aquas
ſpurcaverit, fiſtulas, lacus, quidve aliud ad injuriam publicam contaminave-
rit, in quos graviter animadverti ſolet*. Ad rem vide *Cepoll.de ſervit. cap. de
fonte n.4, &* Novar.*de Grav.Vaſſallor.cap.319.lib.1.*

Prohibetur etiam in præſenti Cap. a menſe Aprilis per totum menſem Se-
3 ptembris extractio aquarum a fonte juxta Eccleſiam Ss. Annunciationis,
ad hoc ut aqua prædicta æſtivo tempore conſervetur pro aquandis anima-
libus.

Statuitur etiam non licere immittere ſordida, ſive etiā paleas in platea majo-
ri hujus Civitatis, ſive in aliis viis publicis ſub pœna tarenorū duorū. Quod
de jure etiā generaliter prohibitum fuiſſe teſtatur Papinianus ex ſingula-
ri libro *Ædilium Curulium*, cujus verba referuntur *in l.3.ff. de via
4 publ.*, ibi: *Studeant autem, ut ante ergaſteria nihil projectum ſit, vel propoſi-
tum, præter quam ſi fullo veſtimenta ſiccet, aut Tecton Trochos exterius ponat:
Non permittant rixari in viis, nec ſtercora proiicere, neque mortacina, neq;
coira jacere*: Si autem fuerint immiſſa, ultra penam in Cap. contentam, ju-
dicis arbitrio compellendi erunt Domini vicinarum ædium vias purgare,
& immunditias tollere, quatenus ſcilicet ſuarum ædium protendit latitu-
do juxta viam, ut docet Rovitus *in Rubr.pragm.Ne quid in loco publ. n.10.,
& 11.*, ubi ait pro hac controventione controvenientes mulctari non poſſe
niſi ter in anno per text. *in l.fin.ff.de modis mulctarum*, quem ad rem citat
Albericus *in l.3.in princ.ff.de via publ.*

Quod autem ſubditur in §.fin. hujus Cap. neminem poſſe ſub pena tareni u-
nius immittere fœnum, paleas, ſive alias immunditias per vias ſiſtentes
juxta mœnia hujus Civitatis, vel eadem proiicere per menia prædicta, uti-
nam mereretur obſervantiam, & exigerentur pœnæ, quantumvis exiguæ,
nam fortè non viderentur, prout videntur prope dicta mœnia diverſarum
immunditiarum ferè montes erecti, nec tempore æſtivo prope eadem mœ-
nia a mulieribus, & infima plebe comburerentur plateæ cum tanto Civi-
um incomodo, & ſalutis detrimento: Ad quæ advertere deberent Portula-
nus, aliique ad quos ſpectat; nam muri Civitatis ex lege Romuli ſacri
ſunt, nec eos licet violare, ut ait Pomponius *in l.fin. ff. de rerum diviſione*:
Eo magis quia ad Civitatis ſecuritatem, decorem, ac amplitudinem ſpectat
menia bene diſpoſita, ac munita habere, ne per ea facilis ſit ſive exulibus,
ſive hoſtibus in Civitatem ingreſſus; tum etiam quia quæ extrinſecus ſunt
magis patent exteris tranſeuntibus, quam quæ intrinſecus latent; atque hoc

eò

Digitized by Google

æ,vel maximè,quia hujus Civitatis mœnia apud antiquos non in exigua fuerunt exiſtimatione,ut de temporibus Rogerli Regis Normandi, refert Teleſinus in ejus hiſtoria, ubi lib. 3. hanc Civitatem munitiſſimam appellat, ejuſque Caſtrum ait eſſe prope inexpugnabile, quod ex chronico Ceccani m.s.confirmat Nicolaus Giorgio in ejus opere poſthumo, cui Titulus, *Notitie iſtoriche della Vita, e Martirio di S.Siſto cap.2.fol.*52.ubi refert Guarinum dicti Regis Cancellarium poſt flammis traditam Averſam,deditaſque Alliſas,aliiſque locis ſubactis Rainulſo Comiti ſubjectis, cum eodem fermè animo Calatiam acceſſiſſet, eius mœnium fortitudine territum aliò cum exercitu properaſſe. Quod etiam de tẽporibus Romanorũ refert Ughel. *in pluries citato eius opere*, ubi de Epiſcopis Calatinis,quo in loco ait huius Civitatis mœnia a Romanis ex Senatuſconſulto reſtaurata fuiſſe, ut ſcilicet Civitas ipſa adverſus Samnites,alioſque Reipublicæ hoſtes validum eſſet propugnaculum; & apertè habetur ex Livii loco *decad.3.l.1.c.26.*

AD CAPUT XVI.

De Ponderibus, & Menſuris.

OBSERVATIO

1 *Statuitur pæna unius Auguſtalis circa utentes falſis ponderibus;*
2 *Quid circa hoc ſtatuatur in Sacris literis.*
3 *De jure Civili utentes falſis ponderibus, & menſuris puniuntur pæna falſi.*
4 *Univerſitates de communi huius regni conſuetudine habet cognitionem ponderum, & menſurarum.*
5 *Univerſitas huius Civitatis eiuſque Officiales ex antiqua conſuetudine procedunt contra utentes falſis ponderibus, & menſuris,prout in quocumque alio caſu publicam annonam reſpiciente.*
6 *Ad officiales huius Civitatis ſpectat adaquare pondera, & menſuras vendentium.*
7 *In caſu negligentiæ Catapanorum poſſunt procedere officiales juſtitiæ.*
8 *In angulo Eccleſiæ Sanctæ Agnetis in platea publica antiquitus erat menſura in lapide inſculpta pro regula aliarum menſurarum.*
9 *Sunt & aliæ menſuræ in foro, & platea dictæ Civitatis in lapide excavatæ pro regula aliarum menſurarum.*
10 *Expenduntur aliqua de antiquis menſuris Pop. Roman.*

INter alia Capitula huius Civitatis expediens fuit aliqua ſtatuere circa pondera, & menſuras, ſtatuendo menſurarum numerum in modiis, menſuram juſtam in cadis vini, & olei, ac unciarum quantitatem in ponderibus:
1 Adeo enim excrevit hominum aviditas, & avaritia, ut ſub ſpe licet parvi, ac deteſtabilis lucri non erubeſcant etiam in ponderibus, & menſuris aliis fraudi eſſe: Idcirco contra controvenientes ſtatuta fuit pęna unius Auguſtalis, nt ſaltem formidinè pœnæ homines a ſimilibus ſe abſtinerent. Unum tamen hic advertere nõ omittam, quod hæc, & ſimilia perpatrantes, ſi hiſce mediis divitias augere intendunt, & eorum filios, & domos locupletare, ſatis nimiumque decipiuntur; nihil enim tam deteſtabile, ac abominabile eſt Domino, quàm ſtatera doloſa, ut habetur *Prov.* 11., & è contra pondus

æquum

æquum voluntas ejus:Quod comprobatur *Deut.25.n.13.Non habebis in ſacculo diverſa pondera majus,& minus; nec erit in domo ſua modius major, &*
2 *minor, pondus habebis juſtum, & verum,& modius æqualis,& verus erit tibi,ut multo vivas tempore ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi; abominatur enim Dominus Deus tuus eum,qui facit hæc , & adverſatur omnem injuſtitiam.*

De jure Civili mercium venditores,qui falſa ſtatera, & menſura uſi fuerint, ſive qui menſuras probatas corruperint,dolove malo emptoribus fraudem
3 fecerint,quanti ea res eſt ejus duplo condemnantur , decretoque Divi Hadriani cautum fuit in Inſulam eos eſſe relegandos,qui pondera , & menſuras falſificaſſent,ut loquitur Modeſtinus *in l.Hodie ff.ad l. Cornel. de falſ. &* Ulpianus *in l.annonam §.onerant ff.de extraord.crim.* ubi ſic habet: *Onerant annonam etiam ſtateræ adulterinæ , de quibus Hadrianus edictum propoſuit , quo edicto pœnam legis Corneliæ in eos ſtatuit,perinde ac ſi lege teſtamentaria quod teſtamentum falſum ſcripſiſſet,ſignaſſet,recitaſſet,damnatus quis eſſet:ſed & Div.Hadrianus eum,qui falſas menſuras habuit in Inſulam relegavit.*Vide Riccinm *collect.*3472,ubi ad rem diverſas adducit deciſiones , & *Novarium lib.1.grav.157.,& De Angelis de delict.& pœn.cap.de falſitate,ſive falſi crimine nu.4.*

Utentes falſis ponderibus,& menſuris à Baronibus , eorumque Officialibus puniri poſſe,refert Rovitus in *in pragm.1.de Ponder. & menſur.*; Si tamen
4 quis juſtis ponderibus utatur,non tamen ſignatis,& adæquatis per Regiam Siclam,juriſdictio circa hoc ad Regiam Siclam ſpectabit, ut idem Rovitus concludit,quem ſequitur *De Angelis de delict.& pœn.loco cit.n.4.*Omittendum tamen non eſt quod ſubdit dictus *De Angelis* , hæc omnia in Regno non ſervari,ex quo ex univerſali conſuetudine Univerſitates habent Iuriſdictionem,& cognitionem ponderum,& menſurarum,nec Officiales Baronum in hoc utpote annonam reſpiciente, ſe ingerere poſſunt, quod clarius ait a ſe fuiſſe diſcuſſum *in tract.de offic.Baron.cap* 142.*n.*2, & citat *Vulpinum in ſucco tit.de falſis,& Nicolaum Carbone in praxi cap.4.l.1.n.* 50.

Et in propriis terminis hujus Civitatis,ultra diſpoſitionem præſentis Cap. , adeſt conſuetudo antiquitus obſervata, cujus vigore Catapani,ſive alii , ad
5 quos cura annonæ ſpectat,procedunt adverſus controvenientes , emanant banna,& pœnas indicunt non tantum in cauſis ponderum,& menſurarum, ſed in alio quolibet caſu publicam annonam reſpiciente , & quandoque ſi reperiant panem,ſive alia comeſtibilia vendita abſque juſto pondere,ea vel pauperibus, vel Religioſis mendicantibus , pro modo controventionis diſtribuunt,abſque ulla licentia Officialis juſtitiæ; Quæ conſuetudo utpote vigore antiquiſſimæ poſſeſſionis introducta nullatenus in dubium revocari poterit,cum certum ſit,Univerſitates ſive ex privilegio, ſive ex antiqua conſuetudine talia jura acquirere poſſe,ut dicebat *Capiblanc.de Baron. pragm.*10.*n.*304,& *tom.*2.*cap.*9.*n.*2,& *Riccius tom.* 2. *ſuæ prax.cap. de jure plateæ,aſſiſiæ,pond.& menſ.n.*7.

Hine de jure etiam locum habet quod ſubditur in §.ultimo hujus Cap.,nempe

ad Officiales Univerſitatis ſpectare pondera, & menſuras adæquare, & ſi-
6 gnare, ut uſui publico deſerviant, ac pro effectu prædicto detineri debere per eoſdem menſuras, & pondera juſta, ut eis vendentium pondera, & menſuræ adæquentur, cum comminatione pœnæ unius Augnſtalis iis, qui aliis menſuris, & ponderibus uſi fu rint. Quod quidem juribus Regiæ Siclæ in hac Civitate ab Illuſtri Domino Marchione repreſentatæ in minimo non præjudicat, quia pondera, & menſuræ, quæ ab Univerſitate habentur, & quæ ad alia adæquanda deſerviunt, ab Officialibus Regiæ Siclæ adæquata, & ſignata fuerunt, contra quorum formam a Baronibus nihil innovari poteſt, etiam ſi in eorum feudis ſpecialem Siclæ conceſſionem repreſentent, ex quo ſemper pondera, & menſuræ ad normam Regiæ Siclæ adæquanda ſunt, & ſigno Regio imprimenda, ut deciſum refert *Novar. tom. 2. grav. 32.* in cauſa Univerſitatis Vallis Vitulani cum ejus Barone.

Non diſſimulo tamen Catapanorum negligentiæ occurri poſſe per Officiales juſtitiæ, ſive Baronales, ut ſcripſit *Maſtrill. deciſ. 300, de Ponte conſ. 101. p. 2,*
7 quos ſequitur *Capibl. d. cap. 9. n. 3*, ubi ſubdit, quod cum per Audientiam Hydruntinam, ejuſque Præſidem D. Annibalem Macedonio proceſſum fuiſſet etiam ad Carcerationem Officialium Civitatis Litii, qui imprudenter circa annonæ curam ſe geſſerant, pro parte dictæ Civitatis habitus fuit recurſus ad hujus Regni Proregem, aſſerendo, quod cura annonæ dictæ Civitatis ad ejus Officiales privativè quo ad alios ſpectabat: Super quo habita relatione, quod hoc fuerat factum, quia apparuerat de negligentia, & ſegnitie Officialium Univerſitatis in non providendo, reſcriptum fuit, benè fuiſſe proviſum. Quod etiam practicatum tradit in Audientia Principatus ultra in terra Montis Fuſcoli, nam etiam in caſibus negligentiæ Officialium Univerſitatis, Reg. Audientia providit pro abundantia victualium, ut ſubdit *cit. Capib. loc. cit. n. 4.*, & ad rem vide *Reg. de Ponte de poteſt. Proregis cap. de Abundant a.*

Pro coronide præſentis Cap. notandum eſt quod habetur in §. 2. ejuſdem, ſcilicet menſuras eſſe regulandas juxta menſuram antiquam ſignatam in lapi-
8 de ſito in angulo Eccleſiæ S. Agnet's ſpectantis ad ſedile hujus Civitatis; ex quo educitur dictam Eccleſiam ſpectaſſe ad dictum ſedile, ſive ad hanc Civitatem, pro cujus commodo credi poteſt fuiſſe ædificatam, cujus tamen rei ad præſens nulla extat memoria, incuria forſan majorum noſtrorum obliterata: Noſtris autem temporibus menſura prædicta in parietibus dictæ Eccleſiæ non apparet, reperitur autem ſive eadem, ſive alia in platea majori dictæ Civitatis in pariete Palatii Familiæ de Melchiori, quod prius fuerat antiquæ Familiæ de Mordente, in quo in prægrandi lapide inciſa inſpicitur pedis menſura, quatuor ſcilicet palmorum, & alia palmorum duorum, in parte inferiori cujus lapidis hæc Inciſa ſunt verba: *Diſcite Juſtitiam.* Quod quidem exiſtimo fuiſſe factum ad imitationem ejus, quod Romæ olim erat in Capitolio, in quo ſimiliter pedis menſura reperiebatur inſculpta, unde Pes Capitolin. vulgo nuncupabatur, ut tradit *Merſenn. in tract. de menſur. & Card. de Luca de Regalib. diſc. 38. n. 5.* In foro etiam hujus Civitatis

vitatis in quodam pregrandi lapide excavatæ viden tur menſuræ medii modii,& diverſæ aliæ,quæ pro commodo,& regula ementium, & vendentium deſerviebant,eo tunc tempore præſertim, quo in hac Civitate in die Mercurii cujuſque hebdomadæ, magno cum vicinorum concurſu, publicum habebatur emporium.

Quia tamen aliqua diximus de pedis menſura, conguum erit aliqua ſubnectere de aliis menſuris, de quibus paſſim mentio habetur in jure noſtro, circa quas,ut breviter me expediam,notandum eſt,quod juxta Romanorum ſenſum,ab homine omnis menſuræ ratio deſumebatur,itaut a digito fieret initium: digiti autem menſura eſt magnitudo,ſive latitudo quatuor granorum hordeaceorum:Quatuor digiti palmum conficiunt; pedem quatuor palmi, ideſt ſexdecim digiti,ut habetur apud Vitruvium *lib.1. cap.3*, & notant *Harmenopolus in promptuario juris divilis l.2.tit.4.de menſur. Gaddeus de verbor.& rerum ſignificatione l.3.n.8.Coraſius l.1.n.107.de ſervit.& de Luca d.diſc.31.n 5.*Cubiti autem menſura major erat pede,nam palmos ſex complectebatur,ſcilicet digitos vigintiquatuor,ut videre eſt penes eundem *Vitruvium l.3*,& notat *idem Harmenopolus loc. cit.* Paſſus vero quinque pedibus conſtat,qui & paſſus Geometricus nuncupatur. Hinc apud Geometras vulgati ſunt verſus illi.

Quatuor ex granis digitus componitur unus,
Eſt quater in palmo digitus,quater in pede palmus,
Quinque pedes paſſum faciunt.

In facti contingentia vide citatum de Luca loc.cit., ubi plura reperies ad rem pertinentia etiam noſtrorum temporum inſpecta conſuetudine.

AD CAPUT XVII.

De Damnis datis in Olivetis.

IN explicatione hujus Cap. omnia plana ſunt; Statuitur enim pœna contra damnificantes cum Bobus,Capris,aliiſque animalibus in Olivetis, prout etiam in certa veriſimili ſumma ſtatuitur emendatio damni.Si autem damnum eſſet majoris exiſtimationis,ad inſtantiam damnificati adhiberi debent appretiatores,ut colligitur ex ſeq.Cap.,nec eſt novum in jure noſtro, quod una lex per aliam declaretur.

AD CAPUT XVIII.

De Inciſoribus Arborum fructiferarum.

OBSERVATIO.

1 *Quid contra inciſores arborum fructiferarum ſtatutum fuerit de lege* 12 *Tabul; & de jure Civili.*

2 *Vigore huius cap.imponitur pœna Anguſtalis contra inciſores, ſi inciſio ſit facta in terris cultis.*

3 *An pœna huius cap.ſit commenſurata delicto,ſi verificetur inciſio animo furandi, ſive lignandi.*

4 *Si damnum eſſet magnum,ceſſabit pœna capitularis, & locus erit pœnæ extraordinariæ.*

5 *Æſtimatio damni in arbore inciſo exit facienda inſpecto tempore inciſionis, non vero ſecundum tempus futurum.* N 2 *6 Si*

6 *Si vero Inciſio facta fuerit ad vindictam, & maximè de nocte, augebitur pœna.*
7 *Sub arborum nomine veniunt vites, & eorum inciſores majori debent plecti pœna.*
8 *An autem circa hac juriſdictio ſpectet ad Bajulum, ſive Curiam localem?*

CONtra inciſores arborum alienarum de jure 12 Tabularum pro ſingulis arboribus injuria inciſis ſtatuta fuit pœna æris xxv, ut habetur apud Pli-
1 nium *l.*18 *cap.*1. & in libris digeſtorum titulum habemus *Arborum furtim caſarum*, in quo tam *ex l.*12. *Tabul.* quam *ex l. Aquilia* contra ſimiles inciſores prodita eſt actio, quæ coincidit cum actione furtiva, ut *in l. ſciendū cit. & in l. ſervus* § *ſi oliva*, & §. *item in Silva ff. ad l. Aquiliam.*

In noſtro Capitulo pœna unius Auguſtalis imponitur contra incidentes quer-
2 cus alienas in territoriis Campeſtribus, ſive arbores vitatas, & fructiferas, olivas, & vites, & imponitur emendatio damni, vel juxta quantitatem in capitulo taxatam, vel iuxta damni æſtimationem ab expertis faciendam, ad arbitrium damnificati; & minoratur pœna, ſi inciſio facta fuerit in Nemoribus, vel ſi inciſio non fuerit de tota arbore, ſed tantum de ramo, ſive in palmitibus, ut ex capituli lectura.

An autem præfata pœna unius Auguſtalis ſit commenſurata delicto, valde
3 ego dubito, & pro vera reſolutione ſic puto diſtinquēdum; nam ſi inciſio verificetur facta animo furandi in eo caſu locum habebit actio furtiva, quæ eſt ultra relegationem, *l.*2. *ff. arb. furt. caſ.* & aiunt Afflict. & alii ſuper Conſtitutione Regni *Super inciſionibus.* Si autem ageretur de inciſione arborum Sylveſtrium facta ad uſum lignandi, tunc locus erit damni emendationi, & pœna erit tantum pecuniaria, ut ait Molina *de juſtitia, & jure diſput.* 58, quam opinionem ſecuta fuit Regia Audientia Calabriæ, ut ait *Capib. de Baron. Pragm.* 8. *p.* 1. *n.* 380, ubi ſubdit ſic etiam pluries ſervaſſe S.Conſ. in cauſſa Univerſitatis Civitatis Muri cum Hominibus Caſtri Grandinis, nam cum pluries homines dicti Caſtri arbores incidiſſent in nemore dict. Civitatis, & ob id carcerati fuiſſent, cum prætenderetur pro parte dictæ Civitatis reos ad corporalem pœnam condemnandos eſſe, S.Conſ. decrevit eſſe faciendum depoſitum pœnæ Capitularis dictæ Civitatis modo in duc. ſex, modo in duc. duodecim, juxta informationis captæ circumſtantias; unde videtur pro qualitate facti, eiuſq; circumſtantiis rem regulandam eſſe. An autem pœna capitularis multiplicanda ſit pro arborum numero, ſi plures arbores fuerint inciſæ, vel in præfato caſu, una tantum pœna ſit exigenda, vide *Ricc.* 10. 2. *tit. de praxi cauſ. dam. dati cap.* 9. *n.* 2, & *ſeq.* ubi ad partes diſcutit articulum, & in eam inclinat ſententiam, ut in præfato caſu unius tantum pœnæ exactioni locus ſit, cui concordat *de Angelis de delictis, & pœnis cap.* 8. *n.* 4.

Non diſſimulo tamen, quod ſi damnum eſſet magnum, & arbores inciſæ eſſent
4 fructiferæ, puta glandes, vel aliæ ſimiles, quæ ſunt in fructu, eas ſcindens non pœna capitulari, ſed extraordinaria puniri deberet, ut *Capibl. l. cit.*, & *Guttierez l.* 2. *quæſt. canonic. cap.* 27.

Si autem arborum inciſio facta fuerit ira, vel odio impellente, & ad vindictam

5 &

Digitized by Google

& maximè de nocte, tunc pœnæ corporali locus erit, quæ gravioribus con-
5 currentibus circumſtantiis extendi poſſet uſq; ad mortem, ut ait Boſſius in *prax crim. tit. de damno ddto n.35 & Caballus in ſuis reſol. caſu* 21. De conſuetudine tamen non habet locum pœna mortis, & datur tantum locus pœnæ extraordinariæ, puta fuſtigationis, triremium, vel alterius ſimilis juxta facti & perſonarum circumſtantias, ut ait *cit. Caballus n.2, & Uulpin. in Succ. Farin. q.23. n.19.* Unde in facti contingentia, in hac Civitate cum in anno 1733 quidam fratres de Ferraro multas arbores, vites, & fabas ſeminatas devaſtaſſent in vinea, & territorio Angeli Milano, in eorum delicto non fuit practicata pæna capitularis, ſed ex eo quod deficiebant probationes in ſpecie, & delicti circumſtantiæ, & ſignanter probatio animi ad vindictam, fuerunt dicti Ferraro ad tranſactionem admiſſi, ut ex proceſſu actitato penes Magnificum Actuarium Angelum Vecchiarelli.

Pro eo autem quod actinet ad damni æſtimationem, quomodo ſcilicet Arboris
6 æſtimatio facienda ſit, ſi attento tempore inciſionis, & damni dati, an vero inſpecto futuro, & poſſibili incremento, tractat hoc idem *Riccius d. cap. 9. n 12*, ubi reſolvit, damni tempus inſpiciendum eſſe, nec ex futuro creſcere poſſe damni æſtimationem, ita quod ſi arbor, quæ non dum creverat, inciſa ſit, quæ vulgo dicitur *Arboſcello*, æſtimatio arbuſculæ, non arboris futuræ attendi debeat, pro qua ſententia facit textus in *l. certe ff. Arborum furtim caſ.*, ibi: *Certè non dubitatur, ſi adhuc adeo tenerum ſit, ut herba loco ſit, non debere arboris nomen habere; & in l. is, qui damnum §. quod pendet ff. de Regulis juris*, ibi: *Quod pendet non eſt pro eo quaſi ſit.*

Nota hic, ſub Arborum nomine contineri vites, quarū quia utilitas eſt major,
7 & earum inciſio ut plurimum fieri ſolet ad vindictam, vel animo furandi, contra earum inciſores major procul dubio infligitur pæna; Unde *Vincentius Gravina in eius opere de Origine Juris, tit. De jure Natur. Gentium &c*, ait ex hac cauſſa poſſe actorem civili, & criminali judicio puniri; Ad quod notanda ſunt verba Servii ad illud *Virgilii Egl.3.*

Atque mala vites incidere falce novellas

ubi hæc addit: *Fuerat autem Capitale ſupplicium arbores alienas incidere.* Sub nomine arboris veniunt etiam Arundines, Hæderæ, & Salicta, ut ait *Ulpianus in l.3. ff. arb. furt. Cæſar*; ubi ex ſententia Labeonis ſub arboris nomine ait venire eam arborem, quæ ventorum vi ſubverſa fuit a radicibus, & adhuc reponi poteſt, nec non ſtirpem oleæ ſub arboris nomine contineri, ſive egerit iam radices, ſive non dum egerit.

An autem in caſu arborum, inciſionis, juriſdictio ſpectet ad Bajulum, an vero
8 ad loci Capitaneum, conſule quæ latè ediſſerit citat. Capiblancus juxta diverſas facti circumſtantias *cit. Pragm. 8. p. 1. n. 378, & ſeq.* ubi de controverſia inter Reg. Audientiam Coſentinam, & Bajulum Civitatis Coſentiæ, & Caſalium.

AD

AD CAPUT XIX.

De Lignis Ablatis.

OBSERVATIO

1 *Pœna huius capituli contra ſurripientes ligna aliena.*

PRo modico delicto meritò modica coercitio: Statuitur in hoc cap. pœna tareni unius contra ſurripientes ligna aliena,& ſatisfactio damni,& ſtante tenuitate rei, & frequentia delinquendi ſtatuitur ſtari debere juram. denunciatoris,quod in aliquibus cauſſis, & ſignanter in modicis licitum eſſe, dictum eſt ſup.cap.

AD CAPUT XX

De Itinerantibus per Prædia aliena.

OBSERVATIO

1 *Nemini licitum eſt per alienum fundum ire, agere,niſi in tribus caſibus.*
2 *In hoc cap.imponitur pœna contra ambulantes per prædia aliena, in quibus nulla eſt ſervitus conſtituta.*
3 *Quod fallit,ſi via eſſet invia, vel fluminis alluvione diruta.*
4 *Territorium alluvione additum ſecus viam eſt eius, qui propè viam prædia poſſidet.*

PEr alienum agrum nemini licitum eſſe ire,agere, ſive ambulare ſtatutum eſt *in l.Divus ff.de Serv.Ruſt.,& l.per agrum C.de Servit.,& aqua.* A qua
1 excipiuntur aliqui caſus;Primo pro colligendis fructibus lapſis in fundo vicini, intra triduum,ut *in l.Un.ff.de Glande Legenda*. Secundo pro exquirendo Servo fugitivo *l. Divus ff. de Serv.fugit:* & tertio in emptore fructuum prædii alieni, nam tenetur venditor pro illis colligendis iter emptori præſtare,ut ait. *Juriſconſ.in l.qui pendentem ff. de Action.empt.*Extra hos caſus, ſi ſervitus itineris, actus,ſive viæ legitimè conſtituta non ſit,nemini per alienum ire, agere, vel ambulare fas erit. Hinc merito in præſenti cap.imponitur pœna tareni unius contra ambulantes per aliena prædia, & ſi cum bobus,vel aliis animalibus tarenorum duorum: Cum ea tamen declaratio-
2 ne, quod præfatæ pœnæ locus non ſit, ſi via publica ſit diruta, vel invia, quia tunc per agrum vicini impunè tranſitus haberi poteſt, & vicinus viæ proximus viam præſtare tenetur, ut loquitur Iuriſc. *in l. ſi locus §. cum via ff. de ſervit. Ruſtic.* Idemq; dicendum eſt ſi per fluminis alluvionem via publica diruta fuerit; nam tunc per vicini agrum licitum erit viam facere: Quod tamen incomodum non exiguo commodo compenſatur;nam ſi è contra juxta viam publicam,alluvione additum fuerit territorium, via publica non erit impedimento,quominus territorium additum eius fiat, qui ex ſuperiori parte viæ publicæ prædia poſſidet,ut in *l. Martius ff. de aqu. rerum dominio*;ſuper quo vide *Aymum in ſuo tract.*de Alluvione *lib.2.cap.1.n.4.*

AD CAPUT XXI.

De Tanſeuntibus cum curribus per Aliena Territoria,

OBSERVATIO

1 *Prohibetur in hoc cap. tranſire cum curribus per aliena territoria.*
2 *Excipitur ſi via ſit devaſtata, & tempus meſſium.*

Ire

Digitized by Google

IRe cum curribus, ſive vehiculis per fundum alterius ſpectat ad ſervitutes actus viæq; *l. 1. ff. de Serv. Ruſt. §. Ruſticar. inſtit. eod. tit.*, Unde qui ſuper vi-
1 cini fundum has activas ſervitutes non repræſentat, per eum currus ducere prohibetur: Hinc in præſenti cap. ſub pœna tarenorum duorum prohibetur currus ducere per territoria aliena, & injungitur emendatio damni juxta ſacramentum damnum paſſi, ſive alterius damnum appretiantis. Uſus tamen obtinuit, quod circa damni quantitatem ſtetur juramento duorum expertorum. Limitatur tamẽ diſpoſitio præſentis cap. primo ſi via adeo de-
2 vaſtata ſit, ut per eam currus duci non poſſit, quia tunc licitum erit ire per fundum vicini, & per eum currus ducere abſq; timore pœnæ, cum hoc tamen, quod tranſeuntes caveant de inferendo damno, ut ait Baldus, quem ſequitur Franciſcus *Marcus deciſ. 597. n. 3, & cit. Ricc. tit. de prax. cauſs. damn. dati cap. 8. n. 11.* ſecundo limitatur tempore meſſis, quo tempore ex generali conſuetudine licitum eſt per aliena territoria currus onuſtos traducere, etſi nulla ſit in eis ſive itineris, ſive Actus, ſive viæ ſervitus conſtituta.

AD CAPUT XXII.

De Damnis datis n Paſquis.

OBSERVATIO.

1 *Statuitur pœna contra ſubfurantes prata in alienis paſquis, quæ duplicatur, ſi damnum illatum eſſet de nocte.*

2. *Nocturnum tempus reputatur circumſtantia gravans in delictis.*

3 *Quomodo damnum dicatur nocturnum.*

IN hoc cap. ad evitanda damna in agris, & pratis alienis, contra metentes, vel ſubfurantes lupinos, & alia ſimilia ad animalium uſum deſtinata, impoſita fuit pœna tareni unius, ſi de die damnum fuerit illatum; & tarenorum duorum, ſi de nocte. Cur autem iſta diverſitas, & duplicatio pœnæ in damnis nocturnis? quia Nocturnum tempus conſideratur circumſtantia gravans delicta, unde delicta noctu patrata acriùs, & ſeveriùs puniuntur, quàm commiſſa de die, ut ſcribit *Cuiacius in Rubr. digeſtor. de Furibus Balneariis, gloſſa in l. ſed ſi interdiu, verb. ordinarium ff.* eodem titulo, *Gramm. deciſ. 36. n. 14.* Hinc *de Angelis in tractatu de delictis, & pœnis cap. de damn. dato n. 23.* ad rem approbat localem conſuetudinem reſpectu duplicationis poenæ in damnis nocturnis; & dicit ea reputari damna nocturna, quando animalia fuerunt intercepta, vel aliter probetur illatum damnum poſt ſolis occaſum, vel de mane ante Solis ortum. Et conſonant adducta per *Novarium tom. 3. gr. 93. n. 9.*

AD CAPUT XXIII.

De Damnis datis in Glandibus.

OBSERVATIO

1 *Prohibetur hoc Cap. damnum datum in Glandibus, Nucibus, & aliis ſimilibus*

2 *Locus erit emendationi damni tantum, non etiam pœnæ, ſi damnum datum fuerit in glandibus, quas eorum Dominus noluiſſet vendere.*

3 *Prohibitio depaſcendi glandes in alienis nemoribus quandiu duret.*

4 *Quibus caſibus locus ſit tantum emendationi damni, non etiam pœnæ.*

5 Re-

5 *Reperiens animalia in ſuo poteſt ea ducere ad carceres.*
6 *Præſens Cap. non eſt in uſu, quoad illud Caput, quod licitum ſit retinere animalia, donec ſatisfactum fuerit de damno.*
7 *Permittitur tantum retinere per ſpatium 24. horarum.*
8 *Excarcerantur animalia, præſtita cautione de reſarciendo damno.*

RESpicit diſpoſitio hujus Capituli evitationem damnorum in Glandibus,
Nucibus, caſtaneiſque, & contra damnificantes imponitur pœna, ut ex
1 lectura hujus Capituli: congruebat autem, quia glandes, & alii hujus generis
fructus in maxima apud antiquos fuerunt æſtimatione, antequam homines
ad delicias ſe converterent, ex quo ſolæ eorum ſimplici, ac innoxiæ vitæ
alimenta præbebant, ut ex Virgilio *lib. 1. Georgicorum, & Ovidio lib. 5. Metamorph.*. Nuces autem ſub Inglandium nomine vocabantur, quaſi Jovis
glandes, creditumque fuit hoc fructuum genus Jovi Sacrum eſſe, ut teſtatur Macrobius. Noſtris autem temporibus hominum uſui deſerviunt nuces, & caſtaneæ, at glandes, & alia hujus generis pro eorum animalium
nutrimento deſerviunt, quorum carnes ad hominum delicias ſunt comparatæ.

Non erit locus pœnæ in hoc Capitulo ſtatutæ, ſed erit tantum locus emendationi damni, ſi damnum fuerit illatum in glandibus alienis, quas patronus
2 requiſitus noluiſſet vendere competenti pretio; ſive quia excuſabilis videri
debet ille in neceſſitate poſitus, qui cum vellet emere, non invenit venditorem, ſive etiam ne detur anſa Dominis glandium eas vendere nolentibus,
tempore quo ad aliorum uſum, & commodum oportet vendere; Unde videtur præſenti Capitulo inducta ſpecies quædam coactionis erga glandium
patronos, ut eas vendant competenti pretio indigentibus pro alimento eorum animalium; Quod in jure novum non eſt, cum certum ſit tempore
neceſſitatis, & penuriæ, mercium Dominos poſſe cogi ad eas vendendas
pretio competenti, ut latè ſcribit *Gomes lib. 2. reſol. cap. 2. n. 11.*

Prohibitio depaſcendi in Nemoribus, in quibus ſunt glandes, & alia hujus
generis juxta hujus Cap. diſpoſitionem, incipit ab initio menſis Septem-
3 bris; & durat per totum menſem Decembris; Sed ſervat uſus, ut duret a
die 29 Septembris per totum menſem Decembris, extra quod tempus nulla adeſt prohibitio, & cuilibet abſque metu pœnæ, & emendationis damni
licitum eſt in alienis glandibus, cerris, ilicibus, ſive aliis hujus generis
animalia immittere.

Poſt binam glandium excuſſionem opportuno tempore factam, & poſt unam
Nucium, ſive caſtanearum ſimiliter factam tempore opportuno, ſi quis im-
4 miſerit animalia, & collegerit nuces, ſive caſtaneas, juxta diſpoſitionem
hujus Capituli, non datur locus pœnæ, ſed tantum emendationi damni.

Habetur etiam in preſenti Capitulo reperientem animalia in ſuo territorio
poſſe pro libito ea ducere ad carceres, vel penes ſe retinere, donec ſibi ſa-
5 tisfactum fuerit de damno; Uſus tamen ſervat, quod animalia ducantur
ad ſolitos carceres, pro quibus deſtinata eſt Taberna Excellentiſſimi Marchionis, ac ibi detinentur donec præſtita fuerit cautio de ſolvendo damnum,

num, juxta appretium faciendum, ne pendente appretio animalia macerentur in ſtabulo: Carceratio autem animalium neceſſaria eſt, tum ad finem cognoſcendi cujus ſint animalia, *ut in l. Boves ff. ad l. falcidiam*, tum etiam ut damnificatus aſſecuretur de pignore, ſive cautione, ut ait *Rendella de Paſquis part.4. cap.4.*. A damnificato autem aſſecuratio prætendi poteſt non tàm de damno nuper illato, quàm pro damno præterito, ut ait *Gloſſa in l. ratis ff. de Incend. ruin., & naufr.*, & conſentit *Rendella loc cit.*, quem ſequitur *Riccius in cit tit. de praxi cauſ. damn. dati cap.4. n.10.*

Ex quibus colligitur præfatum Capitulum non eſſe in uſu reſpectu aſſertæ facultatis penes ſe retinendi animalia, pendente ſolutione damni, nam ut
6 ſupra diximus, prævaluit uſus, ut duci debeant ad carceres: Quod quidem optima ratione introductum fuit, nam de jure retinens apud ſe animalia damnificantia, furti teneri poteſt, unde de jure noſtri Regni ea reperiens in actu damni, tenetur conſignare loci Juſtitiario per conſtitutionẽ Regni, quæ incipit *Pervenit*, vel ea conſignare Bajulis locorum, ut in conſtitutione, quæ incipit *Animalia*, ubi Iſern., & Affl., & vix toleratur, ut damnificatus per ſolum ſpatium horarum vigintiquatuor poſſit penes ſe ea re-
7 tinere, ut infra dictum horarum ſpatium ducat ad Bajulum, vel ſaltem ei hoc revelet, ut poſt *Rendellam de Paſquis p.4. cap.4.*, concludit *Ricc. in cit. tit. de Praxi cauſſarum damni dati cap.5. in fin.*

Pro excerceratione autem animalium damnificantium, & pro fidejuſſionibus de reſarciendis damnis juxta appretium faciendum, ſervat Curia hujus
8 Civitatis, quod acta fiant oretenus, & quod notentur tantum fidejuſſiones per Actuarium, pro quibus omnibus nihil ſolvitur Curiæ prædictæ ex inveterata conſuetudine, quæ inviolabiliter ſervatur.

AD CAPUT XXIV.

De Pœnis Bajulorum

OBSERVATIO.

1 *Bajulus infra octo dies tenetur procurare damni emendationem, alias eì non licet exigere pœnam, & punitur inſuper in uno Auguſtali.*

2 *De jure noſtri Regni Bajulus non poteſt exigere pœnam, niſi ſatisfacto damno, & ad rem referuntur diverſæ deciſiones.*

3 *Vigore præſentis Capituli Bajulis non licet exequi facere contra cives, niſi pro damni emendatione, & pœna, & non pro aliis cauſſis.*

4 *Puniuntur Bajuli ſi procedant ad condemnationem non conſtito legitimè de damno, prout ſi exigant pœnam ultra auguſtale, & ſi procedant non ſervata forma ritus procedendi.*

5 *Bajuli non poſſunt convenire cum Dominis animalium, eoſque fidare pro damnis futuris, ubi plures deciſiones relatæ a Novario.*

EX quo Bajuli nil aliud quærunt, quam quæ ſua ſunt, & inhiantes pro exactione pœnarum, damnorum emendationem non curant, imo ex pro-
1 poſito ſolent negligere, idcirco prudenter majores noſtri ſtatuerunt, ut infra octo dies a die decretationis procurent Bajuli emendationem damnorum, alias dicto tempore elapſo amplius eis non liceat damnorum

O pœ-

pœnas exigere, & juriſdictio pro emendatione damnorum devolvatur ad Capitaneum, eique jus ſit pro qualibet ſimili Bajulorum negligentia ab eis exigere pro pœna auguſtale unum. Quod optima ratione cautum videtur, nam per *pragm. 1. §. 1. de officio Bajuli* ſtatutum fuit, a Bajulis procedi non poſſe ad exactionem pœnarum contra damnum dantes, niſi prius ſatisfactum fuerit damnum, & rationabiliter, nam prius ſit damnum, &
2 poſtea accuſatur pœna, & ita per Conſiliarium Orificium decisum ait *Novar. l. 1. grav. 46.* in cauſa vertente inter UniverſitatemTerræ Lauri, & ejus Marchionem, & conſentit *Anna ſing. 139., & Epiſc. Riccius Collett. dec. 103*, imo ſubdit *cit. Novar. n. 4.*, quod de tempore, quo miniſter erat in Provinciis Regni, cum per Bajulum contra quendam pauperculum facta fuiſſet executio pro pœna, nec in bonis ſuis haberet aliud, quia cætera bona erant dotalia, mandavit ipſe, quod executum pro pœna applicaretur pro damni emendatione in beneficium damnum paſſi.

Inſuper vigore præſentis Capituli prohibetur Bajulis etiam ſub unius Auguſtalis pœna, pro alia cauſſa Cives, ſive exteros pignorari facere, niſi pro damnis illatis, ſcilicet pro eorum emendatione, & pœna; Unde eis in hac
3 Civitate reſtringitur juriſdictio, cum alias de jure noſtri Regni, ſcilicet per Conſtitutionem, quæ incipit *Locorum Bajuli* ſit Bajulis conceſſa juriſdictio cauſſarum Civilium, & Criminalium levium, nec non cauſſarum ſimplicis juriſdictionis, & mixti tantum imperii, *ut in Conſt. Magiſtri Camerarii in princ.*, & plenè *Rovitus in Rubr. de Officio Bajuli num. 2.*

Puniuntur etiam Bajuli ſi procedant ad condemnationem, ac executionem, non conſtito legitimè de damno juxta formam datam *in pragm. 1. de Bajulis*
4 *in princ.* Prout etiam puniuntur, ſi exigant pœnam majorem uno Auguſtali; Nec non ſi procedant contra contumaces non ſervata forma ritus, in quibus omnibus caſibus ſtatuta eſt pœna quinque unciarum auri, *ut in pragm. 1. a §. 1. uſq; ad 5.* ubi *Reg. Rov. De Angelis de delict. & penis p. 2. cap. 5. n. 19.*

Puniri etiam poſſent Bajuli ſi ſe convenirent cum Dominis animalium de ſolvendo quolibet anno conventam aliquam quantitatem pro damnis, quæ
5 forſan irrogare poſſent, quia hoc eſſet fidare ſuper damnis futuris, quod eſt abſurdum; & idcirco ſimiles conventiones, tranſactiones, & concordiæ expreſsè improbatæ ſunt *per pragm. 2. de officio Bajuli*, juxta quam deciſum per S.C. refert *Novarius lib. 1. grav 55.*, in cauſſa inter Univerſitatem Teani, & Illuſtrem Principem Hoſtiliani apud Actuarium de Felice, & conſonant adducta *per Capibl. pragm. 8. part. 1. n. 385.*

AD CAPUT XXV.

De Damnis Datis in Territoriis Seminatis.

OBSERVATIO.

1 *Refertur diſpoſitio hujus Capituli.*
2 *Cuſtodiens animalia in actu damni tenetur ad pœnam duplicatam.*
3 *Licitum etiam eſt damnificato in caſu predicto agere criminaliter contra damnificantem.*
4 *Bajulus in duobus caſibus non poteſt petere remiſſionem cauſſæ, ſcilicet in*

caſu

caſu damni data opera illati, & ſi territorium fuerit bannitum a Capitaneo.

5 *Damnificans etſi fuerit Neapolitanus ſortitur forum illius Judicis, in cujus territorio damnum illatum fuit.*

6 *Quomodo appretietur damnum datum in ſegetibus in herba adhuc conſiſtentibus, & quæ tempora circa hoc ſint ſpectanda.*

7 *In cauſſis damni dati appellatio non admittitur, niſi quod actum devolutivū.*

8 *Appellatio a decreto Curiæ Bajulationis fit ad Capitaneum loci, & ab eo ad Judicem ſecundarum cauſſarum.*

9 *Praxis, quæ ſervari debet, ſi aliquod animal reperiatur in actu damni, & ejus Dominus reperiri non poſſit.*

NE damna irrogentur in territoriis ſatis providit diſpoſitio præſentis Capituli, ac ſtatuit pœnas diverſas habito reſpectu ad diverſam Animalium qualitatem, ut in litera. Cum hoc tamen diſcrimine, quod a tempore,
1 quo agri fuerunt ſeminati uſque ad initium menſis Martii, ex quo agitur de modico præjudicio, locus ſit tantum medietati pœnæ: ab ingreſſu vero menſis Martii uſque ad meſſem locum habeat pœna in dicto Capitulo ſtatuta. Quod autem hic, & in aliis Capitulis dicitur de emenda, intelligendum eſt, prout alias diximus, ſi fuerit ſcilicet illatum damnum, ſed non fuerit per expertos facta damni æſtimatio, nam cæteroqui licitum eſt damnificanti, ſive damnificato non ſtare emendæ in dicto Capitulo ſtatutæ, ſed inſtare pro ſatisfactione damni juxta apretium factum, vel faciendum per duos expertos, ut videbitur etiam *in cap. de Vineis.*

Providetur inſuper præſenti Capitulo de duplicata pœna contra eum, qui inventus fuerit cuſtodire animalia in territoriis ſatis: Quod intellige, ut pro-
2 cedat, ſi damnificatus elegerit uti diſpoſitione hujus Capituli. Cæterum licitum eſt damnificato in caſu damni data opera, & ex dolo illati, prout eſt caſus, in quo animalia reperiuntur cum cuſtode, agere vel ad pœnam Capituli, vel agere criminaliter, exponendo querelam de damno illato ex
3 propoſito, vel cum violentia, & per conſequens ad emendam damni, ut ait *Ricc. in cit. tit. de praxi cauſſ. damn. dati, cap. 1. n. 10., & Thorus in compend. deciſ. verbo, damnum.*

Unde in duobus caſibus non poteſt Bajulus prætendere remiſſionem cauſſæ. Primo ſi territorium ſit bannitum in Curia Capitanei. Secundo ubi dam-
4 num apparet illatum eſſe ex dolo, & violentia, *Capibl. pragm. 8. p. 1. n. 367.*, ubi ſic tradit deciſum per S.C. in cauſſa Univerſitatis Priuli cum ejus Illuſtri Marchione penes Jubenum Actuarium.

Damnificans ſeminata, ſive ſegetes illius Judicis ſortitur forum, in cujus ter-
5 ritorio damnum illatum eſt, prout deciſum tradit *Anna in ſing. 137.*, quem ſequitur *Ricc. collect. 103., & Capibl. d. pragm. 8. p. 2. n. 141.*, adeoquod etiam Neapolitani, qui trahunt, & non trahuntur, conveniuntur in foro damnificati. *Altim. de nullit. rubr. 9. qu. 26. n. 68., & de Angelis de Official. Baron. c. 196. n. 7., & 8.*: Quod intellige, dummodo in loco damni damnificans reperiatur, & non aliter, ut ſubdit idem *Capibl. d. pragm. 8. p. 2. n. 142., & citatus de Angelis cap. de damno illato n. 5.*

 Quo-

Digitized by Google

Quomodo autem appretiari debeat damnum illatum in ſegetibus in herba cõſiſtentibus? Receptum eſt in praxi, tria tempora eſſe conſideranda, tempus
6 illati damni in herba, tempus, in quo creverunt ſegetes, & tempus meſſis pro ſciendo eventu perceptionis fructuum, prout deciſum ait *Vivius deciſ.280.in 2.dub.Ricc.cit.colleſt.103.Thorus in compend.p.1.verbo, Animalia damnum dantia, de Angelis loc.cit.n.10., & Ricc.loc.cit.n.19.*, ubi tandem ſe conformat locorum conſuetudini.

In cauſiis damni dati appellatio non admittitur, quod actum ſuſpenſivum, ſed tantũ quoad devolutivũ, ut citatus *Altimari de nullit. ſententiarũ rubr.5.q.12.*
7 *n.5., & cit. de Angelis loc.cit.n.*48. Et a gravaminibus Curiæ Bajularis appellatur ad Curiam loci, ut ait *Affl. in Conſtitutione*, quæ incipit *Magnæ noſtræ Curiæ n.6. Frecc. de ſubfeud. lib.2. in 6. auth.*, quos ſequitur *de Marinis lib.1. re-*
8 *ſol.213.n.22.*, a qua appellatio interponitur ad Judicem ſecũdarum cauſſarũ, quia ſententia Capitanei in gradu appellationis a Curia Bajulari, dicitur prima cauſſa, reſpectu Judicis ſecundarum cauſſarum, ubi Baro habet primas, & ſecundas cauſſas, ut ait *Rendell. de Paſq. cap.9.n.2.*, quem ſequitur *Riccius loc.cit.cap.1.n.18.*

Tandem, reperto animali in actu damni, ſi ignoretur Dominus illius, praxis erit, ut emanentur banna in loco judicii, ubi fuerit repertum, & in locis
9 convicinis, cum ordinatione, quod qui ſua putaverit intereſſe, cõpareat, alias præfixo tẽpore elapſo, ac contumaciis incuſatis, animal vendetur ſubhaſta, & de ejus pretio ſatisfiet damnificato juxta æſtimationem damni, & Bajulo de pœna, & quod reliquum fuerit applicabitur in beneficium Univerſitatis, in cujus commodum cedunt bona vacantia, prout ſemper fuit practicatum, & pluries ego vidi obſervari in hac Civitate abſque ulla contradictione, ex quo hujus Civitatis Univerſitas in mulctis, aliiſque compendiis utitur juribus fiſci, in cujus beneficium cedunt bona vacantia.

AD CAPUT XXVI.

De Corroſione Arborum.

OBSERVATIO.

1 *Statuitur in hoc capitulo pœna contra eos, quorum animalia alienas arbores corroſerint.*

Litera hujus Capituli clara eſt, & tenues aliquas pœnas ſtatuit contra eos, quorum animalia in alieno territorio arbores, ſive alias plantas dentibus corroſerint, & habita ratione ad animalium qualitatem augentur, aut minuuntur pœnæ.

AD CAPUT XXVII.

De Damnis Datis in Areis, acervis lini, & Canapis.

OBSERVATIO.

1 *Statuuntur in hoc capitulo pœnæ contra damnificantes cum animalibus in areis, & acervis tritici, & aliarum frugum.*

2 *Quid ſi damnum illatum fuerit ab hominibus?*

3 *De jure 12 Tabularum, & juxta legem Dragonis contra frugum excuſſores, ſive fures ſtatuta erat pœna mortis.*

4 Pen-

4 *Pendente tempore, quo triticum a ſolo ſeparatum adhuc ad areas non eſt perductum, prohibitum eſt in agris immittere animalia.*
5 *Banna quoad hoc emanari ſolita, & quomodo pro eis pœnæ ſint exigendæ.*
6 *Tranſlato vero tritico, & ad areas perducto, licet cuilibet in agris animalia immittere, ubi ad rem plures adducuntur deciſiones.*

SI contra damnificantes in agris ſeminatis ſtatutæ fuerunt poenæ, ut in antecedenti cap. 25., graviores certè infligi debebant in caſu damni illati in ſegetibus jam a ſolo ſeparatis, & coacervatis in agris, ſive in areis;
1 Sata enim dum ſolo adhærent computantur ut herba; collecta autem, & a ſolo ſeparata loco fructuum ſunt, & proximè ad hominum alimentum, ſive commodum deſerviunt. Quia litera Capituli clara eſt, & in eo juxta animalium damnificantium qualitatem diverſæ imponuntur poenæ, non immoror in explicatione ipſius.

Si vero in ſegetibus jam maturis, & a ſolo ſeparatis, vel proximè ſeparandis damnum non ab animalibus, ſed ab hominibus fuerit illatum, utpote quia
2 fruges alienas de nocte, vel de die excuſſiſſent, aut maturas ſecuiſſent, rapuiſſentque, non erit locus contra eos poenæ hujus Capituli, ſed punientur poena furti: Non diſſimulo tamen de jure Romanorum, longe majorem contra hujuſmodi ſegetum fures inflictam fuiſſe poenam, nam in favorem agriculturæ, & ut homines a ſimilibus furtis abhorrerent, ſtatutum fuit, ut hujuſcemodi fures Cereri devoverentur, ac ſuſpendio necarentur, ut ex ſequentibus verbis legis 12 Tabularum: *Frugem aratro quæſitam furtim noctu ſi paverit, ſecuerit ve ſuſpenſus Cereri necator, impubes verberator, noxæque duplionem praſtato;* Qua in re non procul abiere Romani ab auſteritate
3 Dragonis Athenienſis Legiſlatoris, quem Plutarchus refert, fures agrorum pari cum ſacrilegis, & homicidis pœna damnaſſe; quæ pœna a Romanis poſtea fuit mitigata, ut ex ſequentibus Ulpiani verbis *in l. 27. §. ſi olivam ff. ad l. Aquil.: ſi olivam*, inquit, *immaturam decerpſerit, vel ſegetem deſecuerit immaturam, vel vuas crudas, Aquilia tenebitur. Quod ſi jam maturas, ceſſat Aquilia, nulla enim injuria eſt, cum tibi etiam impenſas donaverit, quæ in collatione hujuſmodi fructuum impenduntur; At ſi collecta hæc interceperit, furti tenetur.* Ad rem vide Baldovinum ad præfatam legem 12 Tabularum, quem ſequitur *Gravina in ſuo opere de origine juris.*

Subdit deinde capitulum noſtrum, in agris tempore meſſis, & pendente tempore, quo triticum a ſolo ſeparatum adhuc ad areas ductum non eſt, nemini
4 licere immittere animalia, invito Domino agri, ſub pœna tarenorum duorum pro qualibet vice. Cujus Capituli vigore fere quolibet anno emanatur banna cum comminatione pœnæ etiam majoris ea, quæ in Capitulo impoſita eſt: Et de facto cum in anno 1733 Adminiſtratores hujus Civitatis, & Caſalium pro ſimili banno inſtetiſſent, & bannum jam fuiſſet emanatum, prætendidit Curia ex officio procedere ad exactionem pœnæ contra tranſgreſſores, unde res deducta fuit ad iniquitatem; nam cogebantur ſolvere pœnam etiam ii, qui Domino agri conſentiente, & permittente animalia immi-

miſtrant; & è converſo contra multos non procedebatur, ex colluſione Binuariorum cum cuſtodibus animalium: Propterea tanquam Univerſitatis Advocatus inſteti pro interpretatione dicti banni, quod dicebam exequi debere, Domino agri conquerente, & inſtante pro exactione pœnæ in banno
5 contentæ, & non aliter ad ſolam Coadjutoris Curiæ petitionem, ex officio, tum quia quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter *l. Mandati Cod. mandati*; & non videtur furtum committi in re aliena, ubi ejus Dominus conſentit *l. inter omnes §. recte ff. de furtis*; Tum etiam quia contradicebat Curiæ obſervantia annorum præcedentium, & executio ſimilium bannorum alias facta, & idcirco in calce inſtantiæ Univerſitatis decretum fuit, quod procederetur ad exactionem pœnarum in banno contentarum ad ſolam partis inſtantiam, & bona contra aliquos executa ex officio, pro exactione pœnæ, fuerunt reſtituta. Reperi poſtea caſum in terminis tractatum, & eodem modo reſolutum a *Capibl. pragm. 8. de Baronibus p. 1. n. 398., & a Novario lib. 1. grav. 50. n. 3., & ſeq., & denuo tom. 2. grav. 109.*, ubi refert per extenſum decretum latum in cauſa ſimili ſub die 7 Septembris 1581. per eximium virum Vincentium de Franch. tunc Regium Conſiliarium ad inſtantiam Univerſitatis Vici de montanea cum ejus Barone.

Translato vero tritico, & ad areas perducto, in ſegetum ſtipulis, vulgo reſtucciis, uſus ſervat, cuilibet licitum eſſe animalia immittere, nec animalium
6 cuſtodes ab agrorum Dominis prohiberi poſſunt, ea ſcilicet ratione, quia in ſtipulis nullum Domini agri conſideratur præjudicium, qua ratione impellēte in anno 1581 ſic fuit deciſum per S. Conſ., ut refert *Novar. grav. 109. 102., & de Angelis de delictis, & pœnis cap. 34. n. 34.*. Eo magis quia de univerſali hujus Regni conſuetudine hoc videtur permiſſum, ut ait *Molfeſius ad conſuet. Neap. tom. 3. p. 18. q. 11 n. 1.*, & 6. ubi ſic habet, *hoc jure utimur in Regno, & ſic pluries vidi deciſum.* In facti contingentia vide *Carol. Anton. de Luca ad deciſ 301 de Franch.*, ubi *n. 6. ait*, in agris apertis poſt ſecatas ſegetes competere Civibus, & incolis jus paſcendi ex quadam facultate jure cujuſdam conſuetudinis Univerſalis, ſive jure Civico, imo naturali introductæ, quam conſuetudinem vigere per totam Europam teſtatur *Card. Tuſcus tit. 1. concl. 112., Cap. Latro conſult. 83. n. 10.*

AD CAPUT XXVIII.

De Colligentibus Legumina.

OBSERVATIO.

1 *Surripientes Legumina ex territoriis alienis puniuntur pœna hujus Capituli*

Legumina dicta ſunt a legendo, quod manu legantur, ut ait *Varr. lib. 1.* de re ruſtica; ea tamen licitum eſt legere in agro proprio, non in alieno; Un-
1 de ſi quis in agro alieno repertus ſit legere legumina ſive ſicca, ſive non ſicca, ſervata forma hujus Capituli, mulctatur pro pœna in aſſibus quinque, & in totidem aſſibus pro emenda, niſi damnum majus fuerit, quo caſu ſtabitur appretio, ut ſupra dictum eſt in terminis præcedentium capitulorum.

AD

AD CAPUT XXIX.

Quomodo ſint formandæ accuſationes, ſive querelæ pro damnis illatis.

OBSERVATIO

1 *In querela damni illati practicari debet diſpoſitio textus in leg. libellorum ff. de accuſ.*

2 *Qui denunciaverit animalia ultra verũ eorum numerum, tenetur ad pœnam in hoc cap. contentam.*

3 *Quid ſi Bajulus circa animalium numerum falſum juraverit?*

4 *Quid ſi damnificatus interpellatus noluerit inſtare pro damno.*

5 *Bajuli tenentur aſſignare Dominis animalium diem, in quo eorum animalia reperta fuerunt in fraganti.*

6 *Damnificantes ſi vellent ſe defendere, & damnum fuerit probatum, tenentur ad pœnam duplicatam.*

7 *Cuſtodes animalium tenentur ad refectionem damni, & ad pœnam. Quid autem ſi iſti non fuerint ſolvendo?*

8 *Plura animalia unita ſub uno cuſtode ad unam pœnam tenentur:*

IN qualibet accuſatione ſive de re gravi, ſive de re levi, practicandam eſſe diſpoſitionem textus *in l. libellorum ff. de Accuſ.*, ſumma ratione voluerunt
1 Doctores, ut enim inquit *Clarus §. fin. q. 12. verſ. exprimendum*, niſi exprimeretur in accuſationibus locus, & tempus admiſſi criminis, incerta procul dubio reddentur accuſatio, itaut non poſſet reus probando negativam coartatam ſe aliquo modo defendere, neque teſtes, qui contra eum deponerent de falſo convincere. Quod adeo verum eſt, ut Doctores *in l. Edita Cod. de edendo* nullius roboris dicant accuſationem, in qua deficit locus, & tempus commiſſi delicti, prout etiam tenuit *Gomes tom. 3. cap. qualiter formatur accuſatio n. 1.* Merito igitur in accuſationibus, quæ proponuntur de damno illato practicatur exprimi debere locum, & tempus illati damni, ad hoc ut accuſatus probando negativam coartatam poſſit ſe defendere, probando ſcilicet ejus animalia tunc temporis alibi fuiſſe, & idcirco falſam eſſe accuſationem, quod in hac propria materia damni dati notavit *Novar tom. 1. grav. 47.*, & proinde optima ratione in preſenti capitulo ſtatutum fuit, accuſatum infra certum tempus admitti ad faciendam probationem de abſentia ſuorum animalium a loco damni, qua probatione facta ipſe remanet abſolutus, & accuſator utpote calumniator condemnari debet ad pœnam, quam accuſatus, ſi vera fuiſſet accuſatio, ſolvere debuiſſet, juxta diſpoſitionẽ *textus in l. fin. C. de accuſat.*, & *toto tit. Digeſtorum ad Senat. Conſ. Turpill.*

In §. 2. ſtatuitur, quod ſi quis juraſſet ſe in agro alterius reperiiſſe tot animalia.
2 Sempronii, & revera fuiſſent animalia Sẽpronii in dicto agro, ſed non in ea quantitate, de qua dictus teſtis juravit, tunc Sempronius teneatur ad pœnam pro ea quantitate animalium, quæ fuerunt in dicto agro; & dictus teſtis, qui incautè juravit teneatur ad pœnam pro illis animalibus ſuperfluè aſſertis, & inſuper ad pœnam tarenorum duorum.

Si autem Bajulus juraſſet certam quantitatem animalium, quæ revera damnificans non haberet, ſtatuitur in fine huius cap., Bajulum teneri de perjurio,

3 &

3 & animalium patronum ad nihil teneri. Cur autem iſta diverſitas? puto
quia cum Bajulus ex officio teneatur circa damna omnia inveſtigare, & agatur de eius intereſſe, ſi aliquod aſſerit, ac jurat aliter ac eſt, ſupponitur ex
propoſito, ſive dolo feciſſe, ac proinde tenetur de perjurio: Non ſic in teſte,
in quo potius ſupponi debet error, quã malitia, & idcirco mitius coercetur.

Quia tamen in tit. *de Aeris Salubritate*, ex errore amanuenſium aliqui reperiuntur paragraphi, quorum diſpoſitiones pertinent ad materiam de damnis,
4 placuit nobis de eis in hoc titulo aliqua explicare; Inter alia autem habetur
in eis, quod tenetur Bajulus ſignificare Domino territorii damnificati, quod
repererit animalia in eius territorio, ad finem, ut ſi velit inſtare pro pœna,
& damni emendatione juxta formam præcedentium capitulorum, poſſit:
Qua notione habita, ſi damnificati noluerint inſtare, damnificantes ipſo facto remanent abſoluti, nec a Bajulo in aliquo moleſtari poterunt, cuius ratio eſt, quia damnum non irrogatur, Domino territorii conſentiente, vel ratum habente, & conferunt deducta per *Capibl. pragm. 8. p. 1. n. 394, & per Novarium L. 1. grav. 50. n. 3.*

Injungitur etiam Bajulis quod quando inveniunt animalia in actu damni, hoc
5 denunciare debeant Dominis animalium, cum aſſignatione diei, in qua damnum fuerit illatum, adhoc ut accuſatus poſſit ſe defendere, & contrarium
probare: Cum declaratione, quod ſi non apparuerit de damno, Dominus animalium nõ teneatur ad pœnam. Verum ſi denunciatus, ſive accuſatus, ſive
infraganti repertus vellet ſe defendere, & diceret, in territorio non adeſſe
damnũ; & de facto damnũ reperiatur, in pœnã petulantiæ, ſive mendacii, diſponitur in cap., quod teneatur ad pœnam duplicatam, juxta id quod adhuc
6 in materia damni cautum fuit *in primo capite legis Aquiliæ, & diſponitur in l. 2. ff. ad l. Aquiliam, in l. contra negantem C. eodem.*

In §. fin. diſponitur, quod ad damni emendationem, & ad pœnam non teneantur domini animalium, ſed eorum cuſtodes, nam ratione emolumenti, quod
7 ex cuſtodia percipiunt, tenentur bene cuſtodire animalia, & damna præcavere: Sed ſi cuſtodes non eſſent ſolvendo, tunc Dominus cogi poterit ad ſatisfactionem illati damni, & pœnæ Capitularis, ſalvis ei juribus contra famulum, ſive cuſtodem, quæ omnia congruunt rationi, & faciunt deducta
per *de Angelis cap. de damno dato n. 9.*

Si animalia plurium Dominorum reperiantur unita ſub uno cuſtode, & ſic u-
8 nita damnum dederint ait Novar. *lib. 1 grav. 45*, quem ſequitur *De Angelis loc. cit. n. 30.* unicam pœnam exigendam eſſe, cum ſit habenda ratio ad cœtum, ſive communionem, non ad Dominorum diverſitatem, eo magis quia
in materia pœnarum benigne procedendum eſt, & pœnæ ſunt potius reſtringendæ, quam ampliandæ *l. factum, § fin. de Regul. jur., cap. 1. de reg. jur. in 6*

AD CAPUT XXX.

Sine Judicum Decretatione non licet procedere contra damnificantes.

OBSERVATIO

1 *Juriſdictio circa damna reſidet penes Judices Bajulationis.*
2 *Abſque decretatione Judicum Bajuli nihil facere poſſunt, & ſi proceſſerint ad exe-*

executionem pro pœna contra damnificantes puniuntur pœna hujus Cap.

3 Injungitur obſervantia hujus Capituli.

PRo intelligentia hujus Cap. ſupponendum eſt, ſub nomine Bajuli in hac Civitate, & in his Capitulis municipalibus venire conductorem Bajulationis, in cujus beneficium convertuntur Bajulationis compendia, quæ ſunt pęnæ pro damnis illatis. Is autem nullam habet
1 juriſdictionem, cum omnis juriſdictio circa damna, ac in decernendis damnorum pęnis reſideat penes tres Judices, qui ſinguli annis eliguntur a Decurionibus hujus Civitatis, ac proinde Judices Annales vocantur, qui ſaltem quolibet menſe cum interventu Actuarii hujus Curiæ expendere debent querelas, & accuſationes porrectas de damnis, & juxta earum qualitatem accuſationes admittere, vel repellere, & accuſatos condemnare, vel abſolvere: Unde abſque decreto dictorum Judicum Bajuli nihil facere poſſunt, ſcilicet nec ad emendationem, & ſatisfactionem damnorum cogere damnificantes, nec pęnas exigere. Inde eſt, quod in hoc Cap. ſtatuitur, Bajulos neminem pignorare poſſe, nec pignorari facere abſque Iudicum decre-
2 tatione manu Actuarii, ſive Notarii publici conſcripta, & ſi quid contra formam hujus Cap. fuerit factum, ſit nullius roboris, & inſuper pignora teneantur reſtituere; & ultra hæc quod teneantur ad pęnam unius Auguſtalis. Vtinam iſta adverterent ii, ad quos ſpectat, ac in quolibet caſu contraventionis hujus Cap. contra Bajulos exigeretur pęna in eodem ſtatuta, nam non
3 ita crebræ viderentur injuſtitiæ, & pauperum oppreſſiones cum evidenti conſcientiarum, & juſtitiæ detrimento.

AD CAPUT XXXI.

De Damnis illatis ab animalibus Clericorum.

OBSERVATIO

1 *Laicus pro damno poteſt Clericum reconvenire.*
2 *An pœnæ Capitulares circa damna ligent Clericos.*
3 *Cuſtodes animalium Clericorum tenentur ad pœnam.*
4 *Sed quid ſi animalia Clericorum non detineantur ſub cuſtode?*

VIgore hujus Cap. laico convento in Curia Bajulari a Clerico, de damno illato ab ejus animalibus, facultas datur in eadem Curia Clerică reconveniendi de damno ipſi laico illato ab animalibus Clerici, vel de alia cauſa,
1 quæ reconventionem non excludit: Cui reconventioni ſi Clericus noluerit reſpondere, ſuſpenditur cauſa conventionis a Clerico propoſita contra laicum. Cujus Cap. diſpoſitio juris rationi quammaximè aptatur, quia actor dedignari non debet eum contra ſe habere judicem in eodem, vel diverſo negotio, cujus in agendo obſervat arbitrium. *Cap. 1. & 2. de mutuis petit. l. cum Papinianus Cod. de ſententiis, & interlocut. &c.*

Succeſſive agit Cap. de damnis datis ab animalibus Clericorum, & dicit, Clericos pro dictis damnis teneri ad pęnas ſtatutas in antecedentibus Cap. applicandas tamen in beneficium Curiæ Eccleſiaſticæ. Quid autem ſit de jure, non concordant Doctores, nam *Lucas de Penna in l. 2. Cod. de Navib. non exc. lib. 11 Guttierez pract. qq. 4, Polidorus, & alii,* quos refert *Rovit. in pragm. 1. de officio Bajuli* dicunt in caſu prædicto locum eſſe pęnæ in dicta prag. ſtatutæ.

Digitized by Google

tutæ. Contra autem *Reg. de Marinis lib. 1. reſol. 220. num. 11*, ubi ait practicari in Regno, quod quando Clericorum animalia reperiuntur in actu damni, capiuntur per Cuſtodes territoriorum, & ad Curiam ſecularem ducuntur, ubi comparentibus Clericis, eis conſignantur abſque ulla pœnæ ſolutione, ſed tantum ſolvunt damnum, quod vere paſſus eſt dominus territorii; hujusque ſententiæ ait eſſe *Vulpell. in tract. de libert. Eccleſ. p. 3. n. 5*, quem citat, & ſequitur *Carol. de Craſſis de eff. Cleric. effect. 2. n. 140.*

Sed Leonard. Ricc. *in præfat. tit. de Praxi cauſ. damni dati cap. 3. n. 5.* ſequens *Carleval. de Judicib. l. 1. tit. 1. diſp. 2. a n. 155. uſque ad 159.* ait, in hoc Regno Neapolit. ſervari conſuetudinem relatam a Vivio *dec. 280.* ubi etiam refert deciſum, quod Cuſtodes animalium Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum perſonarum teneantur pœnam ſolvere, & non ipſi Clerici, vel Eccleſia, & ſic videtur dictam conſuetudinem conformari cum declaratione facta per S. Congregationem Immunitatis in un una Terracinenſi relata *ab Aldano in compend. canon. reſol. l. 2. tit. 44. n. 105* ea ratione quia ipſi Cuſtodes laici mercedē recipiunt pro cuſtodia animalium, & ſtante dicta mercede damna tenentur evitare; Non aliter quam Coloni Eccleſiarum, & Clericorum tenentur ſervare banna, quæ emanantur a Portulanis, & contra eos exequuntur pœnæ, & non contra Clericos Dominos territoriorum, ut in Inſtruct. Reg. Cameræ Summariæ *n.*

Sed quid dicendum, ſi animalia Clericorum, puta Equus, Sus, & ſimilia non fuerint detenta a cuſtode laico, ſed detineantur per Clericos, & damnificent
4 aliena territoria? In caſu prædicto tenendum eſt cum *Joann. de Ripoll. variar. reſol. cap. 1. n. 20 relato a cit. de Marin.* quod poſſunt capi, & detineri animalia donec, & quouſque ſaltem de damno vere illato fuerit Domino territorii ſatisfactum, ea ratione quia animalia damnificantia ſunt de foro ſeculari *ex Baldo in l. de his Cod. de Epiſcop. & Cleric.*, & caſu quo Clericus fuerit renitens damnum ſatisfacere, per Judicem laicum animalia vendi non poſſunt, ſed adiri debet Judex competens ipſius Clerici.

AD CAPUT XXXII.

De comburentibus Arbuſta, ſive alias Arbores in prædijs alienis.

OBSERVATIO

1 *Auguſtalis pœna imponitur contra comburentes ſtipulas in territoriis arbuſtatis,*
2 *Quid ſi ignis fuerit immiſſus in die ventoſo? augetur pœna.*
3 *Secus ſi ventus poſt immiſſionem ignis ſupervenerit.*
4 *Si incendium fuerit cauſatum dolo malo in Civitatibus, vel Oppidis, augebitur pœna uſque ad mortem.*
5 *Quid ſi incendium immiſſum fuerit in Campanea, vel paleari?*
6 *Quid autem ſi incendium cauſatum fuerit culpa lata, vel levi?*
7 *In caſu vero culpæ leviſſimæ, tenebitur tantum ad damnum, ubi differentia inter culpam leviſſimam in committendo, & in omittendo.*
8 *De caſu vero fortuito nemo tenetur; ubi quando incedium dicatur eveniſſe caſu fortuito.*
9 *In dubio autem quid præſumi debeat?*

10 *De incendio cauſato a famulo,tenetur Dominus civiliter, non vero criminaliter;ipſe autem contra famulum habet actionem ad intereſſe.*

AUguſtalis pœna imponitur contra eos,qui combuſſerint ſtipulas in territoriis arbuſtatis abſq; eo,quod prius extirpaverint illas ſiſtentes prope
1 arbores,vel niſi hoc fecerint de voluntate Domini Arbuſti:cum declaratione quod ſi ex hoc in arbuſto damnum incendio inductum fuerit, ultra dictam pœnam teneantur etiam ad damnum iuxta appretium faciendum per duos æſtimatores: Augeri poſſet pœna, & reduci ad pœnam arbitrariam, ſi,
2 ignis immiſſus fuerit in die ventoſo,ex quo tunc videtur eſſe in culpa lata, ut diſcurrit *de Angelis de delict.& pœnis cap. 76.n.9.* , & *Riccius in collect. 182.in fin.*

Sed ſi poſt immiſſionem ignis in ſtipulis vetus ſupervenerit,& ex eo damnum in arbuſtis, ſive aliis arboribus illatum fuerit, immittens non punietur cri-
3 minaliter, ſed tantum cum eo agi poterit ad intereſſe. Unde *Conſ Thorus voto* 27. tradit in ſimilibus caſibus ſemper provideri,quod remota criminalitate,civiliter agatur , nam cum cauſſatur incendium vi ventorum,qui ſupervenerunt poſt immiſſionem ignis, ruſticus non videtur eſſe in culpa,ut ait *Ulpin.in Succo q.110.n.21.*

Si vero incendium fuerit immiſſum dolo malo, & ad vindictam,& fuerit im-
4 miſſum inCivitate,vel oppido,ex quo ex eo hominum mors cauſſari poteſt, incendiarii pœna mortis coercentur *l.qui ædes ff.de incend;& ruin.&c l.capitalium §.incendiarii ff.de poenis,Caball.caſu 123., Menoch.de Arbitr.jud.l.2. caſu 390.*

Sed ſi immiſſum fuerit extra Civitatem,vel oppidum, ceſſante qualitate craſſationis, punietur incendiarius mitiori poena , puta triremium, ut ait *Afflict.inConſt.qui dolose,Muſcatellus de cogn.delictor.,ca.de Incend.ruin.& c.n.* 34.ubi ait,quod ſi incendium ſit dolo cauſſatum,dummodo ex eo homo non
5 moriatur,nec incendiarius mori debet,excepto caſu,quo alia concurreret circumſtantia gravans , ac delinquens ſolitus eſſet ſimilia perpatrare *Gramm, vot.19.n.3.* Tu autem in facti contingentia vide *Farinac.de variis,& diverſ. crim.q.10.n.6,*ubi ad judicis arbitrium remittit poenas incendii , & earum commutationem ; non enim eadem poena puniri debet qui in campanea unum paleare comburit,quam qui domum magni valoris,ſive rura; qui ſolitus eſt talia facere, quam primò delinquens. Vide *Clarum in §.fin.q.63,verſ. item illi.*

Ceſſante vero dolo,ſi incendium ex alterius culpa lata , vel levi contingerit,
6 in hoc conveniunt omnes,ut incendio cauſſam præbens ad damni emendationem teneatur;Sed quo ad pœnæ impoſitionem variant pro modo culpæ; At magis communiter ad Judicis arbitrium ſe remittunt, ut ait *de Marinis ad deciſ.26.Revert.n.3.*

In caſu culpæ leviſſimæ,etſi conveniant omnes,non eſſe locum pœnæ;reſpectu tamen intereſſe,ſive emendationis damni dicunt agi cum eo poſſe,ſi admiſ-
7 ſa fuerit culpa leviſſima in committendo,ſecus vero ſi fuerit admiſſa in omittendo,ex quo major reputatur culpa in faciendo,quam in omittendo, ut

loquuntur *Cap. Latro conſult. 135. a n. 21. uſq; ad 35, & Aſſl. dec. 37. n. 7. & ſeq.* Quid autem in iis caſibus, in quibus quis culpam etiam leviſſimam præſtare tenetur, puta in commodato, vel in aliis contractibus, qui fiunt in gratiam ſolius accipientis? exiſtimarem de culpa etiam leviſſima in omittendo teneri commodatarium, ſive alium hujuſcemodi ex dictis *per cit. Cap. Latr. d. conſult. 135. n. 40*, ubi citat *Grammat. dec. 3. n. 2, & De Angelis cit. cap. de Incend. n. 5. verſ. ſi ex leviſſima.*

Sed in caſu fortuito conductor, ſive alius quilibet ad nihil tenetur, cum nulla eorum intercesserit culpa *Rovit. dec. 59.* ubi *Altimar. Reg. de Marinis loc. cit.*

8 *Thorus in compend. verb. vicinus part. 1. & verb. Incendium part. 3.* Quomodo autem probetur caſus fortuitus, docent *Alex. conſ. 50. n. 4. lib. 1, Maſcard. de probat. concl. 271, & ſeq.*: & exemplificari poſſet cum citato de Angelis, quando incendium ortum habuit in loco, ubi ignis accendi non conſuevit, vel quando a fulgure cauſatum fuit, vel vi ventorum, vel juxta caſum relatum *a cit. Cap. Latro d. conſult. 135.*

Querunt autem Doctores, quando ignis domum locatam comburit, an damnum paſſus neceſſe habeat probare culpam inhabitantium, ad hoc ut con-

9 tra eos ſequi poſſit condemnatio, an vero culpa prædicta præſumenda ſit, ita ut ad eam excludendam conductor teneatur probare omnem diligentiam adhibuiſſe? Quod idem eſt, ac querere, utrum in dubio incendium culpa, vel caſu fortuito cauſatum dicendum ſit: In qua queſtione *Gaillus pract. obſerv. lib. 2. concl. 20. n. 4, Maſcard. de probat. concl. 892. n. 7, Carocc. de locat., & cond. cap. de Incend.* dicunt a Locatore conductoris culpam probandam eſſe, ut conductor ad damni emendationem teneri poſſit. Contra autem, quod ſemper culpa inhabitantium, ſive vicini cenſeatur cauſatum incendium, niſi iidem ad talem præſumptionem excludendam probaverint omnem diligentiam adhibuiſſe, tenent *Gramm. d. dec. 3. Facb. n. lib. 1. contr. 87.* & alii relati *a Cap. Lat. d. dec. 135. n. 35* cui ſecūdę sētentiæ favet *text. in l. 3. ff. de Offic. Præf. Vigil.* ibi. *Quia plerumq; incendia culpa fiunt inhabitantium*: Cujus culpæ præſumptio probatione diligentiæ tollitur, ut habetur in *l. ſi vendita, ff. de peric. & comm. rei vend.*, ubi ſic ait Juriſc. *Quamobrem ſi diligentiam venditor adhibuiſſet eam in inſula cuſtodienda, quam debent homines frugi, & diligentes præſtare, ſi quid accidiſſet, nihil ad eum pertinebit.* Juxta quam ſententiam per Senatum Lipſienſe tradit deciſum *cit. Cap. Latro.*

Pro incendio cauſato per famulum, ſive per operarios Dominus criminaliter non tenetur, quia nemo ex alterius dolo ad pœnam aliquam condemnari

10 poteſt, teneri tamen poteſt civiliter, ut tradunt *cit. Gramm. d. deciſ. 3. nu. 9, Ricc. collect. 1550, & de Angelis d. cap. de incend. n. 7.* Tenetur tamen famulus ad intereſſe erga Dominum, quando eius culpa lucernam negligenter cuſtodientis incendium acciderit; ut ait idem *Gram. n. 10, & cit. de Angel. n 8*

AD CAPUT XXXIII.

De Pratis.

OBSERVATIO

1 *Cuilibet in propriis fundis licitum eſt clauſuras facere pro commodo ſuorum animalium.*

2 In

2 *In præfatis clauſuris nemini licitū eſt animalia introducere, vel herbas ſecare*
3 *Secus vero ſi fierent ultra neceſſitatem, & ad æmulationem.*
4 *In pertinentiis hujus Civitatis adſunt diverſæ clauſuræ in territoriis etiam privatorum.*
5 *Excipitur ſi clauſuræ fierent in territorio magni tenimenti, quia hoc eſſet novas defenſas facere.*
6 *Nec etiam Eccleſia poteſt novas defenſas facere.*
7 *Probibitio novas defenſas faciendi procedit etiam de jure antiquo.*

IN hoc capitulo datur cuilibet facultas in ſuis territoriis clauſuras facere, pro ſervitio ſuorum animaliū, ut commodiora, & meliora paſqua habeant, ſcilicet pro herba Bovum deſervientium pro cultura agri, vel ovium, vel
1 caprarum, vel pro ſervandis vitulis a lupis: Quod quidem cuilibet in ſuo licitum eſſe voluit *text. in l. provincias, Cod. de Ædif. priv.* & voluit *Covarr. pract. reſol. cap. 37, & Card. de Luc. de ſerv. jur. paſcendi diſc. 37. & 38.* Quibus conſentit *Capibl. in prag. 11. de Baron. n. 31, & ſeq. & p. 2. cap. 34. n. 11, & 12.* ubi ait non obſtare diſpoſitiones dictæ *Prag. 11. & pragm. 1. §. 9. de ſalario eorū, &c.* in quibus prohibitum eſt facere defenſas, & foreſtas abſq; Principis permiſſu, quia diſpoſitiones dictarū pragmaticarum rectè procedunt, quando tractatur de magno territorii tenimento, in quo civium animalia ſolita ſunt depaſci, ſed claudere aliquem locum non magni circuitus pro uſu propriorum animalium, nemini unquam vetitum fuit, inde eſt, ut ait idem *Capibl.* quod maſſarii faciunt mezanas, & ſigna ponunt, ut nullus ingrediatur,
2 ſubd itq; furti pœna puniri eos appenſate herbam dictorum locorum furantes; *& in d. pragm. 11. n. 31* adducit deciſionem S.C. in cauſa Univerſitatis Piſticcii cum ejus Barone, cujus deciſionis meminit etiam *Novar. de Grav. grav. 34. lib. 1.*

Quæ tamen non procedent, ſi clauſuræ prædictæ fierent ad æmulationem, malignitatem, & negotiationem, quia non poſſet Dominus ita proprios fundos
3 claudere, ut eorum herbas cum jure privativo aliis vendat, ibique exterorum animalia introducat, quoniam id ei non permittitur, quia eſſet facere novas defenſas. Vide *Vaſq. contr. Illuſtr. cap. 47. cit. Capibl. d. pragm. n. 32. & Carol. Ant. de Luc. ad deciſ. 301. de Franch. n. 7.*

Hinc eſt, quod in pertinentiis hujus territorii Calatini, & in ſpecie in Caſali Planæ multæ reperiuntur clauſuræ pro uſu bovum, aliorumque animalium
4 civium hujus Civitatis, & Caſalenſium, quorum herbæ quandoq; propriis animalibus deficientibus, etiam vendi ſolent, pro uſu, & alimonia animalium exterorum, quæ idcirco tolerantur, quia exigui ſunt diſtrictus, & ideo non præjudicant uſui civium pro alendis eorum animalibus.

Novas autem defenſas facere, ſive clauſuras notabilis tenimenti, de jure noſtri Regni omnino eſt prohibitum ſine Regis, ſive Proregis permiſſu, ut in Conſtitutione noſtri Regni, quæ incipit *Magiſtri Foreſtarum*, & in cap. noſtri Regni, quod incipit *Boves ſine campanis*, & expreſsè prohibuit Rex Ferdinandus in *Prag. 1. §. 9. de Salar. eor.* & ibi: *Cum nec Comitibus nec aliis foreſtas, ſive defenſas abſq; noſtra conceſſione inſtituere liceat, & quæ inſtitutæ fuerint di-*

dimitti, præcipiantur: Statuimus ſimiliter, & jubemus, quod defenſæ omnes, ſive foreſtæ noviter, quæ ſcilicet antiquitus non ſint, ab omnibus cujuſvis dignitatis, gradus, conditionis, prærogativæ, prorſus, & omnino dimittantur, itaut liber ſit illis uſus, quibus antea competebat. & noviter in *Prag.* 11. *de Baronib.* ubi *Capibl.*, & conſonant dicta per *Covarr. d. c.* 37. *n.* 3, ubi ita etiam ſervari ait in Regnis Hiſpaniarum; & de Regno Aragoniæ teſtatur *Cancer. part.* 3. *variar. cap.* 4. *n.* 72. Quod quidem omnibus generaliter eſt prohibitum, nec
6 ab hac prohibitione eccleſiaſticæ perſonæ, Monaſteria, vel alia loca pia ſunt exempta, nam ſicuti Clerici, & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ habent uſum paſcendi in demanialibus Univerſitatum, & in territoriis privatorum, ita & in territoriis propriis eundē uſum laicis præſtare tenentur, ut ait *Rovit. in d. pragm.* 1. *n.* 18, ubi refert deciſionem S.C. pro Univerſitate Stili contra Monaſterium S. Stephani de Nemore: Eo magis quia prohibitio novas faciendi
7 defenſas eſt antiquior Capitulis, & Regiis Pragm. ſupra enunciatis, ut obſervat *Rendell. de Paſquis part.* 2. *cap.* 3. *Rovit. loc. cit. & de Luc. ad dict. deciſ.* 301. *n.* 7.

AD CAPUT XXXIV.

De Servientibus, & Bajulis.

OBSERVATIO

1 *Taxatur ſalarium Alguzeriorum, & Bajulorum.*

NE Alguzeriorum, Bajulorum, & Curiæ ſervientium aviditas ultra debitum litigantibus damno ſit, ſtatuitur in præſenti Cap., eos in pignoribus capiendis nihil pro ſe ſumere poſſe, ſed pro qualibet notificatione debere habere tantum granum unum, & pignora integra præſtare.

AD CAPUT XXXV.

De Ritu Laboratorum.

OBSERVATIO

1 *Coloni territorium, reſpectu Domini, veniunt nomine ſociorum.*

2 *Coloni tenentur certiorare Dominos prædiorum tempore meſſis, traductionis frugum ad areas, & tempore triturationis.*

3 *Nemini, invito Domino, & abſque ejus conſenſu licitum eſt colere aliena territoria.*

4 *Servata forma hujus Cap. etiam poſt inceptum laborerium licitum eſt meliorem conditionem offerre Domino prædiorum, dummodo hoc fiat in tempore opportuno.*

SUb nomine laboratorum in præſenti Cap. veniunt coloni Prædiorum, qui ea colenda ſuſceperunt, ut fructus, qui ex eis percepiuntur, dividant cum eorum Dominis, uti ſociis; non enim alio nomine, quam Sociorum nuncupari debent, ex eo quia prædiorum Domini conferunt proprietatem, ſcilicet ipſa prædia, ex quibus fructus percipiuntur, & e contra Coloni conferunt eorum operas, & induſtriam; mirum autem eſſe non debet, ſi coloni ex prædiorum fructibus plus percipiant, quam ipſi Domini prædiorum, nam ut ait Juſtinianus Servii Sulpitii ſequens ſententiam *in* §. 2. *Inſt. de Societa-*

te:

*ra:Sapè quorundam ita pretioſa eſt opera in ſocietate,ut eos juſtum ſit conditio. ne meliori in ſocietatem admitti:*Nec diſſentit *Vlpianus in l. ſi non fuerint* 29. *eod.tit.*ibi:*Si vero placuerit,ut quis duas partes, vel tres habeat, alius unam, an valeat? & placet valere,ſi modo aliquid plus contulerit ſocietati, vel pecunia vel opera,vel cujuſque alterius rei.*Et paulo infra:*Plerumque enim tanta eſt induſtria ſocii,ut plus ſocietati conferat, quam pecunia:* Notum autem eſt,operas ut plurimum pecuniæ,& proprietatis,quam alter ſocius confert, vices ſuſtinere,& quandoque ſuperare;unde *Plautus in Aſinaria Act.*1.*ſc.*3

Par pari datum hoſtimentum eſt,opera pro pecunia.

*& in l.*52.*§.*1.*eod. Pretium operæ, & artis eſt levamentum*, ideſt æquamen, ſive ἀνάσωμα;merito igitur in præſenti noſtro Cap.,in quo de diviſione fructuum agitur inter ſocios, injungitur Colonis, ut tempore recollectionis fructuum,Dominos territoriorum certiores faciant,ut tempore meſſis, aſportationis ſegetum ad areas,& tempore triturationis earundem,aſſiſtant,cum
2 comminatione,quod ſi aliter fecerint coloni,teneantur Dominis correſpondere de fructibus ad eam rationem,ſecundum quam fructus reddunt territoria vicinorum:Qua requiſitione facta, ſi Dominus noluerit intervenire, colonus ſit excuſatus,nec ad aliquid teneatur.

Ex eadem ratione ſtatuitur,neminem contra Domini voluntatem poſſe terri-
3 toria aliena colere,ſive ſerere, ex quo nemo invitus ſocietatem cum alio inire tenetur,vulgatis juribus.

Poſt contractam autem ſocietatem territoriorum,imo poſt incœptum laborerium,ut dicunt,permittitur vigore hujus Cap.,cuilibet meliorem conditio-
4 nem offerre Domino territoriorum,cum declaratione quod hac facultate poſſit quis uti durante,menſe Februarii,& non ultra:Sed hoc receſſit ab uſu & ſumma quidem ratione,nam de jure communi nemini licitum eſt a contractu perfecto recedere ſub prætextu novi additamenti, ut habetur *in l. de contractu Cod.de reſcind.vendit.*cum aliis concordantibus, niſi in caſu Eccleſiæ,Fiſci,minorum,& Univerſitatis de quibus luculenter *Rodoerius conſ* 44.*per totum*.

AD CAPUT XXXVI.

De Collectis.

OBSERVATIO

1 *Collecta,ſive Bonetenentia debent ſolvi de fructibus prædiorum*
2 *Collectarum onus incognitum ante tempora Friderici II.*
3 *Temporibus Caroli II.Andegavenſis ſtatutum fuit, ut quolibet anno renovaretur appretium.*
4 *Ab Alphonſo I.introduci cæpit onus foculariorum,quod poſtea varia recepit incrementa.*
5 *Collecta,& Bonatenentia debet ſolvi non tantum de ſtabilibus,ſed etiam de annuis introitibus,*
6 *Collecta,& bonatenentia de annuis introitibus debet ſolvi ab eorum emptore:*
7 *Niſi adeſſet pactum,ut a venditoribus ſuſtineantur.*
8 *Sed in annuis introitibus venditis ab Univerſitatibus, pacto immunitatis non obſtante,adhuc ſolvi debet ab emptoribus.* 9 *Si*

Digitized by Google

9 *Si bona, ſuper quibus vend'ti ſunt annui introitus eſſent ſita in alia Univerſitate, ſolutio bonatenentiæ eſt facienda cum Univerſitate, ubi ſita ſunt bona.*

10 *Clerici tenentur ſolvere bonatenentiam de bonis emptis, & donatis tempore Clericatus.*

11 *De bonis vero emptis, & donatis ante Clericatum indubiè non tenentur contribuere; ubi deciſio Reg. Cameræ.*

COlleƈtarum onus eſſe onus mixtum reſpeƈtu civium inhabitantium, ex quo perſonis imponitur pro rebus; reſpeƈtu vero exterorum, ſive forenſium eſſe onus reale, communiter voluerunt DD., inter quos *Capyc. in Inveſtitura, verbo Immunitates, Baldus in l. Per Bythiniam n. 2. Cod. de Imm. non conced. lib.* 10, & alii relati a *Reg. de Marinis Alleg.* 88. *n.* 6., idcirco ex fruƈtibus prædiorum, quibus tale onus inhæret, in utroque caſu ſolvendas eſſe, non ambigitur; ſic enim voluit *Bartolus in l. interdum § quoties, ff. de publ. & veƈtig. & Andreas in cap. 1. verſ. & plauſtrorum quæ ſint regalia*, ibi: *Indiƈtiones quidem temporariæ ſolvuntur ab his, qui fruƈtus percipiunt*, ubi allegat *text. in l.* 1. *Cod. de ann. & trib. lib.* 20.; merito igitur in noſtro capit. diſponitur quod ſi colleƈtarum, ſive bonatenentiarum debitor eas ſolvere renitens erit, ad inſtantiam exaƈtoris, teneatur colonus partiarius de fruƈtibus territorii ad eundem Dominum pertinentibus, retinere competentem quantitatem pro ſatisfaƈtione ipſarum colleƈtarum, ſive bonatenentiarum, alias quod teneantur de proprio in beneficium exaƈtoris; & quod pro notificatione facienda colonis ſufficiat citatio generalis, & per proclama, ut in § & emiſſo hujus Cap.

In qua materia a Doƈtoribus ſufficienter agitata hoc tantum adnotare libet,
2 quod Colleƈtarum onus in hoc Reg. erat incognitum ante tempora Friderici ſecundi Imperatoris, a quo primum hoc onus inter Regni habitatores fuit introduƈtum, quod tamen poſt tempora Friderici ſub nomine donativi exaƈtum fuit, & in ſex colleƈtis generalibus conſiſtebat, ut notant Andreas, Capycius, aliiſq; relati a citato *de Marinis d. alleg.* 88. *n.* 3, Pro quarum col-
3 leƈtarum exaƈtione Carolus ſecundus ſtatuit, ut quolibet anno in ſingulis Civitatibus renovaretur appretium, & quod in eo colleƈtarentur non tantum Cives, ſed etiam forenſes pro rebus per eos poſſeſſis, ut in cap. Regni *in Singulis* 194.

In quo ſtatu iſta colleƈtarum exaƈtio permanſit uſq; ad tempora Alphonſi, cui in generali parlamento Neapoli habito in anno 1442 fuit oblata annua ſo-
4 lutio carolenorum decem pro quolibet foculari, cũ hoc tamen quod Rex daret tuminum unum ſalis cuilibet ex focularibus quolibet anno, & tolleret omnem colleƈtam tam ordinariam, quam extraordinariam, adeo quod ad nihil aliud populi tenerentur, & de triennio in triennium fieret numeratio foculariorum. Quibus oblationibus Rex ſuum præſtitit aſſenſum, ut habetur *in cap.* 1, 2, & 7. *Regis Alphonſi*; ex quo tempore in hoc Regno onus focularioram ſucceſſit in locum antiquarum colleƈtarum, quod exinde iuxta varias Regum, & Regni neceſſitates diverſa recepit incrementa, & in *Prag.* 20. *de veƈtigal.* redaƈtum reperitur ad annuos carolenos quadraginta duos pro quolibet foculari. Colle-

Collecta,ſive Bonatenentia non tantum exigitur de bonis ſtabilibus, eorumq;
5 fructibus, ſed etiam de annuis introitibus,qui ſtabilium loco habentur, ut ſcripſit *Lucas de Penna in l.agros n.10.C.de Fundis Limitroph.l.11., Neapodanus in Cap.Regni*,quod incipit *Porrecta n.19*,nec in praxi hoc ullam recipit difficultatem,niſi in Neapolitanis, qui de annuis introitibus emptis tam a Regni Univerſitatibus,quam a particularibus,bonatenentiam non ſolvunt, ut pluries judicatum teſtatur dictus *de Marinis dict.allegat.*88.*n.*14.

Quæſtio autem eſſe poſſet,a quo debeat exigi collecta pro dictis annuis introitibus,ab emptore,an vero a venditore? Et ab emptore ſolvendam eſſe ſua-
6 det ratio. Primo,quia regula eſt in jure,quod ille ad onerum ſolutionem tenetur,qui fructus percipit ex rebus dictis oneribus obnoxiis, *ut in l.Hactenus* 8.*ff.de Uſufr.l.*1.,*& 2.C,de ann.*, *& trib.l.*10.*l.ſecundum naturam de Reg. juris.*Secūdo,quia alias venditor duplici onere gravaretur,nempe præſtaret annuum reditum creditori, & onus collectæ in beneficium Univerſitatis, quod repugnat *l. Navis onuſtæ §. cum autem ff. ad l. Rhodiam de jactu l. Sticho in fin.de uſufr.legat:*Tertio,quia a pari gabellæ onus ad venditorem non ſpectat, ſed ad emptorem *l.debet* 27.*ff.de Ædil.edict.*, *&* tradit deciſum *Capell.Tholoſ.dec.*151.Et quarto deniq;quia ratio,quare imponitur gabella pro bonis illa eſt, ut quilibet pro modo ſuarum facultatum onera ſuſtineat, ut habetur *in cit.cap.Regni In ſingulis*; ſi autem emptor cenſus non ſolveret collectam, non taxaretur juxta ſuas facultates, & eſſet longè melioris conditionis illis,qui poſſident alia bonorum genera, nempe ſtabilia, pro quibus certa ſolvitur collecta, quod eſt abſurdum; & idcirco contra emptorem annuorum introituum communiter ſentiunt Doctores,quos congerit *cit. de Marinis alleg.*88.*n.*20.

A qua communi concluſione excipi poſſet caſus, ſi ex pacto venditor in In-
7 ſtrumento vēditionis annuorum introituum ſe obligaſſet ad collectarum ſolutionē pro annualitate vendita, tunc enim dubio procul collectarum onus ad venditorem pertineret,prout pluries per Reg.Cam.ait reſolutum *R.de Marinis l.*1.*reſol.*11.*n.*16.; niſi forſan,ut ſubdit idem Author, annui introitus exigerenrur ad rationem decem pro centenario, eo enim caſu tale pactum immunitatis uti illicitum improbaretur, quia hoc modo emptores exigerent pluſquam decem pro centenario,quod a ſummis Pontificibus expreſsè vetitum fuit; ſicque judicatum refert *Camillus de Curte in diverſ.juris feudalis in q.*quæ iucipit,*Redeundi*,& in caſu ſimili *Joannes Baptiſta Caſtill. deciſ.*132.

In caſu autem emptionis ann. reddituum ab Univerſitatibus,etſi ſolutio ſit ad
8 minorem rationem decem pro centenario,prout jam ſunt vigore Reg.Prag. redacti ad rationem annuorum ducatorum quinque,non obſtante pacto immunitatis a bonatenentiis inito cum Univerſitatibus, adhuc bonatenentiæ pro eis ſolvendæ ſunt ab emptoribus, ut pluries reſolvit Reg.Cam., & ſignanter *arreſt.*630.*penes de Marin.*,pro cuius arreſti executione prodiit reſcriptum Excell. Proregis ſub die 22 Martii 1633 Reg. Cameræ directum, quo fuit ordinatum expediri ordines generales per totum Regnum,ut om-

Q nes

nes Univerſitates de illo notitiam haberent, de quo etiam meminit *Cap. Latro dec. 116. n. 51.*, ubi ſic eſſe tradit deciſũ per S.C. in anno 1637: Juvat tamen videre eundem de Marinis *in adnotat. ad Arreſtum 585*, ubi multa refert, quæ occurrunt in R.C. tempore deciſionis huius articuli, quæ fuit facta ſub die 21 Februarii 1633 per modum legis condendæ, itaut de eo amplius dubitari non poſſit. Quibus concordat diſpoſitio *Reg. Pragm. 18. ſub tit. de Admin. Univ.*, cuius vigore annui introitus ab Univerſitatibus venditi redacti fuerunt ad rationem annuorum ducatorum quinque pro centenario, & inſuper fuit ſtatutum, ut pro eis ab emptoribus, ſive Creditoribus Collectæ, ſive bonatentiæ reſpective ſolverentur, non obſtante quocũq; pacto immunitatis.

Sed ſi bona, ſuper quibus venditi ſunt annui introitus, eſſent ſita in alia Civi-
9 tate, vel oppido, in quo loco ſolutio fieri deberet, ubi bona ſunt ſita, vel ubi eſt deſtinata annuæ correſpontionis ſolutio? Vide *Gratianum diſc. forenſ. l. 1. cap. 29.*, & poſt eum *Cencium de Cenſib. q. 1. n. 29*, ubi per Rotam deciſum teſtantur non poſſe cogi emptorem cenſus ad collectam ſolvendam pro annuo cenſu empto in loco ubi ſunt bona cenſui ſubjugata, ſed eſſe ſolvendam in loco, in quo eſt deſtinata annuorum introituum ſolutio, ex rationibus per eoſdem adductis. Contrarium tamen fuit deciſum per Reg. Cam. ſub die 4. Aprilis 1607. in cauſſa Univerſitatis, & particularium Lacus Liberi, quam deciſionem refert *cit. de Marin. d. cap. 11. n. 17*; & juxta eandem reperio etiam antecedenter fuiſſe judicatum per eandem Regiam Cameram ſub die 11. Maii 2587, ut in arreſto 460.

Pro bonis emptis, & donatis Clerici indubiè tenentur contribuere in oneribus univerſalibus, & ſic in dies expediuntur proviſiones per Reg. Cam., de qua praxi quotidiana teſtatur *Maceratenſis lib. 1. variar. cap. 88. n. 2.* Quod tamen intellige de bonis emptis, & donatis, durante Clericatu, nam pro bonis queſitis, & donatis ante Clericatum, non tenentur contribuere, prout fuit deci-
11 ſum per Reg. Cam. ſub die 22. Julii 1513 in cauſa hujus Univerſitatis Calatiæ cum Præsbytero Ioanne, quam deciſionem per extenſum refert *cit. de Marinis li. 1. reſol. 64. in fin.*

AD CAPUT XXXVII.

De Aeris ſalubritate

OBSERVATIO

1 *Aeris ſalubritas apprimè neceſſaria hominum conſervationi.*
2 *De aeris ſalubritate ſpecialem curam habuerunt majores noſtri.*
3 *Quid in hoc cap. veniet nomine Theatri?*
4 *Recenſetur puteus aquæ ſaluberrimæ cum quinque crepidinibus a M. Gavio Duumviro fabricatus in umbilico Civitatis.*

AErem unum eſſe ex quatuor Elementis, nemo eſt qui neſciat, nec defuerunt qui dicerent eſſe principium phiſicum omnium corporum, ut autumavit Anaximenes, cuius ſententia etſi communi Philoſophorum calculo ſit rejecta, inficiari tamen non poteſt, aerem ad humanæ vitæ conſerva-
1 tionem quam maximè deſervire, idcirco de eo ſingularis cura ab hominibus habita fuit, ut eius puritas, & ſalubritas conſervaretur; hinc in Regno noſtro Conſtitutionem habemus, quæ incipit *Salubritatem in tit. de Conſervatio-*

ſione Aeris; & in Voluminibus Pragmaticarum integrum titulum habe-
2 mus de *Aeris Salubritate*, & ex eadem ratione in hoc capitulo Municipali
ſtatuitur, quemlibet ante eius Apothecam, vel officinam teneri viam im-
munditiis, & ſordibus purgare ſemel in hebdomada in die Sabati, & quod
in eodem die cuiuſq; hebdomadæ Bajuli teneantur purgare Theatrum ſub
pœna tarenorum duorum: Super quo diſpoſitio huius capituli concordat
cum diſpoſitione *textus in l.3.ff de via publ;& itin.refic*, ibi: *Studeant autem
quatenus, ut oportet, emundent Domini domorum, & conſtruant; ſi autem non
emundaverint, neque conſtruxerint, mulctent eos*: & paulo infra: *Studeant
autem, ut ante ergaſteria*(quod latinè idem ſonat ac officinas) *nihil projectum
ſit, & propoſitum... Non permittant rixari in viis, nec Stercora proijcere, ne-
que morticina, neque coria jacere*. Quid autem in dicto cap. veniat ſub nomi-
3 ne Theatri: Ego exiſtimo venire forum in umbilico huius Civitatis poſi-
tum, utpotè ad videnda ſpectacula optimè idoneum, tunc temporis, maximè
quando palatium Epiſcopale eam noſtri fori partem non occupabat, quam
nunc occupat: Tempore enim, quo hanc Eccleſiam rexit Epiſcopus Philip-
pus de Sio, ei magna noſtri fori pars conceſſa fuit pro Epiſcopali Palatio am-
pliando, adeout de quinque Crepidinibus, ſcilicet magni Putei oris, quæ in
foro prædicto apertæ erant pro Civium, & inhabitantium commodo, vix u-
na remanſerit, qua uſque ad noſtra tempora utimur ad aquam frigidam &
4 innoxiam educendam, de cuius aquæ ſalubritate, & abundantia hæc habet
Antonius Sanfelice in eius Campania: *Argumento mihi eſt perennis aqua in-
fluens ſubterraneo rivo in ciſternam veterem, quæ in oppidi eſt umbilico, ipſa-
que aqua per æſtivos menſes Civibus gratiſſima eſt*: ubi etiam mentionem ha-
bet lapideæ Tabellæ, quæ in angulo dicti fori reperitur collocata, in qua
hæc inciſa ſunt verba

M. GAVIUS T. F
Q. VISELLIUS Q. F.
GALLUS
DUOVIR QUINQ.
CREPIDINES CIRC.
FORUM S. P. F.

AD CAPUT XXXVIII.

De negligentibus præſtare Opera promiſſa, ſive de Fide fracta.

OBSERVATIO

1 *Promittens Operas ſuas, ſi eas non præſtiterit, tenetur ad intereſſe, & ad pœ-
nam hujus Capituli.*
2 *Quid ſi is, cui operarum promiſſio facta fuit, eis uti noluerit?*
3 *Qui duobus operas ſuas locavit, tenetur primo ſatisfacere.*
4 *Operarius ſi ſit impeditus pluvia, vel alio conſimili impedimento exigit mer-
cedem pro rata temporis, quo laboravit.*

Locatorem actione locati teneri ad intereſſe in beneficium conductoris, ſi
is locatoris culpa uti non poſſit re conducta, voluit *textus in l.9., & in l.*
1 *ſi fundus 36.ff. Locati*. Eadem ratione, ſi quis promiſerit alteri locare ope-
ras ſuas, & poſtea per eum ſteterit, quominus promiſſæ operæ præſtaren-
tur

tur in beneficium conductoris, ad factum, vel ad totale intereſſe tenebitur: ut ait *Gl.in l.ſi is 22.ff.de locat., & cond.*. Hinc in noſtro Capitulo ſtatuitur, quod ſi quis in alterius beneficium, pro mercede inter eos conventa, promiſerit præſtare operas ſuas, & ſua culpa non præſtiterit, teneatur in beneficium ejus, cui promiſſio facta fuerit, totum intereſſe, ſive damnum reſarcire, & inſuper pro poena ſolvere tarenum unum. Conſimile ſtatutum vigere Cataniæ tradit, *de Angelis in cap de laboratorum, & operariorum delictis num.*8, cujus vigore locantes operas ſuas, ſi ad promiſſa ſervitia non acceſſerint, ait puniri in tarenis duobus pro poena, & ſolvere debere cui promiſerunt duplicatam arrham, ubi etiam ait eoſdem puniri poſſe de truffa, quod etiam dixerat in capitulo de truffa, ubi citat *Spiegel.in Lexicon juris, verb.Truffatores*, quod idem ſonat, ac deceptores, & deriſores. Atque hoc procedere in quibuſvis perſonis, ac magiſtris artium mechanicarum locantibus operas ſuas a t *Burgius de mod.proced.ex abrupt.q.5.n.138.*, quem ſequitur *cit.de Angelis*:

E converſo, ſi ille, cui operarũ promiſſio facta fuerit, ſtatuta die nollet operibus uti, ſtatuitur in hoc eodẽ capit. teneri in beneficiũ locatoris operarũ ad pro-
2 miſsã mercedem, cui conducit diſpoſitio *Text.in l.ſed addes §.cum quidam ff. Locati*, ibi: *Cum per te non ſtetiſſe proponas, quominus locatas operas Antonio Aquilio ſolveres, ſi eodem anno mercedes ab alio non accepiſti, fidem contractus impleri aequum eſt*; Et conſonat quod Juriſconſ. reſpondit *in l. qui operas ff. eod. tit.*: Niſi tamen operas conducens ſit legitime impeditus, ita ut operibus uti non poſſit, ut loquitur litera hujus Capituli, & concordat *textus in l.qui Commeatus ff.de re militari.*

Si autem quis duobus operas ſuas locaverit Sempronio ſcilicet, & Cajo, in
3 operum conſecutione primus proculdubio eſt præferendus, ut ait *Ulpian. in l.1.ff.Locati*, ibi: *Convenit primo conductori antea ſatisfacere.*

Operarius ſi ſit impeditus pluvia, vel alio ſimili impedimento ne verſetur in
4 opere, non debet conſequi a Conductore operarum integram mercedem totius diei, ſed tantum pro rata temporis, quo operatus eſt. *Ricc. tom.2. tit. de ſalario famul.n.19., ubi citat Petram ſuper Ritum 99. n.22.*, alios. Quibus adde *Caball.reſol.crim.cap.294.n.419.*

AD CAPUT XXXIX.

De Ducentibus Animalia onuſta per vias Civitatis.

OBSERVATIO.

1 *Pauperies, ſive damnum a quatrupedibus illatum debet per eorum Dominos refici.*

2 *Ducens animalia onuſta per Civitatem debet ea ducere per capiſtra, & maxime tempore vindemiæ, & die mercurii, quo ſit emporium.*

IN *l.8.§.1.ff.ad l.Aquiliam* habetur, culpæ nomine teneri mulionem, ſi per per imperitiam impetum mularum retinere non potuerit, & eæ alienum hominem obtriverint; idemque eſſe ſi per infirmitatem eas retinere non potuerit, unde tranſeuntibus damno ſit, ex quo iniquum non eſt infirmitatem culpæ adnumerare, cum affectare quis non debeat, ex quo vel intelligit,

git, vel intelligere debet infirmitatem ſuam aliis periculoſam futuram. Nec diſſentit *Juſtin.in §.Impetu quoque Inſtit. ad l.Aquil.*, ibi: *Impetu quoque*
1 *mularum, quas mulio propter imperitiā retinere non potuit, ſi ſervus tuus oppreſſus fuerit, culpæ reus eſt mulio, ſed ſi propter infirmitatem eas retinere non potuit, cum alius firmior eas retinere potuiſſet, æque culpa tenetur: Eadem placuerunt de eo quoque, qui cum equo veheretur, impetum ejus aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam retinere non potuerit.* Et in *l.5.ff. ſi Quatrupes paup. feciſſ.* dicatur *Alphenus Juriſc.* ſic ait: *Agaſo cum in Tabernam equum deduceret, mulam equus olfecit, mula calcem rejecit, & crus Agaſoni fregit, conſulebatur, poſſetne cum Domino mulæ agi, quod ea pauperiem feciſſet: Reſpondi poſſe.* Optima igitur ratione ad finem evitandi hæc, & ſimilia, in preſenti Capituli ſtatuitur, tranſeuntem cum equis, aſinis, ſive aliis ſimilibus animalibus onuſtis per vias Civitatis, teneri ea ducere per capi-
2 ſtra, ne tranſeuntibus officiant; atque hoc ſervandum eſſe tempore vindemiæ, & in die Mercurii. Cur autem hæc ſpecialitas? Puto quia tempore vindemiæ major eſt frequentia, & multitudo animalium onuſtorum per Civitatem tranſeuntium: Et in die Mercurii in hac Civitate publicum habebatur emporium, in quo ratione frugum, aliarumque rerum venalium quæ traducebantur, major eſſe debebat copia animalium, quæ tranſeuntibus damno eſſe poterant.

AD CAPUT XL.

De Mulieribus in foro Filantibus.

OBSERVATIO.

1 *Proprium eſt mulierum probarum ex lino, & lana fila deducere.*
2 *Prohibetur autem hoc capitulo iſta agere in foro.*

EX lino, & lana fila deducere, & verſare pollice fuſum proprium eſt mulierum, imo probarum ac laudabilium mulierum. Ita enim Salomon *proverb.31.n.13.*, ubi de muliere forti verba habens ſic ait: *Quæſivit lanam*
1 *& linum, & operata eſt Conſilio manuum ſuarum*; & Leucythea Solis filia apud *Ovid. Metamorph.*11. inter duodecim ancillas huic arti incumbebat, ib

Levia verſato ducentem ſtamine fuſo.

Et apud Homer. *Illiade ſeptima*, magnus Trojanorum Dux Hector Andromachen uxorem a bellicarum rerum cura ad hanc verè muliebrem artem hortatur; Unde S.Hieronymus ad Dometriadem Virginem ſcribens ſic ait: *Habeto lanam ſemper in manibus, & pollice fila deducito*; Et ad Letham ſcribens de inſtitutione filiæ: *Diſcat, & lanam facere, tenere colum, ponere in gremio calathum*: Quæ licet ita ſint, & ritè etiam in Lucretia intra eius domus penetralia inter lucubrantes ancillas comendentur apud *Livium idecad.1.lib.1.cap.22.*, inficiari tamen non debet, dedecens, & inconveniens eſſe mulieribus iſta agere in foro, tum quia eis in foro agere, ſive verſari non licet, tum etiam quia forus ad alia peragenda eſt deſtinatus, idcirco huic capitulo, ac poenæ licet tenui, & exiguæ in eo impoſitæ locus eſſe videtur.

AD

AD CAPUT XLI.

De Auſerentibus Inſtrumenta agri alieni.

OBSERVATIO

1 *Si quis non animo furandi, ſed tantum ad tempus abſtulerit inſtrumenta agri alieni, punitur diſpoſitione hujus capituli.*

2 *Nomine Inſtrumentorum ruſticorum quid veniat?*

3 *Inſtrumenta ruſticorum non poſſunt capi in vim executionis.*

IN favorem Agriculturæ, & ne agricolæ ab agrorum cultura quoquo modo dimoverentur, prodiit diſpoſitio hujus capituli, in quo, ultra rei ab-
1 latæ reſtitutionem, imponitur pœna tareni unius contra eos, qui, Dominis inſciis, amoverint aliquod ex ruſticis inſtrumentis, quæ prædiorum dotes vocantur a *Papin. in l. 2. §. dotes ff. de fundo inſtr.* Dico, amoverint, quod intelligo, non quidem animo furandi, ſed animo eis, per aliquod temporis ſpatium utendi in agro ſuo; quod conijcio ex tenuitate pœnæ, nam ſi animo furandi, competeret Domino actio furti, & furti pœna plectendus eſſet surripiens. Nomine autem inſtrumentorum fundi veniunt Aratra, Vomeres, Ligones, & cætera, quæ fructuum cogendorum, & conſervandorum gratia parata ſunt, ut ait Sabinus in libris ad Vitellium, quem ſequitur Ulpianus *in l. inſtrumenta fundi 8 ff. de fundo inſtr.*, & *Paulus in l. de Lanionis ff. eodem.* Inſtrumenta fundi, favore agriculturæ, in jure eo fruuntur privilegio, ut pro executione ſententiæ, vel ad cujuſvis creditoris inſtantiam capi non poſſint, ut habetur in *l. executores Cod. quæ res pignori*, &c. Quod etiam habetur *in pragm. 47. de offic. S. R. C.*, & fuit per Regiam Cameram reſolutum in Arreſto 201 penes de Marinis.

AD CAPUT XLII.

De Salario Notariorum, & Judicum Cauſſarum Civilium.

OBSERVATIO.

1 *Pro ſalario actorum Curiæ hujus Civitatis adeſt taxa antiqua renovata vigore proviſionum Sac. Conſilii.*

2 *Pro diritu exarationis copiæ proceſſus, ac ejus transmiſſionis ad Judicem appellationis, ſervantur diſpoſitiones Regiarum Pragmaticarum.*

3 *Actuarii exigentes ultra pandectam, etiam a ſponte dantibus, puniuntur.*

4 *Si unico proceſſu, vel decreto plures reperiuntur inquiſiti, vel condemnati, unicum erit exigendum ſalarium.*

5 *Si plures reperiantur inquiſiti de uno, eodemq; delicto, unicus debet fieri proceſſus.*

6 *Quid ſi unum decretum plura contineret capita?*

7 *Si in aliquo oppido nulla reperitur certa pandecta, obſervanda eſſet pandecta locorum vicinorum; generaliter autem ſervatur pandecta M.C.V.*

8 *An conſuetudo circa ſalarium actorum ſit ſervanda.*

9 *An Actuarii pro fidejuſſionibus ratione periculi poſſint pro arbitrio exigere.*

10 *Actuarius in caſu fidejuſſoris non idonei, quomodo teneatur.*

11 *Non tenebitur, ſi alicujus fidejuſſio ſuſcepta fuerit de ordine Judicis.*

12 *Juramentum ab Actuario debet deferri teſtibus ante eorum depoſitiones, etiamſi teſtis ſit mulier pregnans.*

13

Digitized by Google

13 *Tenentur etiam Actuarii dicta teſtium integra extendere tam pro fiſco, quam contra fiſcum.*

ULtra præſens Capitulum, quod loquitur de ſalario Officialium Curiæ habemus taxam actorum contentam in Pandecta, quæ affixa reperitur
1 in Curia hujus Civitatis, quæ licet tēporibus retro elapſis in deſuetudinem abjerit, tamen in priſtinum uſum revocata fuit mediantibus decreto, & literis proviſionalibus expeditis ad inſtantiam hujus Univerſitatis per Sac. Conſ., & per Regium Conſiliarium Dominum Marchionem de Condè Commiſſarium cauſſæ gravaminum in anno 1720, & ſucceſſive, quæ inter alia decreta S.C., & Regiæ Cameræ conſervantur in Archivio dictæ Univerſitatis.

In caſu vero Appellationis, & tranſmiſſionis proceſſus ſive ad Judicem ſecundarum cauſſarum, ſive ad alia Tribunalia ſuperiora, quid exigi debeat
2 pro copia proceſſus, ſtatuitur in hoc capitulo: Sed circa hoc ſervantur diſpoſita *in pragm.5.de Actuar.in pragm.25.§.17. de offic. S.R.C.*, & *in pragm.57.n.37.de offic.Proc.Cæſ.*

Actuarii exigentes ultra pandectam puniuntur in quadruplum, ut habetur *in*
3 *pragm.5.* §.8. de Actuariis, & ſi exigant contra formam Pandectæ contentæ *in pragm.36.de offic.mag.Iuſtit.* puniuntur etiam pœna corporali, arbitrio Proregis, ut notat *Rovitus in pragm.præd.n.1.*, ubi ait, eos nec a ſponte dantibus poſſe exigere ultra ſummam in pandecta taxatam.

Nota tamen unum ſpeciale, quod ſæpè mihi accidit in praxi, quod hæc eadem Pandecta ſervanda etiam erit in cauſſis plurium perſonarum colli-
4 gantium, puta ſi unico decreto plures inquiſiti, vel debitores condemnentur, nam in caſibus prædictis, pro dicto decreto erit exigendum ſalarium, quod eſt taxatum in pandecta, habito reſpectu ad unum decretum, non autem ad numerum perſonarum in dicto decreto contentarum, & ſic unicum erit ſolvendum ſalarium, juxta id quod fuit ſtatutum *in Novell.de Sanctiſs. Epiſcopis §.Sportularum*, ibi: *Si vero pro una, eademq; cauſſa multas ex memoratis perſonis admoneri contingerit, unam, & ſolam perſonam pro omnibus ſportulas dare ſancimus*, quod notavit Rovitus *in d.pragm.36. de de offic.mag.Ju. n.5.*, & pluries deciſum tradit *Novar.tom.2.de Gravamin.cap.97.*, in cauſſa Univerſitatis Terræ Montis Fuſcoli cum Marchione Vici, nam cum dictus Ill.Marchio, ejuſq; Officiales prætendiſſent, quod quando in una, eadēq; cauſſa plures erant inquiſiti, quilibet eorum ſeparatim, & disjunctim ſuas debuiſſet facere defenſiones, non obſtante quod una defenſio omnes relevaret, decreto Domini Conſiliarii della Quadra cauſſæ Commiſſarii proviſum fuit, quod ab hoc gravamine tam dictus Ill. Marchio, quam ejus Officiales abſtinerent, & proinde quod licitum eſſet inquiſitis ad eorum arbitrium ſive ſejunctim, ſive conjunctim, ſuas facere defenſiones. Et ad favorem Univerſitatis Siciniani, per Regium Conſilium D.Vincentium de Franch cauſ-
5 ſæ Commiſſarium fuit proviſum, quod quando plures inquiruntur de uno delicto, unus fiat proceſſus, & non plures, penes de Mondellis S.Conſ. Actorum Magiſtrum.

Sed

Sed quid ſi unum, & idem decretum plura contineret Capita? *Gomeſ.var.reſol. tom.2.cap.11.num.16.*, ait tot decreta debere reputari, quot capita ſunt in decreto, unde pro quolibet capite exigi deberet jus unius decreti. Contrarium autem ſubſtinet *Aviles, & Bovad.lib.2. cap.12. n* 10.. Sed citatus Rovitus inhæret diſtinctioni adductæ *per Gloſſam in l.etiamſi Patre §.1. verſ.audiendum, ff.de minor.*, ubi habetur, quod ſi in rebus ſejunctis, ſive diverſis ſecuta ſit condemnatio, & abſolutio, tot æſtimari debent ſententiæ, quot ſunt capita, puta ſi Judex in eadem ſententia Titium ab adminiſtratione ſalis abſolveret, condemnaret autem circa adminiſtrationem vini: Diverſum autem ſi ſententia de uno, eodemque negotio ageret, ac de eo partim quis condemnatus fuerit, & in parte abſolutus, puta in fundo, quem partim ex ſua partim, ex pupilli pecunia Tutor emiſſet.

Si in aliqua Civitate, vel oppido certa non reperitur Pandecta, ait *Capibl. p.2. de Baron.cap.97.n.5, & 6.* ſervandā eſſe pandectam locorum convicinorum; & licet Rovitus in citat. *Pram.36. de offic.Mag.Juſt.n.4. dicat*, communiter per S.Conſ. in cauſis gravaminum vaſſallorum expediri ſolere proviſiones, quod in dictis locis ſervetur Pandecta M.C.V., quæ eſt inſerta *in d.pragm.* 36., tamen citatus *Capibl.* advertit, non eſſe hoc ad praxim reducibile, quia pandecta M. C. Vic. loquitur tantum de actis, quæ præſtari debent Actuariis, ſed non loquitur de ſportulis ſolvendis judicibus, ex quo in M. C. Vic. ſportulæ non ſolvuntur Magiſtratibus; unde concludit in caſu prædicto ad pandectas locorum vicinorum eſſe recurrendum, & ſic ait practicatum. Hodie vero ex nova Regia Cōſtitutione indiſtincte in omnibus Curiis ſervari debet dicta pandecta Magnæ Curiæ in ſupradicta pragmatica inſerta.

Quid autem ſi in aliquo loco pandecta, ſive propria, ſive M.Curiæ reperiatur alterata, an ea alteratio ſit ſervanda, maxime ſi concurrat patientia vaſſal-
8 lorum cum longa taciturnitate? Tractat hoc *Capibl.loc.cit.a n.7.uſq.ad 14.*, & in cauſa Univerſitatis S.Viti cum ejus Barone tradit judicatū, quod circumſcripta longa conſuetudine in contrarium, ſervari debeat antiqua pandecta, ex quo ſimiles conſuetudines in contrarium non legitime præſumi debent introductæ, ſed per officialium extorſiones.

Quia autem Actuarii, in caſu non idoneæ fidejuſſionis per eos receptæ, tenentur ſubſidiaria actione in beneficium Creditorum, ut ait de Marinis *lib.*
9 *1.reſol.3.*, quæri ſolet, an pro fidejuſſionibus recipiendis, ratione præfati periculi, poſſint aliquid recipere? & poſſe quidem, reſolvit citatus *de Marin lib. 1.reſol.7.*, moderate tamen, ſecundum propriarum conſcientiarum dictamen, ratione ſcilicet periculi, quod ſortiri poſſunt in caſu decoctionis fidejuſſorum, pro qua opinione ex Theologis citat D.Antoninum *in ſumm. tit. de uſuris cap.7.§.45., Cajetanum in 2.2.D.Thomam qu.78.art.2., & ex Canoniſtis Lupum in cap. Per veſtras notab.6.§.9.n.9., & ſeq de donat. inter virum*, ubi licitum dicunt fidejuſſori pro periculo, quod ſortitur, ad aliquam rationem, pro quolibet centenario, paciſci; Unde cum *Covarr.variar.lib.3. c.2. n.6.*, hæc exactio procedere non poſſet, quoties fidejuſſoris attenta qualitate, & conditione, nullum immineret periculum. Vide *cit. de Marin. d.reſol. 7.n.6., & ſeq*

Quod

Quod autem diximus, Actuarios in caſu fidejuſſionis non idoneæ teneri de proprio, intellige, ſi fidejuſſor non fuerit idoneus tempore ejus receptionis;
10 Cæterum ſi tempore ejus receptionis fuerit idoneus, & poſtea effectus fuerit non ſolvendo, ad nihil tenebuntur, ut concludit *Novar.de Grav. cap. 171. tom.1.*: prout etiam intellige de iis fidejuſſionibus, quæ officii neceſſitatem concernunt, & dummodo ex ſe recipiant, non vero de ordine Judicis, nam ſi Judex mandet aliquem recipi in fidejuſſorem, iſque non idoneus re-
11 periatur, ipſe tenebitur. *Clarus §.fin.qu.46 n.12., Rovit.deciſ.45.*, ubi *Altimar.de Angelis cap.de delictis Actuariorum n.83.*

Ex quo autem de Actuariis, eorumque officio aliqua tetigimus, non incongruum erit, pro coronide, eos advertere, quod ad teſtium examen nullo mo-
12 do devenire valent, niſi prius ab eis præſtitum fuerit juramentum de veritate dicenda; teſtes enim debent eſſe jurati, & juramentum eis deferri debet antequam examinentur, non vero poſt receptam depoſitionem, etiamſi eſſet mulier prægnans, ut ait *d.de Angelis loc.cit.n.20*.

Tenentur etiam dicta teſtium recipere, & extendere integra tam pro fiſco, quam contra fiſcum, ut fuit ſtatutum *in pragm.6. de Actuar.*, in qua expreſ-
13 sè tanquam pravi exempli, & magni præjudicii reprobatur mos ille aliquorum ſcribarum in ſcribendo id tantum, quod facit contra inquiſitos, & accuſatos, & in omittendo, quod apparuerit eſſe in favorem inquiſitorum, & contra fiſcum: pro cujus pragmaticæ executione aliæ prodierunt Sanctiones in *pragm.4.de off.mag.juſtit., & in pragm.27.§.50. eod.tit.*, ubi falſariorum pœnis, & aliis ad arbitrium ſubjciuntur ſcribæ aliter facientes, quod de jure communi etiam procedere ait *Bovad.lib.3.cap.15.n.45., & ſeq.* Unde *citat.Novar. lib.2.grav.60. n.10.* ait, eoſdem, ultra dictas pœnas, condemnari etiam debere ad omne intereſſe, & expenſas, quas ex cauſſa prædicta paſſus fuiſſet inquiſitus. Vide etiam *Sanſelic. q.2.ſub rubr.de Actuariis*, & addentes ad *Gizzarellum deciſ.24.n.96.*

CAPUT XLIII.

De Sindicis, & quomodo ij ſe gerere debeant in adminiſtratione Rerum Univerſitatis.

OBSERVATIO.

1 *Sindici tenentur vendere ſubhaſta gabellas Univerſitatis, ac eas liberare plus offerenti.*
2 *Sindici tenentur admittere ad conductionem gabellarum perſonas idoneas.*
3 *Univerſitates fruuntur juribus fiſci circa tempora addictionum.*
4 *Quanta debeat eſſe melior oblatio.*
5 *Oblatio melior, quæ priorem in ſexta, vel decima excedit, debet eſſe attenta quantitate conductionis unius anni.*
6 *Quid autem ſi conductio in plures annos facta ſit pro diverſis, & diſſimilibus quantitatibus.*
7 *Quid retinere poſſint Sindici pro qualibet dieta, qua vacant pro negotiis Univerſitatis.*

Sindici, qui quolibet anno fuerint electi ad regimen hujus Civitatis tenentur inter alia locare ſub haſta jura,& Gabellas Univerſitatis ejuſdem,
1 ac illas liberare ultimo licitatori,& plus offerenti cum idonea cautione, ut habetur in præſenti cap., & reperitur diſpoſitum *in pragm. 5. §. 8. de Admin. Univerſ.*, in qua habetur, quod Sindici, qui contra fecerint, de proprio tenentur rependere in beneficium Univerſitatis omnia damna, expenſas, & intereſſe.

Et cavetur inſuper, quod ſi Adminiſtratores eiuſdem Univerſitatis admiſerint ad conductionem Gabellarum perſonas non idoneas, teneantur de proprio
2 in beneficium Univerſitatis, quod ſimiliter in jure cautum reperitur, nam rerum alienarum adminiſtratores, veluti Tutores, Curatores, Œconomi Eccleſiarum tenentur in beneficium pupillorum, minorum, locorum piorum, ac aliorum hujus generis impendere omnem diligentiam veluti in rebus propriis, *ut in l. 1. ff. de Tutel., & ratiocin. diſtr.*, ibi: *Quantam in ſuis rebus diligentiam*; nec non tenentur in cōmittendo, & in omittendo de culpa levi, *ut in l. a Tutoribus de adminiſtr. tutorum, & l. quoties C. arbitr. Tutelæ.*

Facta autem Gabellarum locatione, iuxta præſcriptum in dict. Reg. Pragm., & in præſenti capitulo, tenentur etiam Univerſitatum adminiſtratores novam admittere oblationem Univerſitatis conditionem meliorantem, ac ad novam Gabellarum licitationem devenire: Quod quidem etſi jure civili inſpecto aliquam non levem habeat difficultatem ex diſpoſitione *Textus in l.*
3 *Lucius Titius 21. §. fin. ff. ad Municip., & in l. 1., & 2. C. de Vend. rebus Univ. l. 11.*; tamen hodie in dubium amplius non revocatur, ex quo recepta eſt opinio, quod Univerſitates fruantur privilegio addictionis in diem, unde meliores oblationes indiſtinctè admittuntur, eodem jure, quo fiſcus utitur, ut fundat *Rodoerius conſ. 44. n. 86.*, ea quippe ratione, quia Univerſitates Regni, earumq; bona fiſco ſunt obnoxia pro publicis oneribus, & fiſcalibus functionibus, & idcirco ut fiſco facilius ſatisfiat, novæ, & uberiores admittuntur oblationes adverſus celebratas venditiones, & locationes bonorum, & jurium Univerſitatis, non tantum earum favore, ſed principaliter favore fiſci, cui indubitanter competunt tempora addictionum, etiam pro bonis ei hypothecatis *ex gl. in l. ſi tempora C. de fide Inſtrum., & jure haſtæ fiſc. l. 10.* ſuper quæ vide citatum *Rodoerium* ibidem.

Quanta autem debeat eſſe nova oblatio, ut admitti debeat? De jure cōmuni ſive in rebus minorum, ſive Eccleſiæ, ſive aliorum privilegiatorū, quia læſio
4 quæ ad ſextam iuſti pretii non aſcendit, non eſt in conſideratione, ex quo de minimis non curat Prætor *l. Scio ff. de reſtit. in integr. l. ſi oleum §. fin. ff. de dolo malo, Affl. deciſ. 340.*, idcirco novā oblatio admitti non debet, niſi priorem ſaltem in ſexta excedat; Veluti ſi res fuit vendita ducatis ſexaginta oportet, quod novus licitator offerat ſeptuaginta, ut docet *Bartolus in l. duo, §. arbitror., verſ. qua dicatur parva, vel maxima cauſſa ff. pro Socio, Urſill. ad*
5 *Affl. cit. deciſ. 340. num. 8., Maſtrill. deciſ. 84. n. 8.*, & alii relati à dict. *Rodoer. cit. conſ. 44. n. 33, & 34.* & exemplo rerum judicatarū confirmat *Cap. Latr. dec 158. n. 7.* Quod tamen aliter eſt de jure Regni in rebus fiſci, & per conſequens

quensin rebus Univerſitatis,nam ſi ante traditam rei licitatæ poſſeſſionem velit quis infra quadraginta dies offerre,tenetur decimam ſuperaddere; ſin autem capta poſſeſſione velit alius licitatæ rei pretium meliorare, ſextam ſuperaddere tenetur,ſicuti cautum fuit per Prag.Comitis de Monterii Regni Proregis anno 1631,quæ eſt *Prag.71.de off.Proc.Cæſ.* cuius diſpoſitio eſt in viridi obſervantia.

Quod autem diximus, quod oblatio non debet eſſe minus decima,vel ſexta in
5 caſibus reſpectivis, intelligendum eſt indubiè, habito reſpectu ad ſolam quantitatem, ad quam aſcendit penſio unius anni conductionis, non tamen attenta tota quantitate,ad quam aſcendit penſio plurium annorum,pro quibus facta eſſet conductio,ut clarè habetur ex verbis dict.Pragm.: *Purche non sia meno della decima parte dell'affitto d'un anno*: Qua poſita verborum evidentia, non eſt cur de hoc amplius dubitari poſſit, ut ait *cit. Rodoerius l. cit.n.45.*,& ante eum *de Marinis l.1.reſol.147.n.9.*,ubi hanc ſententiam convallat deciſione R.C.Summ. lata ſub die 9.Octob.1657:Quod actentè eſt notandum,quia in hoc multos errare vidi,& ſignanter in hac Civitate.

Sed quid dicendum eſſet, ſi pro pluribus annis eſſet facta conductio cum inæ-
6 qualitate tamen penſionis pro quolibet anno? Conſule *Rodoerium cit.conſ. 44.n:54,& 55.*, ubi ait,omnium annorum,quibus conductio duratura eſt, faciendam eſſe coacervationem, itaut in totidem æquas portiones dividatur, quot ſunt conductionis anni,quo facto,nova oblatio admictenda eſt cum additamento decimæ,vel ſextæ,ſervata forma cit. Pragm.,inſpecta quantitate unius portionis,quod comprobat reſponſis Juriſconſultorum *Neratii,& Javoleni in l.ſi fundum 35.,& in l.itaut omnes ſummas 36.ff.mandati.*

Tandem in fin.hujus cap.ſtatuitur,Sindicos pro qualibet dieta, qua alibi mo-
7 rantur pro negotiis Univerſitatis,poſſe recipere,ſeu penes ſe retinere carolenum unum, Quæ taxatio non eſt in uſu,nam vigore Prag. pr. de Admin. Univ. permiſſum fuit poſſe ſindicos pro qualibet dieta penes ſe retinere quantum eorum conſcientiæ videbitur;Quod poſtea *in Prag.3.eodem tit.* redactum fuit ad aſſes quinquaginta pro qualibet die. Quomodo autem deſtinari debeat perſona quæ alio ſe conferat pro negotiis *Univerſitatis*, vide diſpoſitionem *Prag.4.eodem tit.*

AD CAPUT XLIV.

De obligatione Judicum Bajulationis circa expeditionem cauſſarum.

OBSERVATIO

1 *Judices Bajulationis tenentur quolibet menſe providere ſuper accuſationibus damnorum.*

2 *Si damnum fuerit datum,obdormiente cuſtode, locus erit tantum emendationi damni.*

Vigore hujus capituli injungitur, ut quolibet menſe Judices Bajulationis teneantur decretationes facere circa damna,admittendo,vel repellendo
1 denunciationes,nec non pœnas imponendo juxta eorum prudentiam,inſpectis facultatibus,& qualitatibus perſonarum damnificantium, ſcilicet quo animo damnum dederint, et ſi aſſueti ſint in damnificando. Quod quidem mi-

mitum videri non debet, nam effectus eſt juſtitiæ diſtributivæ, quæ diſtributionem reſpicit in muneribus, & animadverſionibus, habetq; perſonarum rationem tam in conferendis prœmiis, quam in pœnis infligendis, ut habetur *in l. 19. ff. de Mun., & honor.*; hinc ob idem delictum magis punitur unus, quam alter, ſcilicet magis Servus, quam liber, magis ſolitus delinquere, quam primo delinquens, magis ebrius, quam ſobrius *l. inſpiciend. in fin. ff. de pœnis*: & juxta *Novarium l. 1. cap. 44.*, ſi obdormiente cuſtode, ejus animalia
2 damnum dederint, erit tantum locus emendationi damni, non verò pœnæ, prout etiam ait *de Angelis cap. de damno illato n. 21.*, quod non contingeret, ſi cuſtode vidente, damnum illatum fuerit. In fine vero d. cap. Judicibus taxatur ſalarium pro decretationibus, & imponitur pœna tarenorum duorum contra Bajulum negligentem dictas decretationes.

AD CAPUT XLV.

Quomodo credi debeat juramento damnum paſſi.

OBSERVATIO

1 *In damno infra ſummam tarenorum duorum ſtatur juramento damnificati.*
2 *Sed ſi quantitatem prædictam excedat, debet ad eius probationem ſaltem adhiberi unus teſtis.*

QUia paſſim in Capitulis hujus Civitatis habetur, circa damnum illatum ſtari debere juramento damnum paſſi, ex quo res, ſtante generalitate
1 Statutorum, ad iniquitatem reduci poterat, juxta ea, quæ diximus in cap. 9. ſtatuitur, quod in damnis infra ſummam taren. duorum ſtari poſſit juramento damnificati: Si vero damnum dictam ſummam excederet, ſtatuitur, una cum damnificati juramento adhibendam eſſe depoſitionem unius teſtis; Unde præſentis Cap. diſpoſitio concordat cum diſpoſitis in *prag. 1. de offic. Bajuli*, & coincidit cum Statuto Laurini, & Altavillæ relato *a Leon. Ricc. de prax.*
2 *cauſ. damn. dat. cap. 8. n. 1.*, quem vide in facti contingentia.

AD CAPUT XLVI.

Quod in caſu negligentiæ Bajulorum poſſit procedere Capitaneus.

OBSERVATIO

1 *Juriſdictio in cauſis damni dati competit Judicibus Bajulationis privative quoad Capitaneum.*
2 *Si tamen Bajulus negligens fuerit, poterit haberi recurſus ad Judicem loci.*
3 *In damnis vero datis in vineis poteſt ad arbitrium recurri, ſive ad Bajulum, ſive ad Capitaneum.*
4 *Si Bajulus malitioſè ſe gereret in officio, & convictus fuerit de mendacio, qualibet vice mulctabitur in uno auguſtali.*

JUriſdictio Bajulationis pro cognitione, & punitione damnorum illatorum, an privativè quoad Judicem ordinarium loci conceſſa intelligatur,
1 itaut ſoli locorum Bajuli de his cauſis cognitionem habeant: an vero cumulativè, ut nimirum ſi Cives velint coram Capitaneo agere de damno ipſis illato, poſſit in ipſa cauſa Capitaneus ſe intromittere, controverſum fuit inter noſtrates, quam controverſiam deducit, & tractat *Reg. de Marin. lib. 1. c.*
2 *a 135*; verum ea prævaluit opinio in noſtro Regno, ut Bajulis dicta juriſdi-

ctio

Digitized by Google

ctio privativè ad Judicem loci conceſſa intelligatur,ut diſcurrit *d.de Marin. loc.cit.n.14.& Capibl.prag.8.p.1.n.361*,pro cujus opinionis fundamento *cit. de Marin.n.22* adducit deciſionem Reg.Cam.ex quodam antiquiſſimo proceſſu, qui conſervatur in Reg. Archivio,in cauſa inter Univerſitatem Aquariæ cum ejus utili Domino,in cujus Univerſitatis beneficium a Tribunali prædicto fuit ordinata manutentio in Bajulationis juriſdictione,& expeditæ fuerunt proviſiones,quod d. dictæ terræ Capiteneus ſe non intromitteret in cauſis ſpectantibus ad Bajulationem ; & ſi forſan aliquæ penes ipſum reperiebantur,eas remitteret ad Bajulationis Judicem,in quo proceſſu ait reperiri conſimilia exempla,& deciſiones tam dictæ Reg. Cam.Summ. quam S.R.C.

Quæ cum ita ſint,merito ſtatutum fuit in præſenti Capitulo , in cauſis damnorum illatorum nunquam ad Capitaneum loci recurri poſſe , niſi in caſu negligentiæ Bajulorum,& eorum Judicum,quo caſu diſponitur,quod juriſdictio devolvatur ad Capitaneum,& quod ipſe poſſit contra damnificantes procedere ſervata forma Municipalium Statutorum,juxta cujus Cap.tenorem reperio ſic fuiſſe diſpoſitum *in Auth.de Quæſtore §.ſi vero forſan* , *& in Auth.ut differentes Judices §.ſi cum contingit,&* idipſum docuit *Affl. in Conſtit.Juſtitiarii Nomen,in 9.notab.*,ubi ex ſenſu Abbatis, & Andreæ ait , quod ſi Judex eſt negligens in juſtitia reddenda, perdit juriſdictionem , & ea devolvitur ad proximum ſuperiorem;idemque in propria materia Bajulorum voluit *cit.de Marin.loc.cit.n 15.& ſeq.*

A ſupraſcripta autem communi concluſione excipe caſum damni dati in vineis,juxta diſpoſitionem *cap.80.ſub tit.de vineis*,in quo facultas datur dam-
3 nificato ad ejus arbitrium recurrendi, ſive ad Curiam Bajularem , ſive ad Capitaneum.

Subdit poſtea Cap.quod ſi Bajulus malitioſè accuſaret, convictuſque fuerit de mendacio,pro qualibet vice mulctari debeat pœnà unius Auguſtalis,& quod
4 pro perjurio teneri debeat pœnis a jure ſtatutis.

AD CAPT XLVII.

De fida,& quod ea ab exteris tantum ſit exigenda.

OBSERVATIO

1 *Fida unde dicta.*
2 *Civibus competit uſus paſcendi in demanialibus Univerſitatis , & in terris ſaldis,& apertis.*
3 *Eadem facultas competit Civibus in demanialibus Feudi,& Baronis.*
4 *Idcirco præſenti Capitulo prohibetur Bajulis aliquod exigere a Civibus ratione fidæ,& exactum jubetur reſtitui,niſi ageretur de defenſis legitime modo introductis.*
5 *In præfatis demanialibus non eſt licitum Civibus introducere animalia exterorum recepta ad ſocidam.*
6 *Secus vero ſi animalia prædicta eſſent recepta ad ſocidam ab aliis concivibus,vel mactarentur in laniena ejuſdem Univerſitatis.*
7 *Quantitas fidæ,& diffidæ debet exigi juxta uſum regionis.*
8 *Quo uſu deficiente ſtatur conſuetudini locorum vicinorum.* Be-

9 *Barones,ſive Univerſitates non poſſunt renuere fidare eos, quos fidare ſoliti ſunt. Et quod requiratur ſpatium,ut ſolitum prædictum probatum dicatur.*

10 *Excipe ſi paſqua non ſufficerent propriis Civibus.*

11 *Si paſqua propriis Civibus non ſufficiunt, poteſt etiam reſcindi communio habita cum alia Univerſitate.*

12 *Animalia exterorum moderate ſunt fidanda,ne abſorbeant Civium uſum.*

13 *Animalia tranſeuntium pro diffidatis arreſtari non poſſunt.*

14 *Referuntur alii caſus,quibus animalia exterorum diffidæ ſolutioni non tenentur.*

15 *Si quis pro uno anno affidaverit propria animalia, non intelligetur affidaſſe pro anno ſequenti,ubi deciſio Reg.Cam.*

16 *Pretium fidæ nullatenus augeri poteſt.*

17 *Poſſidens territoria intra fines alicujus Feudi,non poteſt a Barone moleſtari pro fida,ſi ibi detineat animalia.*

Fida dicta eſt a Fide, qua innixi animalium cuſtodes cum eorum animalibus ad alienas defenſas accedunt,ibique tuto depaſci faciunt, a quibus alias expellerentur;quemadmodum affidati dicuntur homines, qui in alte-
1 rius fidem,ac tutelam recepti ſunt,ut ait *Pratejus in lexicon juris verbo affidati*;& exinde pretium,ſive merces, quæ pro effectu prædicto ſolvitur Dominis territorii,ſive defenſarum,fidæ nomen accepit,ut ſcribit *Reg.Roſa in prax.decr.civil.cap.10.n.64.*

Fida ab exteris tantum exigenda eſt,non autem a Civibus,quia paſcendi uſus in demanialibus Univerſitatis,& in terris ſaldis, & apertis competit civi-
2 bus jure civico,ſingulis uti ſingulis,ut ait *de Franch.dec.197.*& late *Card.de Luc.de ſerv.ad materiam jur.paſc.diſc.37.& ſeq.*quem ſequitur *Car. Ant. de Luc.ad dec.301.Præſ.de Franch.n.6*,ubi ait,competere hoc civibus vigore libertatis naturalis,ut eorum animalia depaſci poſſint in territoriis apertis,& a ſegetibus non impeditis;& herbam naturaliter ortam eſſe in paſtu communi,voluit *Rendell.de paſquis p.4.cap.1.*

Imo cives cujuſcumq; Univerſitatis pro alendis eorum animalibus habent etiam uſum in demanialibus Feudi,ſive Baronis, ne inermem, & inutilem
3 vitam ducant,ut poſt *Luc.de Penn.*loquitur *Capibl.de Baron.prag.11.n.100. & ſeq.*& fundat *de Marin reſol.220.tom.1*,& late *Novar.de grav,lib.1.c.32.*, ubi ſic pluries teſtatur deciſum:Si enim Barones ab uſu demanialium Feudi cives prohibere poſſent,vix Vaſſalli vivendi modum haberent, ut ait *Frecc.de ſubfeud.lib.2.auth.46.& Reg.de Ponte conſ.97.*,& idcirco,ut loquar cum dicto Capibiancco,poſſunt iſti eorum animalia in montibus,& nemoribus demanialibus Baronis immittere,& ſic etiam ligna incidere, ſpicas colligere,& aquam ducere,non tamen ultra uſum:Sicuti e contra Barones in territoriis communibus,& demanialibus ſuarum Univerſitatum habent etiam uſum reſpectu juris paſcendi,lignandi, & aquandi uti primi cives ſuarum Univerſitatum,cum hoc tamen moderamine,quod Vaſſalli a paſquis, nemoribus, & a cultura non arceantur,ut expreſsè loquitur *pragm. 12.ſub tit.de Baron.*ſuper quam *Capib.n.1.& t.2.c.75.n.14.*:quæ autē veniant ſub nomine demanialiū Feudi,ſive Baronis,vide *Roſ.loc.ſup.cit.n.61* Un-

Unde cum a præfatis locis cives quoad illorum uſum prohiberi non poſſint merito in præſenti Cap. prohibetur Bajulis ab eis aliquid exigere ratione
4 Fidæ, & exactum jubetur reſtitui, ſub pœna in dicto Cap. ſtatuta; præfatæ autem pœnæ ſubiiciuntur Bajuli, non cives; imo ad dictos Bajulos deterrendos, contra eos ad denunciandum admittitur quilibet de populo, & ſtatur ejus juramento, ſi tamen vir probus ſit, & bonæ opinionis, & famæ, & non litigioſus, ex quo in jure ipſis integra non præſtatur fides. Quæ tamen limita in caſu, quo inter demanialia eſſent foreſtæ, ſive defenſæ legitimo modo introductæ, ſcilicet ſingulorum civium accedente conſenſu, & præcedente ſupremi Principis licentia, de quibus loquitur *cit. prag. 1. §. 9. de ſalario eorum, & Novar. tom. 1. grav. 33*, nam in iſtis prohibitum eſſet civibus eorum animalia introducere, lignare, & aquare, niſi ſoluta conſueta fida in beneficium Baronum, ſive Univerſitatis, ſive alterius legitimi Domini, ut ſervat praxis, & notat *cit. de Roſ. d. cap. 10. n. 64, & 65.*

An autem in præfatis locis demanialibus Feudi, in quibus cives nihil habent ultra uſum, poſſint ab ipſis civibus introduci animalia exterorum ab eis ad
5 focidam (ut dicitur) recepta, tractat *Capibl. in d. prag. 11. n. 104.*, ubi in eam inclinat ſententiam, quod non poſſint, & quod in eis cives, ultra eorum uſum ſolvere teneantur fidam in beneficium Baronum. Contra quam opinionem licet videatur ſtare *Præſ. de Franch. dec. 489. in fin.* ubi ait uſum Civium non ita ſtricte accipiendum, & interpretandum eſſe, & proinde poſſe cives in bonis demanialibus etiam exterorum animalia introducere pro quærendis ſibi neceſſariis ad vitæ ſubſtentationem; tamen dicta opinio communi Doctorum calculo reprobatur, ut advertit *de Luc. in obſ. ad dict. dec. n. 5*, ubi præfatam primam opinionem rationibus, & Doctorum authoritatibus convallat, & ait dictum de Franchis uti advocatum ſupraſcriptam opinionem ſubſtinuiſſe, ſed uti Iudicem aliter judicaſſe, & conferunt deducta *per Novarium tom. 1. grav. 31, & 32. in fin.*

Erit tamen licitum civibus in demanialibus Feudi, & Baronis immittere animalia recepta ad focidam ab aliis civibus eiuſdem Univerſitatis, ut tradit
6 *de Marin. lib. 1. reſol. 220*, ubi ait in anno 1576, ad relationem Præſidentis Maſtrilli, deciſum fuiſſe per Reg. Cam. non poſſe Barones prohibere, ne cives in paſquis demanii porcos, boves, & alia animalia intromittant, quæ in laniena ejuſdem Civitatis mactari debent.

Pro eo autem quod attinet ad exteros, iſti ſi animalia eorum immittere velint in territoriis aliarum Univerſitatum, vel in eiſdem voluerint ligna inci-
7 dere, aquare, vel ſpicas colligere, tenentur in eis ſolvere fidam ad eam rationem, ad quam conſuetum eſt exigi, ut ait *Afſl. in Conſt. cum per partes Apuliæ n. 13, & Lagan. ad Rovitum ſup. prag. 1. de offic. Bajuli*: Unde ſi per ſpatium decem annorum Baro, vel Univerſitas certum pretium ratione fidæ exigere conſueverunt, augeri dictum pretium nullatenus poteſt, ut ait *Sanfel dec. 8. in fin. & Novar. grav. 41. tom. 1.* Diffida verò nihil aliud eſt, quam duplicata fida, quæ ſi exigitur ad rationem tareni unius pro quolibet animali, diffida erit tarenorum duorum, ut ait *Laganar. loc. cit. & Capibl. in d. prag. 11. n. 110.*

Sed

Sed ſi in loco non fuerit ſpecialis conſuetudo circa exactionem fidæ, tunc at-
tendi debet conſuetudo locorum vicinorum, ut ait *Affl loc. cit. n. 13.*, & *La-
ran. ibid.*, unde ſi ultra locorum conſuetudinem, vel ultra conſuetudinem
locorum vicinorum prætenderetur, & animalia detinerentur, tunc per Su-
8 periores expediri poſſent proviſiones, quod, facto depoſito veriſimilis quan-
titatis ſecundum numerum, & qualitatem animalium, arbitrio Iudicis, &
præſtita cautione de ſolvendo, quod plus fuerit judicatum, animalia excar-
cerentur, & conſignentur eorum Dominis, ne macerentur in ſtabulo, quam
praxim refert *Marad. ſup. prag. obſ. 63*, & *de Luc. ad Cap. Latr. Conſult. 65. n. 11*
Quod tamen practicari non poſſet, ſi fida eſſet liquida, & indubitata, & exi-
geretur juxta loci conſuetudinem, nam tunc non erit locus depoſito, neque
cautioni, ſed omnimodè ſolvi debet fida, ſive diſſida, & interim animalia
detineri poſſunt, ut ait *Capyc. dec. 45. Rovit. d. pragm. 1. n. 4.* & *Capibl. loc. cit.
num. 112.*

Barones, ſive Vniverſitates tenentur fidare in eorum defenſis, in quibus exte-
ros fidare ſoliti ſunt, nec poſſunt excludere eos, quos alias fidare conſueve-
9 runt per tempus antiquiſſimum, & ita a Reg. Tribunalibus ordines expedi-
ri ſolere refert *Novar. grav. 40. tom. 1*, & *de Franch. dec. 301. n. 5.* Quantum
autem temporis ſpatium requiratur ad hoc ſolitum inducendum, variant
Doctores, nam *Conſ. Altim. ad conſ. 30. Rov. lib. 2.* requirit tempus immemo-
rabile: Sed *Affl. in Conſl. Cum per partes Apuliæ n. 4.*, dicit, requiri tempus 30,
vel 40 annorum, quo caſu præſumitur promiſſa perpetua affidatio, & inte-
rim poſſeſſor, lite pendente, eſt manutenendus, ut authoritate *Rendel.* tenet
Car. Ant. de Luc. ad dict. dec. Præſ. de Franch. n. 16: Quæ tamen coactio non
procedet ſi paſqua non ſufficiunt pro animalibus Domini ipſius territorii,
& ejus Vaſſallorum, nam tunc, non obſtante quavis longeva, & vetuſta
conſuetudine, ſive præſcriptione, non tenetur fidare, ut ex *cap. ſuggeſtum de*
10 *decimis*, & ex aliis concordantibus fundat *cit. Affl. in dec. 290*, ubi in fine
tradit ſic ſollemniter deciſum per S. C. & conſonat tradita per *Præſ. de
Franch. d. dec. 301. n. 5.* & *6.* Quod adeo verum eſt, ut, propriorum civium
concurrente neceſſitate, etiam communio inter duas Vniverſitates inita
11 diſſolvi poſſit, ut fundat *Loffredus conſ. 25.* & *Novar. loc. ſup. cit.*

Hinc cum Barones in eorum demaniis, vel in aliis locis, in quibus habent jus
fidandi, exteros fidant, hoc advertere debent, ne fident tot animalia, quæ ci-
12 vium uſum abſorbeant; nam ſemper primo loco civium commoditas inſpi-
cienda eſt, & ideo eligi ſolent experti, qui arbitrantur quot animalia poſ-
ſunt commodè paſqua ſumere in territorio, in quo jus fidandi habent Baro-
nes, qui quidem debent reſpicere quantitatem animalium poſſeſſam a ci-
vibus, ad finem, ut deinde in eo, quod ſupereſt, uſque ad ſufficientiam herba-
gii, poſſint animalia exterorum affidari; & S. C. quando ſunt conſimiles dif-
ferentiæ ſolet delegare Reg. Dohanæ Menepecudum Apuliæ, ut mittat ex-
pertos in loco, in quo eſt controverſia, pro relatione, ut juxta illam poſſit
providere, ex deductis *per Novar. grav. 38*, ubi ad rem ſub n. 1. multas addu-
cit S. C. deciſiones.

Ani-

Animalia ſi de longe venerint,& tranſierint per alterius Baroniam pro d iffidatis haberi nō poſſunt,nam attēta diſpoſitione Conſt.Regn.*Cum per partes*
13 *Apuliæ*,per unam diem,& noctem,in cujuſvis Baronis territorio ſine ſolutione aliqua poterunt commorari,ut tradit *Conſ.Staib.conſ.91.n.8.& ſeq.*, *& n.12*,ubi teſtatur de ſtilo Reg. Cam., quæ ſolet prohibere ne moleſtentur animalia per publicam viam tranſeuntia,& conſonant adducta *per Novarium lib.2.grav.152*:Quod intellige ſi propè viam depaſcantur; ſecus tamen eſſet ſi in locis particularibus,& bannitis,& in defenſis paſcua ſumerent,nam tunc cuſtodes ad diffidam,& damnum tenerentur,ut ex *Affl.* & aliis ſcribit *Capibl.prag.11.n.111.*.Prout etiam non erit locus ſolutioni fidæ, ſi animalia in alienum territorium deducta fuerint,cauſa glandes depaſcendi,quas eorum Dominus in dicto territorio emerit, ut inter nos ſerva-
14 tur.Similiter non erit locus ſolutioni fidæ , ſi animalia intercepta ſint errantia,utpote deperdita ab eorum Dominis,& poſtea reperta in territorio alieno,nam juxta aliquorumDD.ſenſū,tunc erit tantum locus dāni emendationi,ut poſt *Luc.de Penn.*tradit *Rovit.in prag.1.de offic.Bajul.n.3*,ubi ſic tradit per S.C.judicatum ad relationem M.C.V. in cauſa Vniverſit. Terræ Roffrani cum Baronę Caſtri Turris Paludum.Nec exactioni fidæ locus erit, ſi boves exterorum reperiantur conducti,ſive,ut vulgo dicitur,ad menandū recepti,qui tamen deſerviant pro cultura territoriorum emphyteuticorum ejuſdem Baronis,a quo prætenditur fida,ut deducit *Novar.grav.39. tom.1*, & faciunt adducta per *Cancerium lib.3.cap.4.n.64*.

Nota caſum quotidianum, ſi quis pro uno anno ejus animalia affidaverit in alieno territorio, non intelligetur pro ſequenti anno renovata affidatio,ni-
15 ſi expreſsè fuerit renovata, ut decidit Regia Camera in anno 1631.in cauſa Joann.Bernardini de Elia Terræ Montis Sani cum Regio Fiſco,penes *de Marinis arr.626.*, & idcirco ſi quis pro anno 1739., E. G.,fidaverit ſua animalia in alieno territorio , & pro dicto anno fuerit deſcriptus in libro Bajuli, non intelligetur affidatus pro ſequenti anno 1740.

Similiter nota alium caſum, quem habui in facto, nam conſultus annis retro elapſis , an quidam Baro potuiſſet ſuo ſpeciali banno ſub gravi pœna pro-
16 hibere acceſſum animalium ad ejus territoria campeſtria ſita intra fines ejus feudi; Reſpondi hoc fieri non poſſe.tum reſpectu Civium,tum etiam reſpectu exterorum; reſpectu Civium,quia tali banno Civibus præcludebatur uſus,qui de jure eis competit in terris campeſtribus,poſt ſecatas ſegetes,& in terris demanialibus feudi,ut ſupra diximus *n.3*:Reſpectu vero exterorum, quia tali modo augebatur pretium fidæ,quod ut ſupra diximus , non poteſt exigi ultra ſolitum,vel ultra locorum vicinorum conſuetudinem,& proinde conſului banna prædicta revocari debere , prout fuerunt revocata. Reperii poſtea caſum tractatum in terminis a *Novario grav.42.tom.1.*, ubi concludit in caſu prædicto majorem pœnam apponi non poſſe , niſi eam , quæ eſt fida, & diffida reſpectivè .

Exteri poſſidentes territoria intra fines feudi alterius Baroniæ non poſſunt
17 moleſtari pro fida , ſi in territoriis emptis , & ab eis poſſeſſis detineant

S ani-

animalia ad paſcendum, ut refert *Cancer.lib.3.var.cap.4.n.64.*, & ſic judicatum tradit *Capiblan.* per Audientiam Hydruntinam in cauſſa vertente inter Comitem Ugenti, & aliquos Cives Terræ Caterani, qui quamplura territoria poſſidebant in dixtricta dictæ Civitatis, a quo decreto cum fuiſſet appellatum ad Regiam Cameram, per eandem fuit decretum confirmatum, ut penes *citat.Capibl.tom.2.cap.74.n.14.15.,& 16.*, & faciunt adducta per *Præſ.de Franch.deciſ.301.n.8.*; ubi de colonis, qui duxerant territoria ad culturam in Terra Ebuli, & erant moleſtati pro fida, ubi concludit moleſtandos non eſſe, quia alias locatio, & conductio inutiles redderentur.

CAPUT XLVIII.

De Herbagiis Vendendis.

OBSERVATIO.

1. *In herbagiorum venditione Cives exteris ſunt præferendi.*
2. *An vendi poſſint herbagia territoriorum particularium poſt ſecatas ſegetes?*
3. *Opinio negativa eſt probabilior, niſi hoc jus longa quaſi poſſeſſione fuerit præſcriptum.*
4. *Requiritur autem ad hoc poſſeſſio immemorabilis, vel centenaria.*
5. *Pendente autem hac probatione immemorabilis, cui detur manutentio?*
6. *In locis autem, ubi tale privilegium, vel poſſeſſio immemorabilis aſſiſtit, non licet fidare in locis clauſis, vel ubi ſunt hortus, vel arbuſta, ubi plures deciſiones S. C.*
7. *Nec in locis, in quibus ſunt glandes, vel Spicæ.*

A Cum fuit in præcedenti Capitulo de jure, quod habent Cives in bonis demanialibus Vniverſitatis, & Baronis, & in aliis locis apertis poſt ſecatas ſegetes, idcirco expoſtulabat ordo, ut ſequens ſubnecteretur titulus *de Herbagiis vendendis*, in quo ſtatuitur, in herbagiorum venditione Cives exteris eſſe præferendos, & Bajulum, alioſque Officiales, ad quos ſpectat, Cives ipſos, pro eodem pretio ab exteris oblato, admittere, & præferre debere: Quod quidem eſt iuri ſimul, & rationi conſonum, & Præſes de *Franch.deciſ.301.n.8.*, ſic tradit a ſe fuiſſe decifum: *Interpoſui decretum domi, quod citra præjudicium jurium partium Officiales Ducis fident dictum Scipionem pro eo pretio, quo fidant exteros ex dictis Andreæ ubi ſupra*, ea quippe ratione, quam tradit *Capibl. p.2. de Baronibus cap.80.*, quia non eſt juſtum dum paſcuis non ſufficit veris Dominis, aliis præbere commoditatem paſcendi; & facit textus *in l.ſi quis diutina Cod. de Aquæductu lib.10*, & conſentit *Affl. in deciſ.290.n.7.,& ſeq.,& Marinus Prece.auth.41.,& 46.,& Anna ſingul.80.*

An autem ſicuti Barones vendere poſſunt herbagia ſuorum demanialium, relicto Civibus uſu, ut ſupra diximus, ita etiam vendere poſſint herbagia territoriorum particularium, poſt ſecatas ſegetes, diſſidium eſt inter Doctores, apud quos articulus adeo eſt controverſus, ut diverſis temporibus varias, & contrarias habuerit deciſiones, ut advertit *Camillus de Curte in ſuo diverſorio feudali p.2,cap.3.n.19.*, in quo articulo licet ipſe in eam inclinet opinionem, quod talia herbagia poſt ſecatas ſegetes etiam vendi poſſint; ta-

Digitized by Google

tamen contraria opinio verior, & magis communis reputatur, ac ei omninò adhærendum, ut tenet *de Marin.ad Revert.deciſ.472.*, ubi ait, non licere in territoriis particularium, ſive clauſa, ſive aperta ſint, exterorum animalia affidare, etiam ſecatis ſegetibus, niſi in promptu demonſtrari poſſit eſſe Barones in eorum terris in hac poſſeſſione, ſeu quaſi, ſicque pluries per
3 Sac.Conſ.fuiſſe deciſum communiter teſtantur Doctores, inter quos *Capyc. deciſ.45.*, *Marinus Freccia auth.46.n.7.*, *&* 8. *Joann.Anton. de Nigris in cap. Regni, quod incipit, Gravamina n.72.verſ. quero juxta præd. Staiban.conſ.91. n.5.*, *&* 15. *Capibl.pragm.11.de Baron.n.28.29.*, *& ſeq.Novar. lib.1.grav.37.*, & alii relati a *cit.de Marinis.*

Quantum autem temporis ſpatium requiratur, ut tale jus in fundis particularium præſcribi poſſit, tractat. *Capibl.d.pragm.11.n.37.*, ubi juxta alias al-
4 legata *in pragm 1.n.186. & ſeq.*, & præcipuè *n.214* ait, tale jus contra particulares non minori ſpatio, quam centum annorum præſcribi poſſe, quia iſtud tempus extorſionis, & metus præſumptionem abſtergit, & ex tanti temporis taciturnitate omnis debita juris, & facti ſollemnitas præſumitur, ac vices tituli obtinet *l. boc jure §.ductus aquæ;ff.de aqua quotid.*, *& æſtiv.*; Eo magis, quia Baronibus in caſu prædicto jus reſiſtit, & ſumus in terminis poſſeſſionis diſcontinuæ, in qua ad præſcriptionem perficiendam immemorabile tempus requiritur, juxta tradita per *Covarr.lib.1. variar.cap.17.n.11. Guid.Papa deciſ.573. Cepolla de ſervit.cap.de ſervit. juris paſcendi n.24.*, & deciſum refert *Anna ſingul.294.*, *& Surdus deciſ.236.*. Quæ autem ſint requiſita immemorabilis præſcriptionis, & quomodo ea probetur, vide *gloſ. in cap.1. de probat. in 6.*, *& Carol. Anton. de Luca ad deciſ.301. de Franchis num.13.*, *&* 14.

Pendente autem probatione hujus immemorabilis, ex quo juxta allegata, *per*
5 *Reg.de Marin.* Baronibus, quoad hoc jus reſiſtit, & intrant termini vulgati *text.in cap.cum perſonæ de priv.in 6*, non datur aliqua manutentio in eorum beneficium, ſed manutenentur Cives in eorum libertate, ut ait *Reg.de Ponte conſ.97.*, & refert per S.C. deciſum *Amendola ad deciſ.86. Præſ.de Franb.* in cauſſa vertente inter Univerſitatem Petræpaganæ cum ejus Barone; Et ita etiam per idem S.Conſ. fuit deciſum in cauſſa Univerſitatis, & Civium Terræ Centulæ cum Ill. Marchione Piſciottæ utili Domino Feudi Molpæ, ut ait *Logar.ad Rovitum in pragm.1. de off. Bajuli*, ubi eſt inſerta ejus allegatio, rejecto *Cap.Latro in conſult.83.*, qui cum partes Baronis tutatus fuiſſet, victoriam non reportavit, ut ipſe ait. Tu autem in facti contingentia vide *cit.de Luca ad dictam deciſ.Præſ.de Franch. n.10.*, *& Capibl.tom.2.cap. 76. per totum.*

In locis autem, in quibus hoc jus fidandi in territoriis particularium aſſiſteret
6 ſive in vim privilegii, ſive in vim immemorabilis præſcriptionis, illud procedit tantum in locis apertis, non vero in locis clauſis, nec ubi eſſent viridaria, ſive hortus, ſegetes, arbuſta, & ſimilia, ut ait Capib. *in prag.11.n.31*, ubi adducit deciſionem S.C. in cauſa Univerſit. Piſticcii cum ejus Barone, & confirmant *Thorus p.4.compendii*, *verbo fida Animalium*, *& verbo animalia*, ubi

ſic ait deciſum in cauſſa Vniverſitatis Acerrarum cum ejus Ill. Comite, *Ricc.cap.de fida, & diffida n.20.*, & faciunt verba *Card.Tuſc. lit. P.concl.112.* Prout etiam, ſuppoſito hoc jure fidandi, hoc tantum locum habebit in herbis,
7 non autem in Paſcuo Glandium, & Spicarum, ut in cauſſa Univerſitatis Novi cum Univerſitate Seſſani, & in cauſſa Vniverſitatis Terræ Ripæ Limoſani cum Barone Cobattæ, refert deciſum *cit.Thorus p.1.verbo fida paſculandi, & citat.Riccius cap.de fida, & diffida n.23.*

AD CAPUT XLIX.

Quomodo Colonus Partiarius poſſit denunciare de damno.

OBSERVATIO.

1 *Colonus partiarius non poteſt denunciare de toto damno, ſed tantum pro parte ſua.*

2 *In iis quæ communia ſunt ſingulis ut ſingulis, omnium conſenſus requiritur:*

STatuitur in hoc Cap. Colonum partiariũ non poſſe denunciare de damno illato in territorio, quod colit, niſi pro parte ſua; & pro alia portione ſpectante
1 ad Dominum, ipſum Dominũ denunciare debere, ad hoc, ut exactioni integri damni, & ſolutioni pœnæ locus eſſe poſſit; cujus ratio eſt, quia cũ Colonus partiarius, & Dominus territorii inter ſe vices ſociorum gerant, quorum alter induſtriam, ſive labores confert, alter vero fundum, ſive proprietatem, merito uterque pro negotio commune eorum intereſſe tangente, aſſiſtere debet, & audiri: Sicuti a pari, ſi plures habent domum, vel fundum, vel aliam rem communem, & unus eorum, vel major pars vult dictam rem communem locare, alius verò non item, ad hoc ut valeat contractus totius rei, omnium conſenſus requiritur, ut voluit *Gomes.tom.2.cap.de Locatione,*
2 *& conduct.n.14, & Reg.de Marin.lib.1.cap.319.n.4.*; et in iis, quæ communia ſunt ſingulis, uti ſingulis non valet pactum, & contractus, niſi omnium conſenſus interveniat, ſive conjunctim, ſive ſeparatim, *ut in l.fundum ff. de ſervit.ruſtic.l.fin.ff.commun. Prædi*, & conſonat *textus in l. Sabinus ff. commun. divid.* ibi *Sabinus* ait *in re communi neminem dominorum jure facere quicquam, invito altero, poſſe.*

AD CAPUT L.

De Damno Illato in re Communi.

OBSERVATIO

1 *Si damnum illatum fuerit in re communi, damnificans tenetur ad emendationem damni pro parte ſocii, & etiam ad pœnam.*

2 *Dubitatur de juſtitia diſpoſitionis hujus capituli.*

3 *Procedere poſſet ejus diſpoſitio, ſi damnum datum fuiſſet animo fraudandi.*

PRæſentis capituli diſpoſitio continet eum caſum, quo quis in re communi inter ſe, & alium, damnum intulerit, & ſtatuitur, quod ſi conſocius,
1 ſive condominus de damno pro parte ſua conqueſtus fuerit, teneri damnificantem ad refectionem damni pro parte conſocii damnificati, nec non teneri ad pœnam, ſervata forma antecedentium capitulorum. Quod an in jure procedere poſſit, valde dubito, nam pro facto ſocii in re in ſocietatem
2 deducta, ex quo facto alter ſocius damnum ſenſerit, competit tantum actio

pro

pro ſocio, vel in factum, *ut in l.ſi quis putans §. in rem communem ff. communi dividun.& in l.2.§.an, & ſocius ff. de Religioſis*. Et ſi res in ſocietatem veram deducta non fuerit, ſed tantum fuerit communis, utpote indiviſa, ut in caſu fratrum, vel aliorum cohæredum poſſidentium indiviſam patris hæreditatem, vel rem legatam, competit actio familiæ ercicundæ,& communi dividundo *l.ut ſit 31.ff.pro Socio* Quæ quidem actiones non ſunt pœnales,ſed puræ actiones Civiles;ea ſcilicet ratione,quia quilibet in re cõmuni videtur uti tanquam re ſua,ut ait *Hyppolit.de Marſil.ſing.364*:Hinc rei communis furtum impunitum reputatur, & proinde ſocio contra alium ſocium non competit actio furti, ut ſcripſit *Jo:Bonifacius in tract: de furtis in §. animo lucrifaciendi n.36., & 37.,& Belluſius in ſua praxi tit. de furtis n.4.*, ubi ait tenentem animalia ad ſocidam,vendendo illorum fœtus, non committere furtum. Procedere tamen poſſet diſpoſitio hujus capituli, ſi quis manifeſto animo ſocium defraudandi,in re communi intulerit damnum,veluti ſi unus ex ſociis clam ex communi apotheca, vel domo res ſurripuerit, nam tunc per ſocium accuſari poterit, ut poſt *Hyppolitum de Averoda* ſcribit *Amendola ad deciſ.160. Reg.de Franch. n.3.*, ubi ait dicta per Hyppolitum de Marſiliis., alioſque citatos Doctores procedere in dubio, ſecus autem ſi conſtaret de contrario, & de animo furandi, nam tunc ait,ſocium utentem re communi,de furto accuſari poſſe,& furti actione teneri, *ut in l. merito ff.pro ſocio, l.ſi ſocius ff.de furtis cum aliis concordantibus*.

AD CAPUT LI.

De Obſervantia Capitulorum hujus Civitatis.

OBSERVATIO.

1 *Inculcatur obſervantia Capitulorum municipalium*
2 *Æquitas ſemper rigori juris eſt præferenda.*

Jubetur in hoc capitulo obſervantia ſtatutorum hujus Civitatis, & contentorum in eis, pro quo effectu injungitur conſervatio eorundem penes
1 Judices annales, ac quod in fine anni ea debeant conſignare ſucceſſoribus, ad finem, ut ab eiſdem omnimodè obſerventur: Rectè autem dictorum capitulorum jubetur obſervantia, ſi enim legibus deſit executio, ad nihilum ea certò deſervient, niſi ad paginas implendas, unde ad rem Horatius: *Quid enim leges ſine moribus?* & Caſſiodorus *l.2. qu 8.*: *Cum planè iniquum ſit bona præcipere, & talia non feciſſe* Dicta autem obſervantia injungitur ex bono,& æquo, habita ſcilicet conſideratione ad facultates,qualitateſque Civium, prout etiam dictum fuit *cap.44.*,& non ſemper inſpecto rigore capitulorum; quandoque enim ſummum jus ſumma reputatur injuria, ut apud *Terentium*, & benigna interpretatio legis ſcriptæ facta juxta men-
2 tem legislatoris præferenda eſt aſperitati juris, ut dicebat Conſtantinus *in l.3.C.de judiciis*, ibi: *Placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe æquitatis,quam ſtricti juris rationem*. Hinc Celſus Juriſc.*apud Ulpianum in l.1.ff.de juſtit.,& jure* juriſprudentiam definit,quod ſit *ars boni,& æqui*, & paulò infra. *Juſtitiam namque colimus,& boni,& æqui notitiam profitemur.*

In

Digitized by Google

In fine autem Capituli injungitur Bajulis omnia facere, & exequi præcedente
conſilio, & deliberatione judicum, & quod aliter factum nullius ſit
momenti.

AD CAPUT LII.

De Evellentibus Arbores.

OBSERVATIO.

1 *Contra evellentes arbores alienas prodiit diſpoſitio hujus capituli.*
2 *Gravatur tamen pœna, ſi avulſio facta ſit ad vindictam.*

COntra evellentes arbores cujuſcumque generis in territoriis cultis, invito
Domino, prodita eſt pœna tarenorum quatuor, & in terris incultis ta-
1 renorum duorum, & in nemotibus pœna aſsium quinque, nec non damni
emendatio ad formam taxatam in capitulo, niſi tamen arborum Domino
placuerit ſibi ſatisfieri, ſervata forma appretii, ut pluries dictum eſt: Ego
autem puto diſtinquendum, an arborum avulſio facta fuerit animo furandi,
vel ad vindictam; ſi animo furadi mitior erit pœna; ſi vero ad vindictam,
2 tunc pœna ſit gravior; & quando, ſi deliquens ſolitus ſit ſimilia patrare, &
attentis aliis facti circumſtantiis, extendibilis uſque ad mortem, ut luculen-
tius diximus *cap. 18.*

AD CAPUT LIII.

De His, Qui fregerint tecta domus alienæ.

OBSERVATIO.

1 *Mitiſſima eſt pœna in hoc capitulo impoſita contra rumpentes dolo malo te-
cta domus alterius.*
2 *Tecta domus multis gaudent privilegiis, inter quæ, neque exequi, neque op-
pignorari poſſunt.*
3 *Quid veniat ſub nomine tecti?*
4 *Dominus ſolarii, ſive domus inferioris poteſt cogere Dominum domus ſuperio-
ris ad reficienda tecta.*

MItiſſima certè cuilibet videri debet pœna tareni unius, & duplicatæ e-
mendationis damni, quæ in hoc capitulo ſtatuitur, contra eos qui ad
1 vindictam, & odio impellente fregerint tecta alterius Domus, vel Apothe-
cæ; cum è contra, ſi caſu, vel ex levi culpa, nullo interveniente dolo, ſimile
damnum fuerit illatum, ſufficeret damni emendatio: Dixi, mitiſſima, nam
valde abſonum eſt, urbem, alienaſq; domos deturpare ruinis, & inhabi-
tantibus tam magnum incomodum inferre, ut alterius dolo, cœli inclemen-
tiis ſubeſſe teneantur. Hinc domus tecta, ſine tigna in jure peculiari pri-
vilegio digna fuere, itaut aliis legari, aut quovis modo relinqui non poſ-
ſint, ut Senatuſconſ. cautum fuit, quod habetur *in l. cætera §. hoc Senatus
conſultum ff. de legat. 1.*, ex quo alias præſtari non poſſunt, niſi ædibus
detrahantur, vel ſubducantur, quod Civitatis decori nimium officit. Inſu-
2 per in vim executionis ad Creditoris inſtantiam capi non poſſunt, & pigno-
rari, ut notant Doctores, *in d. §. Hoc Senatuſconſultum, & in l. A Divo Pio
§. in venditione ff. de re judicata,* & inter eos *Cepoll. de ſervit. Præd. cap. de Stil-
licidio, ſive tecto num. 8.*

Quia

Quia vero tectum dicitur a tegendo, nomine tecti, veniunt omnia ea, quibus domus,& ædificia teguntur, unde ſi plumbo operiantur ædificia, ut in quampluribus domibus Venetiarum,& Paduæ, plumbum, quo ædificia cooperiuntur, nomine tecti venit *l. malum §. plumbum, ff. de verb. ſignif.*: Idemque erit, ſi
3 tabulis, vel paleis tegantur domus, ut in villis*l Tugurii ff. de verb. ſignif.* ubi *Offilius* ait, Tugurium a tecto, tanquam tegurium, eſſe dictum.

Fracto autem tecto ſolarii ſuperioris alterius domus, an Dominus ſolarii inferioris, in cujus ſolum, tempore pluviæ, cadit aqua, poſſit cogere Dominum
4 ſolarii ſuperioris ad reficiendum tectum ſuis ſumptibus? Affirmo cum *Cepoll. in cit. cap. de Stillicidio, ſive tecto n. 7*, ubi citat *text. in l. etſi forte § etiam ff. ſi ſervitus vindicetur*.

AD CAPUT LIV.

De Auferentibus lapides ex alieno fundo.

OBSERVATIO

1. *Imponitur pœna contra auferentes calcem, & lapides de fundo alieno.*
2. *Lapides in fundo dotali inciſi ſi non renaſcantur, non ſunt in fructu, ſecus ſi renaſcantur.*
3. *In alieno fundo non licet lapides cedere, niſi hoc in Regione conſuetum ſit.*

Coercentur hoc cap. auferentes inciſos lapides, arenam, calcem, &c. ab alterius fundo,& injungitur emendatio damni. Si tamen quis ex fundo
1 alterius lapides emerit,& tollere eos nolit, ex vendito agi cum eo poteſt, ut tollat,& ſi eos non auferret, facta ſibi denunciatione, ut tollat, fundi Dominus eos eiicere poteſt *l. 1. §. licet autem ff. de peric. & comm. rei venditæ*, in quo caſu non eſſet locus pœnæ in hoc cap. ſtatutæ. Sed quid ſi præcario conceſſerim, ut in meo lapides poneres, an poſſim, te irrequiſito, eos removere? Quod non poſſim, te irrequiſito, tenet *Caſtrenſis in l. ſi præcario ff. commun. prædior.*, quem ſequitur *Cepoll. de ſervit. cap. de macerie n. 6, argumento l. primæ §. licet autem ff. cit. tit.*

Lapides in fundo dotali inciſi, ſi in fundo non renaſcantur, quia non ſunt in fructu, ſunt pars dotis,& ad uxorem pertinent,& ad ejus hæredes, *l. ſi ex la-*
2 *picidinis ff. de jur. dot. Cepoll. cap. de montibus n. 5*; Sed cretifodinæ, argenti fodinæ, vel cujus alterius materiæ ſint, vel arenæ utiq; in fructu habebuntur, ut loquitur *Juriſc. in l. divortio §. ſi vir in fundo ff. ſolut. matrim.*

Non licet autem in alieno fundo lapides cedere, ut ait *Cepoll. loc. cit. n. 2*, niſi Conſuetudo, vel Statutum aliud diſponerent, ut in *l. venditor §. ſi conſtat ff.*
3 *commun. prædior.* ibi: *Si conſtat in tuo agro lapicidinas eſſe, invito te, nec privato, nec publico nomine quiſq; lapides inde cedere poteſt, cui id faciendi jus non eſt, niſi talis conſuetudo in illis lapicidinis conſiſtat, ut ſi quis voluerit ex his cedere, non aliter hoc faciat, niſi prius ſolitum pro hoc ſalarium Domino præſtet: Ita tamen lapides cedere debet, poſtquam ſatisfecit Domino, ut nec uſus neceſſarii lapidis intercludatur, nec commoditas rei jure Domino adimatur.*

AD

Digitized by Google

AD CAPUT LV.

De Lanionibus, & Macellariis.

OBSERVATIO

1 *Laniones vigore hujus Cap. non poſſunt tenere plures ſocios in eorum tabernis, & tenentur habere bilances extra tabernas.*
2 *Nemo poteſt ſumere carnes de taberna, niſi ſint ponderatæ a Macellario*
3 *Carnes mortacinæ, vel inceptæ a lupis debent vendi in loco ſeparato, & Lanio debet certiorare ementes de qualitate carnium.*
4 *Carnes mortacinæ debent vendi in fruſtra, & non ad pondus; ſecus vero ſi animalia eſſent caſu demortua, utpote ex aliquo præcipiti loco collapſa, & poſtea interfecta.*
5 *Hæc omnia procedunt tantum in Lanionibus, non vero in Dominis animalium.*
6 *Quid ſi animalia eſſent aliquo morbo epidemico, vel peſtilentiali infecta.*
7 *Deſcribitur diriſſima animalium lues, quæ contingit in anno 1712.*
8 *Injungitur hoc Cap. Macellariis, ut abſtrabant, & ſeparent a carnibus oſſa crurium, & tibiarum animalium vaccinorum.*
9 *Quid Macellarius facere debeat ſi carnes omnibus ementibus non ſufficiant.*
10 *Macellarius tenetur incidere carnes in ſcamno ante oſtium tabernæ.*
11 *Macellarius non debet effundere ſanguinem animalium per tabernam, vel ante tabernam.*
12 *Quo tempore teneatur lanio habere carnes venales.*
13 *Cujus ponderis debeat eſſe animal laniandum.*
14 *Macellarii non poſſunt renuere eorum officium exercere.*
15 *Macellarii quo pretio teneantur vendere in Dominica Quinquageſimæ, & duobus diebus ſequentibus.*
16 *Laridum recens vendi non poteſt, niſi denariis duobus pro ſingulo tripondio ultra aſſiſiam carnis.*
17 *In hac Civitate cui incumbat aſſiſiæ impoſitio.*
18 *Pœna vendentium ultra aſſiſiam.*
19 *Conductores tabernarum Baronum tenentur ſtare aſſiſiæ impoſitæ a Decurionib.*
20 *Tabernarii Baronum tenentur ſubjacere gabellis impoſitis ab Univerſitatib.*
21 *Quomodo probetur aſſiſiæ controventio.*
22 *Pœna controventionis aſſiſiæ, cui applicetur.*
23 *In caſu negligentiæ Decurionum circa aſſiſiam poſſint procedere officiales juſtitiæ.*
24 *An aſſiſiæ limites ſint ſervandi etiam cum exteris tranſeuntibus?*

LAnionum officium, docuit experientia, ut plurimum fraudibus, & deceptionibus abundare, idcirco plura de eo ſtatuerunt majores noſtri in præſenti capitulo.

In principio ſtatuitur, Laniones non poſſe in ejus taberna macellaria habere, niſi duos ſocios, & quod debent habere bilances ſuſpenſas extra tabernam,
1 ita tamen ut locus bilancis, in quo ſunt pondera, ſit in parte depreſſiori, & alter, in quo ponuntur carnes, ſit altior medio palmo, quod credo ſtatutum fuiſſe ad præcavendas fraudes in ponderibus.

In

In §.2. diſponitur, neminem ſumere poſſe carnes de taberna macellaria , niſi
ſint inciſæ,& eidem datæ ad pondus a Macellario.Quod exiſtimo introdu-
ctum fuiſſe,tam in favorem Macellariorum , ne ab aliquorum audacia op-
primerentur,quam in favorē ementium;nam ſi cuilibet facultas eſſet inci-
2 dere,& ad libitum ſeligere carnes,pejores,& reſiduales carnes remanerent
vendendæ civibus pauperibus. Ultra quam quod,hoc exiſtimo fuiſſe ſtatu-
tum etiam ad evitandas rixas,& diſſidia, quæ neceſſario oriri poterant in-
ter ementes tempore ſelectionis carnium.

In §.3. præcipitur ſub pœna unius auguſtalis,quod carnes mortacinæ,ſive in-
ceptæ a lupis incidantur,& vendantur in loco ſeparato ab eo,in quo bonas
3 carnes ſolitum eſt incidere,quod et alibi etiam ſervari refert *Novar.grav.*
*45.lib.2,n.1.*Prout etiam ſub eadem pœna præcipitur Lanionibus,quod cer-
tiorare debeant ementes,ſcilicet,carnes expoſitas eſſe mortacinas,vel aliter
vitioſas,argumento *legis primæ Cod.de Ædilit.edicto*, & in terminis lanio-
num tradit *de Angelis de delict.& pœn.cap.de delictis Lanionum n.*10.Addit
tamen ibidem præfatus *de Angelis n.*14.,quod carnes mortacinæ non poſ-
ſunt vendi ad pondus,ſed quod vendi debeant in fruſtra , vulgo *a pezzi* , &
conſentit *Novar.d.grav.*45,ubi ſic tradit deciſum in anno 1567 per Regium
Conſiliarium Vitellium in cauſa Univerſitatis Piſticii cum ejus utili Do-
mino.Hæc tamen non procedent, ſi carnes non eſſent animalium morbo
4 demortuorum,ſed animalia caſu fuiſſent interfecta,vel aliquo præcipiti lo-
co collapſa,& demortua,nam tunc ad pondus vendi poſſent,cum aliqua ta-
men minoratione pretii,ut advertit ibidem *Novar. n.* 2. Sed quid ſi animal
aliquo morbo laboraret,& antequam demoreretur,occiſum fuiſſet a Lanio-
ne?exiſtimat citatus author ad pondus vendi poſſe,ſed viliori pretio, ſci-
licet ſaltem pro medietate pretii,quo ſolent vendi carnes bonæ conditio-
nis,& qualitatis.

Nota tamen,quod ſub præfata prohibitione de vendendis carnibus mortaci-
nis ad pondus,non comprehenduntur animalium Domini, qui ad eorum li-
5 bitum in eorum domibus,ſive extra vendere poſſunt carnes ſuorum anima-
lium demortuorum,eo pretio,& modo,quo poſſunt convenire cum ementi-
bus,ut tradit idem *Novar.loc.cit.n.*5,ubi ſic etiam refert deciſum in cauſſa
Univerſitatis Terræ Orioli in anno 1583 per Reg.Conſiliarium D.Petrum
Paulum Macedonium cauſſæ Commiſſarium.

Sed quid ſi animalia eſſent aliquo morbo epidemico,vel peſtilentiali infecta?
Carnium iſtorum nullo quolibet modo permitti debet venditio , ſed ut ad-
6 vertit *cit.Novar.grav.*46.*n.*2,in caſu prædicto, animalia,quæ tali,vel ſimi-
li morbo demoriuntur,vix debent excoriari , & excoriatis , eorum carnes
cremari debent,vel in profundis foveis cautè nimium reponi , ne corporis
infecti effluvia,& fœtor ex eis exoriens aeris ſalubritati , & concivium ſa-
luti ſint detrimento.Quod ego vidi ſervari in anno 1712,quo anno bovino-
rum animalium lues adeo per totum Regnum craſſata fuit , ut omnes ferè
7 boves,vituli,matres,& juvencæ morerentur, & tam vehemens erat morbi
virus, ut quandoque ſub aratris caderent boves,& matres vitulos lactando

Digitized by Google

interirent,eis tempore eodem præſentes lac, & venenum; Unde experti fuimus,quod de ſuis temporibus lacrymatus fuit *Virg.Georg.3.*

Ecce autem duro fumans ſub vomere Taurus
Concidit,& mixtum ſpumis vomit ore cruorem,
Extremoſque ciet gemitus,it triſtis arator
Mœrentem abjungens fraterna morte juvencum,
Et opere in medio defixa relinquit aratra.

Et adeo res devenit,ut ineunte autumno,cum jam ſerendi tempus adveniſſet,tam qui pauca,quam qui plura habuerant bovum juga, iis planè orbati,vel ad boves emendos longinguas peterent regiones, vel tellures relinquerent incultas,vel uterentur paucis vaccis,quæ remanſerant, vel etiam aſinis,vel equis,ſive etiam ſarculo,& ligone colerent terras, ſive alias propriis induſtriis,& labore bovum munia ſubirent,perinde ac de ſuis temporibus dixerat eodem loco *Virg.*

Ergo ægrè raſtris terram rimantur,& ipſis
Unguibus infodiunt fruges,montesque per altos
Contenta cervice trahunt ſtridentia plauſtra.

Sed ut ad noſtrum cap.revertamur,injungitur in §.4.Marcellariis, quod oſſa
8 integra Crurium,& Tibiarum, & Scapularum animalium Vaccinorum abſtrahant,& ſeparent a carnibus,ad finem ne audeant ea vendere mixta cum carnibus,in præjudicium ementium, & contra inobedientes ſtatuitur pœna tarenorum duorum pro qualibet vice.

In §.5, ad conſervandam inter Cives æqualitatem,ſtatuitur, quod ſi caro expoſita venalis non ſit ſufficiens omnibus Civibus, in caſu prædicto Macel-
9 larius non poſſit pro libito carnem vendere, ſed eam teneatur diſtribuere ita,& taliter,ut omnes ex ea emere poſſint,pro quo effectu prohibetur ei ad pœnam tareni unius vendere cuilibet ex civibus ultra libras ſex, ut tempore penuriæ in venditione panis,aliorumq; comeſtibiliũ practicari debere ait *Plat.in l.1.C.de frumen.Urbis Conſtant.lib.11.*, quem ſequitur *Amendola ad deciſ.9.Præſ.de Franch.n.15.*; ultra quam quod in caſu prædicto Macellarius ultra pœnam in præſenti cap.ſtatutam,teneri etiam poſſet pœna injuriarum, ut poſt Afflictum,Covarr.,Guidonem Papa, & alios tradit *cit.de Angelis l.cit.n.3.*

Jubetur inſuper in §.6. Lanionem teneri habere tabulam, ſive Scamnum, in quo carnes inciduntur extra domum,ſive tabernam, ſcilicet ante oſtium ta-
10 bernæ macellariæ,ac in eo incidere, & vendere debere carnes ementibus: Quod credo ſtatutum ad evitandam obſcuritatem, qua faciliter carnis vitia occultari poſſunt, & ementes decipi. Utinam autem ſimile ſtatutum vigeret inter mercatores vendentes pannos ſive ſericos, ſive lanigeros, qui inducendi,vel incubandi cauſſa parati ſunt,nũ ſic exquirere non poſſent Apothecas obſcuriores,nec pannos opponere poſſent ſuper Apothecæ veſtibulis ad procurandam obſcuritatem, de qua mercatorum calliditate loquitur *Cepolla de Servit.Urban.cap.26.n.2.*

In §.7.jubetur Lanionem ſanguinem animalium occiſorum non poſſe effude-

re

Digitized by Google

11 re per tabernam vel per alia loca, in quibus aliis nocomento, vel incomodo eſſe poſſet, & idcirco in multis Civitatibus ſtatutum reperitur, quod macella fiant extra Civitatem, vel ſaltem in locis remotis, ut ait *Viſconte in juris Concl., verb. Bucciariæ. & Novarius l. 1. gravam. 116. n. 3., & 4.*

In §. 8. prohibetur Bajulo partem habere in macello ſub pœna unius auguſtalis: Et in §. 9. jubetur, quod laniones ſaltem ſemel in hebdomada mactare
12 habeant animalia in eorum taberna ſub pœna tarenorum trium, & prohibitionis ab eorum officio per annum. Cur autem ſaltem in hebdomada, & non pro toto hebdomadæ tempore, exceptis diebus prohibitis? Puto ſaltem ſemel in hebdomoda juſſum fuiſſe haberi carnes bovinas, ex quo tunc temporis carnium prædictarum magna erat penuria, etiam ſtante diſpoſitione *Pragm. 1. de Beſtiis Vaccinis*, in qua pro bono, & commodo agricu lturæ prohibitum fuit ſimilia animalia laniari, exceptis Vaccis ſterilibus, & bovibus ſenio confectis, ut ait *Rovitus in d. Pragm. n. 5.*

In § 10. habetur, quod animal laniandum ſit ſaltem rotulorum decem, non con-
13 ſiderato capite, nec inteſtinis, & quod non ſit morboſum: & in §. 12. agitur de Gabella, quæ pro quolibet animali macellando ſubſtineri debet in beneficium Univerſitatis, ſive conductoris gabellæ carnis, quæ vulgo dicitur *del grano a rotolo.*

Macellarii, ſcilicet eæ perſonæ, quæ conſueverunt tale officium exercere, non
14 poſſunt renuere illud exercere in poſterum, imo ad hoc cogi poſſunt, ut ait *Novarius tom. 2. grav. 34.*: Quod tamen intelligi debet de iis animalibus, quæ de regionis more laniari ſolent, non vero de aliis, quorum non eſt uſus in ea Civitate, vel oppido, ut pluribus firmat idem *Novar. l. cit. n. 1. & ſeq.*

Subſequebatur hic aliud capitulum de Venditione carnium, ſed quia non erat diverſa materia a præſenti capitulo de Lanionibus, ſed quo ad omnia ad idem cap. pertinebat, fuit nobis viſum hic ibidem de eo agere. Refertur in
15 eo, quod in anno 1393 controverſia orta fuit inter macellarios huius Civitatis, & eiuſdem Catapanos, an dicti macellarii tenerentur ſtare aſſiſiæ in tribus ultimis diebus Bacchanalibus, & prætendentibus lanionibus aſſiſiæ prædictæ non ſubjacere in diebus prædictis, ſcilicet Dominica, feria 2, & 3 Quinquageſimæ: & è contra prætendentibus Catapanis eos a dicta aſſiſia exemptos eſſe tantum feria 2, & 3, ſcilicet dictis duobus ultimis diebus Baccanalibus, de conſenſu omnium Civium, cum interventu Capitanei hujus Civitatis, etiam habita ratione ejus, quod alias ſervatum fuerat, reſolutum fuit, dictos macellarios ſtare debere aſſiſiæ per totam Dominicam Quinquageſimæ, & tantum exemptos eſſe a dicta regula dictis ultimis duobus diebus, dummodo tamen in dicto præcedenti die carnes habuerint in eorum taberna ſufficientes pro uſu civium, alias, quod etiam in dictis duobus diebus, in pœnam, aſſiſiæ ſtare teneantur, & quod ita in poſterum ſervare tenerentur ſub pœna unius Auguſtalis, ut ex litera dicti capituli: Super quo, nota, quod etſi præfati laniones dictis duobus diebus aſſiſiæ ſtare non teneantur, ut ſupra diximus, tenentur tamen vendere intra latitudinem juſti pretii, abſque eo, quod excedant carnis pretium ſupremum,

ut in ſimili docent *Ledeſma in ſumm.tom.2.tract.8.cap.32.difficult.11.Moling*
de juſtit.& jur.tract.2.diſp.64.n.13,& latius *P.Diana reſol.moral,p.2.tract.3.*
Miſcell.reſol.1,quos ſequitur,*Novar.grav.32.n.9.tom.2,& cit.de Angelis cap*
de aſſiſia controv.n.10,ubi ait,quod qui habet privilegium vendendi ultra
taxam,non poteſt vendere pretio exorbitanti,ſed debet vendere intra lati-
tudinem juſti pretii.

Inſuper fuit additum , quod macellarii hujus Civitatis præſentes , & futuri
vendere non poſſint laridum recens,niſi denariis duobus pro ſingulo tri-
16 pondio ultra aſſiſiam carnis,nec adipem ultra denarios quatuor,etiam in-
ſpecta aſſiſia, ſecundum quam carnes venduntur. In cæteris autem,puta in
ſalſamentis,aliiſque ſimilibus omnino venditores aſſiſiæ ſtare tenentur.

Aſſiſiæ autem impoſitio in hac Civitate ſpectat ad Electos in menſibus Se-
ptembris,Octobris,Iulii,& Auguſti:In menſibus Novembris , Decembris ,
17 Maij,& Junii ſpectat ad Judices:In menſibus autem Januarii, Februarii ,
Martii,& Aprilis ſpectat ad Catapanos, & per eos reſpective fit aſſagium ,
ſive experimentum,per quod inde devenitur ad aſſiſiæ impoſitionem, quæ
regulari debet juxta eam taxam, quæ locum habet in Civitate Capuæ .

Vendentes ultra aſſiſiam de jure communi plectuntur pœna contenta *in l.2.*
18 *ff. ad l. Juliam de annona*. De jure vero Regni attenta Conſtitutione, quæ
incipit , *ad officium Bajuli* , pœna non poteſt excedere unciam, ut ait *Aff.*
ibi, *Novar.lib.1. grav.119.n.3.* Alii vero dicunt non poſſe controvenientes
puniri majori pœna unius Auguſtalis, ut ait Tappia in ejus opere, quod in-
ſcribitur *Jus Regni* ſuper Conſtitutione prædicta, quam ſententiam ait tu-
tiorem *de Angelis cap.de Aſſiſia controv.n.6.*

Conductores Tabernarum Baronum ſtare tenentur aſſiſiæ , quæ imponitur
19 in Civitate , vel oppido ab adminiſtrationibus Univerſitatis , ut pluribus
deciſionibus Reg.Cam.Summariæ , & S.R.C. tradit deciſum *Novar.grav.*
32.n.4.tom.2., quem ſequitur *de Luca ad deciſ.511.Præſ.de Franch. n.1.* Pa-
rique ratione Tabernarii Baronum tenentur ſolvere gabellas impoſitas ab
Univerſitate pro pane , vino, aliiſque , quæ in eorum tabernis venduntur ,
nec Barones ad finem alterandi penſiones ſuarum tabernarum ab hac ſolu-
tione eos immunes facere poſſunt , ut in terminis gabellarum vini , & car-
20 nis de anno 1567. refert deciſum per S.C. *Novar.tom.2 grav.48.n.1.,& 2.*
in cauſa Univerſitatis Piſticii cum ejus Barone ; & in terminis gabellæ
panis idem Novarius refert deciſum per Reg.Cam.Summ. in anno 1598.in
favorem Univerſitatis Terræ Mariliani contra ejus Ill.Marchionem.

Probatur aſſiſiæ controventio cum exhibitione taxæ factæ ab eis,ad quos ſpe-
21 ctat ; & poſtea adhiberi debent teſtes ſuper pretio , quo fuerit res vendita,
concludendo eſſe contra formam aſſiſiæ: & ſemper cautius agetur , ſi adhi-
beantur alii teſtes, ultra eos , quibus contra formam aſſiſiæ venditum fue-
rit , ad excludendas altercationes,ſub prætextu eorum intereſſe , ut docet
de Angelis ibid.n.4.

Reſpectu vero pœnæ controventionis aſſiſiæ , cui ea ſit applicanda , licet di-
verſa ſcripſerint Doctores relati a *Leon.Ricc.tom.2.cap.de jure Plateæ, Aſ-*
ſiſia,

22 *ſiſia*, &c.*n.2.*, In hac noſtra Civitate indubiè ſpectant ad ipſam Univerſitatem, in cujus favorem omnia pœnarum compendia cedunt.

Non diſſimulo tamen, quod ſi quis in aſſiſiæ controventione ſolitus eſſet delinquere, cum eo acrius, & ſeverius procedi deberet: Prout etiam ſi Vni-
23 verſitas, cui de conſuetudine competit jus aſſiſiæ imponendæ, hoc privilegio abuteretur, tale Jus devolveretur ad Superiorem, ſive ad Baronem, ejuſque Curiam Baronalem, ut ait *de Ponte conſ.* 105.*vol.2.*, quem ſequitur *cit. Novar. tom.1. grav.120.n.15.*

An autem aſſiſiæ limites ſervandi ſint in venditione comeſtibilium, quæ fit exteris tranſeuntibus? Tractat hoc *de Angelis loc.cit. n* 8., ubi in eam in-
24 clinat ſententiam, ut venditores circa exteros non teneantur ſtare aſſiſiæ; ex quo nemo cogi poteſt ad vendendum in beneficium exterorum; & obligatio vendendi juxta aſſiſiam procedit ex pacto inito inter venditores, & Univerſitatem, quod pactum extendi non debet in beneficium exterorum, pro qua opinione *citat Novar. d. grav.* 32.*n.5.*. Ego autem exiſtimo horum opinionem in praxi non eſſe ſervandam, prout non ſervatur Neapoli, nec in aliis Civitatibus, in quibus juſtitia, & æquitas locum habent, eo magis, quia præfata opinio humanæ contradicit ſocietati, imo ipſimet juri Divino, ut habetur exodi 23., ibi: *Advenam non contriſtabis, nec affliges eum*: Et Levitici 19.: *Si habitaverit advena in terra veſtra, non exprobetis eum, ſed ſit apud vos quaſi indigena, & diligetis eum quaſi voſmetipſos*: Et quatenus prima opinio tenenda eſſet, exiſtimarem venditores in venditione exteris facienda excedere non poſſe limites juſti pretii, ut diximus *n.15.* in illis caſibus, in quibus venditores aſſiſiæ ſtare non tenentur.

AD CAPUT LVI.
De Venditione Piſcium, & Caſei.
OBSERVATIO.

1 *Quid ſit ſervandum in venditione Piſcium, & Caſei.*

IN hoc cap.56. Statuuntur aliqua, tanquam regulæ ſervandæ in venditione Piſcium ſcilicet, quod vendantur juxta aſſiſiam Catapanorum, vel aliorū, ad quos ſpectat: Vt ad libitum non poſſint accipi, & ſeligi ab emptoribus,
1 ſed quod poſtquam ponderati ſunt, recipi debeant è manibus venditorum: & quod debeant vendi in loco ſolito ſub pœnis in preſenti capitulo contentis. Inſuper ſtatuitur, quod ſurripientes piſcium naſſas ab aliis poſitas in flumine, teneantur ad damni emendationem, & ad pœnam tareni unius. Reſpectu vero Caſei venalis ſtatuitur, quod venditores in ejus venditione, ultra ejus verum pretium, quo valet Capuæ, aliud lucrari non poſſint, niſi danarios tres pro quolibet tripondio; & quod ultra dictam rationem vendere non poſſint ſub pœna tarenorum duorum.

AD

AD CAPUT LVII.

De Tabernariis, & Venditione Vini.

OBSERVATIO

1 *Venditores vini tenentur ſtare aſſiſiæ, nec lucrari poſſunt ultra carolenum pro quolibet cado.*
2 *Venditores vini ſub pœna in hoc capitulo ſtatuta tenentur habere menſuram ſignatam ſigno Catapanorum.*
3 *Vinum exterum quo tempore, & quomodo vendi debeat in hac Civitate.*
4 *Quomodo puniri debeant miſcentes aquam vino*
5 *Et quid ſi eis eſtum fuerit traditum mixtum aqua ?*
6 *Tabernarii non poſſunt detinere meretrices in tabernis.*
7 *Non poſſunt expellare hoſpites de eorum taberna, & tenentur pro damnis eis in taberna illatis.*
8 *Non ſunt immunes a peccato Tabernarii ſi vendant vinum ſcienter inebriaturis, & cibaria frangentibus jejunium.*

VIgore hujus Capituli aliqua injunguntur Tabernariis, in quibus continere ſe debent in venditione vini, in qua quia tenentur etiam ſtare aſſi-
1 ſiæ, facultas datur Catapanis, aliiſque ad quos ſpectat, ab eis exigere juramentum, ad finem ſciendi quanti vinum emerint: Cum declaratione, quod in ejus venditione non permittant Cauponibus lucrari ultra carolenum unum pro quolibet cado.

Simulque injungitur, quod ſub pœna unius Auguſtalis Tabernarii habere, & tenere habeant in taberna menſuram ſignatam ſigno Catapanorum, & quod
2 in caſu controventionis pœna prædicta pro mediante applicetur Catapanis, & pro alia medietate Bajulo; & quod in caſu negligentiæ Catapanorum, Bajuli procedant. Quod tamen non ſervatur, nam pœna ponderum, & menſurarum injuſtarum, applicatur Vniverſitati; & in caſu negligentiæ Catapanorum, procedit Capitaneus, juxta ea, quæ tradit *Capibl. tom. 2. de Baron. cap. 9.*

In §. *item ſtatutum eſt*, diſponitur, quod Tabernarii, ſive alii quilibet, qui vinum vendunt ad menſuram minutam, a tempore recollectionis vini uſque
3 ad diem 15 menſis Maii, debeant in hac Civitate vendere vinum patrium: & ſi intra præfatum tempus non reperiatur vinum de hac Civitate, & Caſalibus, debeant de hoc certiores facere Catapanos, ut ab eis obtenta licentia, poſſint emere vinum exterum, & vendere juxta aſſiſiam ab eis imponendam, ſub pœna etiam unius Auguſtalis controvenientibus.

Qua pœna autem puniantur Tabernarii miſcentes aquam vino? pœna falſi puniri ait *de Angelis cap. de falſitate n. 7.* eodem modo: quo puniuntur etiam
4 Pharmacopolæ, & Aromatarii vendentes aromata adulterina, & ſuppoſititia, ſive ut vulgo dicitur, quid pro quo: eoſque etiam ad reſtitutionem teneri concludit Reginaldus in praxi *fori pœnitentiar. lib. 25. dub. 2 n. 340*, de quibus etiam conqueritur Iſaias *cap. 1.*: *Argentum tuum verſum eſt in Scoriam, & vinum ſuum mixtum eſt aqua*, vide *Legan. ad Rovit. in Rubr. ait. prag. de mercatura officialibus prohibita*: In foro autem exteriori, ſi mixtura ſit

in

in modico, mitiori pœna coercentur, ut ait *cit.de Angelis cap.de Cauponarum delictis n.2.*. Et in ſolitis delinquere adeſt conſtitutio Regni noſtri, quæ incipit *Magiſtros Mechanicos* , quam nimis rigidam vocat præfatus *de Angelis loc. cit.n.10.*. Quid autem ſi eis etiam vinum traditum, ſive venditum fuerit mixtum aqua, an excuſentur? Vide *Ferrantinum qu.63.*, alioſque, quos ipſe refert.

Nec immunes erunt a pœna, qui cibos pridie præparatos, & corruptos, & in ſequenti die calefactos exhibent viatoribus, niſi eis hoc prædixerint, *ut cit. de Angelis loc.cit. n.10.*

Habentes meretrices in Tabernis puniuntur pœna unciarum auri 25, *ut in pragm.9.de Meretricibus*. Prout nec a pœna ſunt exempti, qui tabernas, & hoſpitia voluptatis tantum cauſa habent, unde a prædictis prohiberi poſſunt per edicta, ſive decreta pœnalia, & inobedientes mulctari, ut habetur in conſtitutioni Regni *Mores diſſoluti*, & ait *Caball.caſ.187.*

Tenentur Tabernarii hoſpites recipere, & ſi expellant, coerceri poſſunt actio-
7 ne injuriarum *l.1.cum Gloſ. in tit.digeſtorum Nautæ, Caupones, Stabul. Caball.d.caſu 187. Affl. in Conſtitut. Regni Omnes noſtri*, niſi tamen hoſpitum multitudo eos excuſaret. Tenentur etiam de damnis hoſpitum, etiamſi eos gratis receperint. Quod quomodo, & quando procedat vide *Ricc. collect. deciſ.2402.*

Non ſunt immunes ſaltem a peccato vendentes vinum ſcienter inebriaturis,
8 & cibaria ſoluturis jejunium, nec excuſari poſſunt, niſi ob gravem cauſſam, qualis eſſet, ſi timerent a volentibus emere, poſſe gravi injuria affici, ſi vinum denegarent, vel multum diminuendos eſſe emptores, ut docet *Hieron. Ferrant.de Scandalo, & correct.frater.qu.38.n.35.*, unde ſi probabiliter credere poſſent emere volentes ad jejunium non teneri, libere, & tuta conſcientia poſſent cibos miniſtrare, ut ſubdit *cit.de Angelis loc.cit.n.14.*

AD CAPUT LVIII.

De Piſtoribus, & venditione Panis.

OBSERVATIO

1 *Piſtores unde dicti, & quo tempore Romæ fuerint introducti.*

2 *Vigore hujus Capituli Piſtores non poſſunt exponere panem venalem, niſi ſit bene fermentatus.*

3 *Piſtores tempore neceſſitatis poſſunt cogi ad eorum officium exercendum.*

4 *Piſtores, qui habuerunt triticum pro pane conficiendo non poſſunt aliis vendere idem triticum vel farinam.*

5 *Piſtores, qui tenentur vendere panem non poſſunt pro pane vendere Civibus frumentum.*

6 *Panis, qui exponitur venalis in hac Civitate ſignari debet a conductore gabellæ, quæ dicitur del carlino a tomolo.*

7 *Gabella prædicta legitime reperitur impoſita vigore Regalis conceſſionis, & a tempore immemorabili applicatur pro oneribus Univerſitatis.*

8 *Univerſitates non poſſunt privari illis impoſitionibus, quas ab immemorabili tempore exegerunt, ubi de gabella, quæ dicitur, del carlino a tomolo.*

9 *Piſtorum ars inter artes viles connumeratur.*

De

Digitized by Google

DE arte Piſtoria loquitur præſens ca . Piſtores autē dicti ſunt a Pinſo, is, quod idem eſt, ac contundere, ſive terere, quia ante inventum molarum uſum frumenta in pilis contudebantur, poſtea autem hoc nomen ad eos quoque traslatum eſt, qui ſubacta farina panem conficiunt. *Plinius lib.* 18.
1 *cap.* 11, ait, Piſtorum artem Romæ non fuiſſe ante Perſicum bellum, quod contingit anno ab U.C. 582, ex quo prius quilibet in domo ſua panem pro ejus familiæ uſu efformabat. Vigore hujus capituli Piſtores tenentur bene coquere panem, nec ipſum venalem exponere poſſunt, niſi ſit bene fermentatus ſub pœna tarenorum duorum pro qualibet vice.

Ultra tamen diſpoſitionem præſentis Cap. tenentur Piſtores tempore neceſſitatis, ſeu famis eorum opus exercere, atq; ad id cogi poſſunt, ut ait, *Alberic in l.* 2. *Cod. de Nundin.*, *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 90; & nolentes co-
3 quere panem pro annona militiæ eo magis ad id cogi poſſunt, & in caſu inobedientiæ debent puniri. *Nicol. Carbon. in prax. cap.* 1. *lib.* 3. *n.* 49.

Piſtores, qui ab Univerſitate habuerunt triticum, ſive farinam pro pane conficiendo pro uſu civium farinam vendere non poſſunt, nec triticum, ſed ex
4 eis panem conficere tenentur pro uſu, neceſſitate, & abundantia civium, etiam ſub pœna mortis naturalis, ut in *prag.* 2. *de piſtor.*, cujus diſpoſitio licet localis ſit, ſcilicet pro Civitate Neap. tantum, & attenta ejus populi multitudine in ea exiſtentis, tamen tanquam nimis rigoroſa, & lata ad terrorem non eſt uſu recepta, ut advertit *Scialoja de forojud. cap.* 3. *n.* 134.

Piſtores, qui tenentur tradere panem non adimplent conſignando frumentum ut *in l.* 1. *Cod. de frum. Urb. Conſtantin. lib.* 11. cujus ratio eſt, quia frumentum
5 poteſt converti in alium uſum, quam in panem, ut notat *Curſettus in ſingul. verb. frumentum, & Cap. Latr.* 157. *n.* 5, & 6. *lib.* 2. An autem legato frumento cenſeatur etiam legata farina, vide *cit. Cap. Latr. d. conſult. n.* 9, & 16.

Attenta diſpoſitione *prag.* 5. *de piſtorib.* tenentur piſtores habere ſigillum, quo ſignare debent panem vendendum, quæ diſpoſitio etſi etiam localis ſit, ſci-
6 licet reſpectu Civitatis Neapolis, aliquo etiam modo practicatur in hac Civitate, nam ex quo in ea inter Cives reperitur impoſitu gabella, quæ dicitur *del Carlino a tomolo*, conductores dictæ gabellæ ſignare debent panem vendendum, & ſi Piſtores vendunt panem abſq; dicto ſigno, incurrunt in pe-
7 nam banni, quod quolibet anno emanari faciunt dicti conductores pro eorum intereſſe. Dicta autem gabella legitime hic reperitur introducta, ejuſque emolumenta erogantur pro ſubſtinendis oneribus Civitatis prædictæ, & quandoque etiam aſſignatur in partem onerum fiſcalium, in ejuſque imperturbata poſſeſſione hæc Univerſitas ab immemorabili reperitur; Unde in ea minime ſive ad inſtantiam Regii Fiſci, ſive aliorum moleſtari debet,
7 ex quo Univerſitates nullo jure privari poſſunt illis impoſitionibus, quas ab immemorabili exegerunt, ut ait *de Marinis lib.* 1. *cap.* 47. *n.* 5.

Piſtorum ars eſt adeo vilis, ut eam exercentes ad dignitatem aliquam aſpirare non poſſint, ut habetur *in l.* 1. *Cod. de Præf. dignit. lib.* 1, & ait *Rovit. in rub.*
9 *pragm. tit. de piſtoribus*: Eorum autem cauſæ ſunt adeo privilegiatæ, ut etiam die feriato tractari poſſint, ut *in l. publicas Cod. de feriis.*

AD

AD CAPUT LIX.

De Electione Catapanorum.

OBSERVATIO

1 *Quo tempore,& a quibus eligantur Catapani in hac Civitate.*
2 *A Catapanorum decretis de jure ad quem appelletur.*
3 *Si fuerint negligentes,poſſunt puniri ab Officialibus juſtitiæ.*

HAbetur in hoc Cap.,quod Catapanorum electio ſpectat ad Judices Civitatis,& quod electio prædicta facienda ſit ſingulis duobus menſibus, & quod ſi duobus menſibus elapſis,alia electio facta non fuerit, primi eorum officium continuare poſſint:Servatur autem, quod quolibet anno Judices
1 Annales kalendis Januarii eligunt Catapanos,qui eorum officium exercere debent per totum menſem Januarii,& ſequentem Februarium,quibus tranſactis,alios introducere poſſunt,& ſi Judices alios non elegerint, primi confirmati cenſentur. In quo præſens Cap.pro eo ſcilicet, quod ſpectat dictorum officialium electionem faciendam ab aliis officialibus Univerſitatis,videtur conformari cum Univerſali conſuetudine totius Regni,nam de generali cōſuetudine officiales pro imponenda aſſiſa abUniverſitatibus eliguntur,ut dicit *Capibl.in prag.n.103,& deLuc.ad Præſ.de Franch.dec.511.*, adeoquod dicatur,gravari Vaſſallos, ſi Barones quomodolibet ſe ingerant circa aſſiſiam imponendam,ut tradit *Novar.lib.1.grav.120.*

A Catapanis autem,ſive a decretis,& ordinibus eorumdem, ſi contingat appellari,appellatio de jure proponenda eſt coram Judicibus ſuperioribus,nō
2 autem ad judicem loci,ut *de Franch.in dict.dec.511*,ubi *de Luc.n.2*, & eandem opinionem tuetur *Tappia in conſt.Regni Magiſtros Camerarios, & Capibl.prag.8.p.1.n.190*,ubi ait,quod quando juriſdictio dependet a Rege,ſemper appellatur ad Regios Superiores,ut videtur in appellatione, quæ interponitur a ſignificatoriis Rationalium ab Univerſitate electorum, nam ſemper proponi debet coram Regiis Superioribus,& non ad Curiam Baronis: Quod etiam procedit in appellatione a Sindicatoribus officialium: Non aliter quam a decretis latis in Nundinis,in quibus independenter a Barone competit juriſdictio,appellatio etiam proponenda eſt coram Judicibus Regiis,ut *Capibl.in prag.5.de Baron.n.174,& in prag.8.part.1.nu.187*, quod idem *Capibl.*declarat *p.2.cap.39.a n.8*,quem ſequitur *cit.de Luc. n. 3.* Licet aliter prorſus dicendum ſit in appellatione, quæ proponitur a decretis Bajulorum,a quibus ſemper appellatur ad Curiam localem, ut fundat idem *Luc.loc.cit.*Hodie autem invaluit uſus,ut etiam ab ordinibusCatapanorum interponatur appellatio ad Iudicem loci.

Sed ſi Catapani,vel alii officiales,ad quos ſpectat, fuerint negligentes circa
3 annonam,vel colluderent cum venditoribus comeſtibilium,tunc procul dubio puniri poterunt ab officialibus Baronis,ut firmat idem *Capibl.p.2 c.9.*

AD CAPUT LX.

Quod in cauſis modicis infra ſummā tercnorum trium ſtetur juramentoCreditoris

OBSERVATIO

1 *In quo cauſa,& quibus poſſit deferri juramentum.*
2 *Si omnia ſunt paria,defertur juramentum potius reo,quam actori.*

3 *Poſt præſtitum juramentum cauſa denuo tractari non poteſt; & quid ſi perjurium fuerit commiſſum?*

MAximum remedium pro tollendis jurgiis, ac litibus terminandis eſſe juramentum, ait *Cajus in l. 1. ff. de jurejur.*, ipſumque ſpeciem continere tranſactionis, majoremque authoritatem habere, quam res judicata, ſcri-
1 bit *Paulus Juriſc. in l. 2. ff. eod. tit.*: Sed quia aliquorum temeritas juramenti religionem contemnentium adeo excrevit, ut in mendaciis Deum in teſtem vocare non erubeſcant, idcirco juramentum diſcretè, & cautè eſſe deferendum jura ſtatuerunt: Hinc in noſtro cap. ſtatuitur cavillatoribus non eſſe deferendum juramentum; deferri autem per Judicem poſſe hominibus bonæ conditionis, & famæ, eiſq; non ſemper deferri poſſe, ſed tantum in cauſa modica, puta infra ſummam tarenorum trium: & caſu, quo creditori fuerit delatum per Judicem, ejus juramento debitorem ſtare debere, ut ſaltem in cauſis modicis tandem jurgiis, diſſidiiſq; finis imponatur.

In jure autem, in cauſis dubiis juramentum illi ex litigatoribus eſt deferendum, pro quo fortior eſt præſumptio, digniori ſcilicet, & locupletiori, ſive
2 ſit actor, ſive reus; præcavendum eſt enim perjurium, quantum fieri poteſt. *cap. ult. §. ſane de jurejur.*: Si vero omnia ſint paria, deferri debet juramentum potius reo, quam actori, nam judex debet eſſe pronior ad liberandum, quam ad condemnandum; *l. 47. ff. de oblig. & action.*

Cæterum poſtquam reo delatum eſt juramentum, tenetur, vel jurare, vel juramentum referre, ideſt reiicere in actorem, vel ſolvere *l. 34. §. ait, Prætor l.*
3 *manifeſtè 38. ff. de jurejur.*. Neque poſtquam juratum eſt, cauſa retractari amplius poteſt, nam jusjurandum eſt modus terminandi lites, æquè, ac tranſactio, & ſententia *l. admonendi 31. ff. eod.* Sed ſi perjurium detectum fuerit, perjurii pœna incurritur, quæ extraordinaria eſt *l. 22, & 23 ff. de dolo malo*. vide *Cujacium 2. obſerv. 19.*

AD CAPUT LXI

De Epiſtolis mittendis nomine Univerſitatis.

OBSERVATIO.

1 *Sub gravi pœna coercetur, ſcribens Epiſtolas nomine Univerſitatis.*
2 *Diſpoſitio hujus Cap. licet rigoroſa, non eſt tamen exorbitans a jure communi.*

SUb pœna unciarum auri decem prohibetur in hoc cap. ſcribere, ſive Epi-
1 ſtolam mittere nomine Univerſitatis abſque conſilio, & interventu Judicum, & decem ſaltem de probioribus Civibus. Ratio autem eſt, quia cum in
1 Epiſtolis aliqua poſſint haberi, & ſcribi in præjudicium Univerſitatis, maximum eſſet abſurdum à privato quolibet, ſive ab uno ex adminiſtratoribus, eorum facto, Univerſitati quodcumque præjudicium inferri: Sive etiam, quia, etiam ſi de præjudicio non ageretur, maximum foret abſurdum, unum
2 ſive paucos ex civibus Univerſitatis partes gerere poſſe. Pœna autem hæc nemini exorbitans videri debet, cum certum ſit falſi crimen committere, & lege Cornelia de falſis teneri eum, qui abſque mandato, literas alterius nomine ſcripſerit, ut ait text. *in l. Qui nomine 25. ff. ad l. Corn. de falſis*, ubi *Gloſ.* Prout etiam eadem pœna tenetur ille, qui ſigillo adulterino uſus fuerit, ut *in l. 30. ff. eod.*

AD

AD CAPVT LXII.

Quomodo, & quorum conſilio pertractanda ſint Negotia Univerſitatis.

OBSERVATIO

1 *Quomodo, & cum quorũ conſilio tractabantur olim negotia hujus Univerſitatis*
2 *Improbatur hodiernus mos.*
3 *Tempore, quo fuit latum præſens Cap., Caſalia erant unita cum hac Civitate.*
4 *Nunc autem reperiuntur diviſa, quoad onus functionum fiſcalium: & quomodo contribuant in extraordinariis.*
5 *Caſalia unum corpus efficiunt cum Civitate.*
6 *Separatio in una re facta non inducit diviſionem quo ad alia.*
7 *Inter dicta Caſalia, & Civitatem nulla eſt diviſio territorii; & propterea cives, & exteri habitantes in hac Civitate pro omnibus bonis in dicto territorio poſſeſſis ſolvunt cum hac Civitate; & è contra.*
8 *Exteri habitantes in Caſalibus, ſi ſint meri bonatenentes, bonatenentiam ſolvunt in Civitate.*

REfertur in hoc cap. quod in anno 1417 ad evitandam civium convocationem in ſingulis negotiis hujus Vniverſitatis, reſolutum fuit, quod in poſterum in principio menſis Septembris cujuslibet anni, poſt Sindicorum e-
1 lectionem, eligi etiam deberent de hac Civitate ſex alii viri de probioribus & unus de quolibet Caſali, qui bis in menſe, diebus Dominicis, una cum Sindicis, & Iudicibus ſe congregare debebant in loco congruo, puta in Sedili hujus Civitatis, pro univerſalibus negotiis maturè tractandis, & quod cũ cõſenſu, ac conſilio eorundẽ peculiũ, publicũ erogari deberet, ac onera collectarum pro oneribus univerſalibus ſubeundis imponi, cum comminatione pœnæ duorum auguſtalium iis ex prædictis, qui ſtatutis diebus non conveniſſent, niſi tamen legitimè fuiſſent impediti: Cujus tamen cap. diſpoſitio temporibus noſtris non eſt in obſervantia, & negotia Vniverſitatis, quæ à Sindicis expediri non poſſunt, expediuntur cum convocatione publici parlamenti, in quo populares interveniunt, qui tamen ut plurimum vino madidi, more pecudum ad unius, vel ſaltem duorum Dinaſtarum ſeductionem, de magis arduis Civitatis negotiis tractant, ac conſilia ſubminiſtrant: Hinc
2 de facto Civitatis negotia cum unius, vel duorum conſilio expediuntur, ex quo populares non intelligunt quid agant, ſive quid dicant, & iurant tantũ, ut dicitur, in verba magiſtri; & probiores, & ſaniores, ſive cives de civili cœtu in his ſe immiſcere valde erubeſcunt; unde mos iſte indiget reparatione, ex quo quod ita agitur, ad Vniverſitatis perniciem manifeſtè conducit, nec non eſt contra formam eius, quod in Civitatibus bene ordinatis ſervari ſolet, nam ut ait *Caſar de bello Gallico lib. 6. cap. 5, plebs ſervorum loco habetur, & nulli adhibetur conſilio*; & juxta *Salluſtium ad Cajum Caſarem de republica ordinanda*, plebis in republica aliud officium eſſe non debet, niſi Patrum conſilia exequi, eorumque dictis obtemperare, ad ſimilitudinem corporis hominis, quod in omnibus, & per omnia obedit animo.

Dictum eſt in præſenti cap., quod cum ſex viris de Civitate eligendis, Sindicis, & Iudicibus, in rebus univerſalibus pertractandis, immiſcere ſe debeant

3 Caſalenſes, ſcilicet unus de quolibet Caſali, ex quo educitur tunc temporis quoad omnia Caſalia cum hac Civitate fuiſſe unita: Nunc autem multis ab hinc annis Caſalia Planæ, & Ss. Ioannis, & Pauli reperiuntur diviſa ab hac Civitate quoad ſolutionem Regiorum fiſcallum tantum, unde ab hac Civitate, & Caſalibus ſeparatim fiunt aſſignamenta pro ſolutione Reg. Curiæ, ac Creditorum fiſcalariorū, verum a prædictis una ſimul recipiuntur ſolutiones, cum ſeparatio prædicta reperiatur facta citrà præjudicium jurium Reg. Fiſci: Et ſtante quod circa alia onera, nulla inter Civitatem, & Caſalia reperitur facta diviſio, propterea una ſimul onera extraordinaria ſubſtinentur, ſcilicet ea ſubſtinet Univerſitas hujus Civitatis, ſed poſtea expenſas di-
4 ſtribuit cum Caſalenſibus, qui juxta præſentem ſtatum pro quolibet centenario contribuunt in ducatis viginti ſeptem, v3. ducatos novem contribuit Caſale Ss. Ioann., & Pauli, & ducatos decem, & octo Caſale Planæ.

Non diſſimulo tamen, reſpectu præſentis vivendi modi, hanc Civitatem nimis reperiri gravatam, ſaltem reſpectu onerum Creditorum inſtrumentariorū, nam onera prædicta ſubſtinentur tantum a civibus hujus Civitatis, abſque eo quod in eis contribuant Caſalenſes, licet ut plurimum pecuniæ, nempe dictorum Creditorum Capitalia implicata fuerint in cauſſam communem, ante præfatam diviſionem, quæ ſaltem quoad hoc proculdubio eſſet irritanda, ſtante notoria & exceſſiva læſione hujus Civitatis; atq; hoc eo magis,
5 quia Civitas, & Caſalia in jure unum corpus efficiunt, ut firmat *Galeota controv. 20. n. 8, & 16. lib. 2*, & diviſio prædicta reperitur facta abſq; Reg. Aſſenſu, & abſq; aliis ſolemnitatibus, quæ in ſimilibus contractibus intervenire debent, imo ſuper ea nulla, quam ſciam, reperitur inita ſcriptura.

An autem ſtante dicta diviſione, in aliis Caſalenſes haberi debeant uti Cives, & in reliquis Civitatis oneribus contribuere? Exiſtimo ego affirmativè eſſe reſpondendum, nam ut in propria materia ait Lagan. ad Rovitum *prag.*
6 *3. de militibus*, *ſeparatio unius rei non operatur diviſionem in aliis*: & paulò infra: *Caſale diviſum quoad juriſdictionem, remanet Caſale Civitatis quoad reliqua*, ea ſcilicet ratione, quam tradit *Reg. Tappia ad cap. Regni Pondus Æquum n. 13.*, quia per juriſdictionis diviſionem non amittitur illa fraternitas, & communitas a primis parentibus contracta; quibus concordant deducta *per Car. Antonium de Luca ad deciſ. 316. de Franch. n. 3.*

Hinc eſt, quod cum inter dictam Civitatem, & Caſalia nulla ſit diviſio Territorii, ſtante naturali inter ea territorii promiſcuitate, Cives hujus Uni-
7 verſitatis, & exteri in ea habitantes pro bonis per eos poſſeſſis, & quæſitis, tam ante dictam diviſionem, quam poſt, ſolvunt, & contribuunt cum hac Civitate, ubi ſunt Cives, & habitant: Et è contra habitatores dictorum Caſalium, pro omnibus bonis, quæ poſſident in eodē communi territorio emptis, & quæſitis tam ante, quam poſt diviſionem, ſolvunt cum dictis Caſalibus, nulla habita ratione bonatenentiæ inter dictam Civitatem, & Caſalia, ad formam ejus, quod fuit deciſum in Reg. Cam. in anno 1568. inter Univerſitatem Caſtropignani, & Vniverſitatem Pati, ut in Arreſto 330 penes de Marinis: Et inter Vniverſitatem Terræ Novi cum Caſalibus Corinoto-

Digitized by Google

notorum, & aliis Caſalibus dictæ Terræ, quam deciſionem per extenſum refert *Riccius ad Cervell. in praxi Univerſitatum cap.6 n.14.*, ubi ait dicto recenti arreſto fuiſſe a Reg. Cam. datam novam formam ſimilibus controverſiis, & revocatas fuiſſe alias deciſiones ejuſdem Tribunalis latas *in Arreſt.194.,& 398.* Et in caſu hujus Univerſitatis cum Caſalenſibus prædictis, in anno 1733 juxta formam dictorum decretorum generalium fuerunt per Reg. Cam. expeditæ proviſiones ad inſtantiam hujus Civitatis, cum multa præpoſtere, & contra formam dictorum decretorum prætenſa fuiſſent per Adminiſtratores dictorum Caſalium, ut penes magnif. Actuar. Nicolaum Ceſarano, apud quem reperiuntur tranſmiſſæ dictæ proviſiones originales cum informatione deſuper capta, & decreto obſervatoriali hujus Curiæ Delegatæ.

Reſpectu vero exterorum inhabitantium in dictis Caſalibus, & poſſidentium
8 bona in dicto communi territorio, prout etiam reſpectu exterorum alibi inhabitantium, ac poſſidentium bona in eodem territorio, bonatenentiæ abſque ulla controverſia exiguntur ab Univerſitate hujus Civitatis, abſque eo quod in eis aliquid participent Caſalenſes, & ſic abſque contradictione ſemper fuit ſervatum, ut mediantibus plurium teſtium depoſitionibus probatum fuit in hac Curia delegata pro executione ſupraſcriptarum literarum proviſionalium.

AD CAPUT LXIII.

De Damnis datis in Pratis, & Lupinis.

OBSERVATIO.

1 *Recenſetur diſpoſitio hujus capituli.*
2 *Quando nullum eſt illatum damnum non erit locus diſpoſitioni præſentis Capituli.*
3 *Si animalium cuſtos cuſtodiat animalia in actu damni tenebitur ad duplicatam pœnam, vel erit in arbitrio damnificati etiam criminaliter agere.*
4 *Diſpoſitio hujus capituli derogat diſpoſitioni cap.25.*

Diſpoſitio hujus capituli etiam eſt recentior aliis capitulis, & fuit ſuperaddita anno 1448. tempore quo huic Comitatus erat ſub Regio dema-
1 nio Alphonſi primi Aragonenſis, fueruntque in eo ſtatutæ pœnæ contra damnificantes cum eorum animalibus de die in Pratis, Lupinis, &c. & emenda damni fuit ſtatuta pro quolibet animali ad inſtar pœnæ: Repetendum tamen exiſtimo, tunc emendæ ſolutioni locum eſſe ad formam hujus Cap., ſive aliorũ capitulorum, quando conſtat quidem de damno, ſed non de quantitate damni, puta quando nec damnificans, neq; damnificatus damni appretium per expertos procuraverunt: Dixi quando conſtat de damno, ſed non de quantitate damni; nam ſi nullatenus conſtaret de damno, & damnum nullum il-
2 latum eſset, tunc neque pœnæ capitulari, neque ſtatutæ emendæ locus eſſet, ut certum eſt de jure, & nos diximus ſupra.

Si vero damnum ſtudioſe fuerit illatum, puta ſi animalium cuſtos repertus fuerit cuſtodire animalia in alterius agro, providetur hic de duplicata pœna, & de emenda duplicata. Quod quidem intelligendum eſt juxta notata in

cap.

3 cap.25., ſcilicet ut ſit in electione damnificati in, dicto caſu damni dolo il-
lati inſtare pro dicta duplicata pœna, vel agere criminaliter juxta adducta
per *Ricc. in tit. de praxi cauſſ. damni dati cap. 1. n. 10., & per Thorum in com-
pendio, verb. damnum.*
Hic autem non eſt omittendum advertere in caſu damni illati in pratis, lupi-
4 nis, &c. ſervandam eſſe in praxi diſpoſitionem præſentis capituli circa pœ-
nam, & damni emendationem, non vero diſpoſitionem præfati *cap. 25.*, nam
diſpoſitio præſentis capituli fuit facta in declarationem, & augumentum
diſpoſitorum in præfato *cap. 25.*, ut videre eſt ex lectura præſentis capituli.

AD CAPUT LXIV.

De pœnis, quæ applicari debent Capitaneo.

OBSERVATIO

1 *Taxatur ut irrationabilis diſpoſitio hujus Cap.*
2 *Defendi poſſet juxta ſimilem legem Caroli Magni in legibus Longobardorum.*

PŒnas, quæ pro damnis illatis a damnificantibus incurr untur, applicandas
eſſe in beneficium Bajulorum, nemo eſt qui neſciat: Sunt tamen in capi-
tulis noſtris aliquæ pœnæ, quę applicantur Capitaneo, reſpectu quarū pœna-
rum habetur in præſenti capitulo, quod eæ ex integro exigi debeant a tranſ-
greſſoribus, & ad eos deterrendos additur, ut nec cuilibet ex Civibus lici-
1 tum ſit preces dicto Capitaneo porrigere pro remiſſione, vel minoratione
pœnarum prædictarum, ſub pœna interceſſori rependendi tantundem Capi-
taneo prædicto, abſque eo quod minoretur pœna ex integro exigenda a pri
mo tranſgreſſore: Non diſſimulo capitulum hoc aliquibus videri poſſe bar-
bariem aliquam redolere, cum pro alio poſtulare, ſive alterius defenſionem
ſuſcipere, pro eo liberando ab aliqua pœna, vel detrimento, ad officium no-
bile, imo neceſſarium Advocatorum pertineat, & adeo neceſſarium, ut te-
neatur Judex defenſorem non habenti de Advocato, ſive patrono providere
ut in l. 1. §. ait pretor ff. de Poſtulan.; Unde tantum excuſari poteſt, ſi conſidere-
mus hoc factum fuiſſe ad publicum bonum, ut ſcilicet homines ab illicitis
peragendis deterreantur: Concordat autem præſens capitulum cum *l. unica
tit. de eo, qui alium injuſte in judicio adjuvare præſumpſerit., in legibus*
2 *Longobardorum*, ubi Imperator Carolus Magnus ſic habet: *Si quis in ju-
dicio injuſtè hominem contra alium altercantem per malum ingenium præſum-
pſerit adjuvare, atque inde coram Judicibus vel Comitibus increpatus fuerit,
& negare non potuerit, quindecim ſolidorum culpabilis judicetur.*

AD CAPUT LXV.

De injuriis verbalibus, & Realibus, & de earum Pœnis.

OBSERVATIO

1 *Vigore hujus capituli pœna injuriæ verbalis eſt medietas Auguſtalis.*
2 *Dividitur injuria verbalis in convicium, & contumeliam*
3 *Inceptor rixſæ tenetur ad dictam pœnam.*
4 *Injuriam verbis factam an liceat verbis repellere?*
5 *An, & quando veritas convicii excuſet injuriantem.*
6 *Injuria lata cum proteſtatione non injuriandi, non excuſat a pœna.*

7 Pœ-

Digitized by Google

7 *Pœna canendæ palinodiæ in injuriis receſſit ab uſu.*
8 *Vigore hujus capituli in injuriis verbalibus procedi poteſt ex officio, quod ſecus eſt de jure.*
9 *Si expoſita fuerit querela, etſi poſtea remiſſa, non tollitur facultas Judici in procedendo.*
10 *Quæ ſit pœna libelli famoſi?*
11 *Pœnæ capitali in l.un.C.de famoſis libellis quando locus ſit.*
12 *In injuria reali abſque armis prohibitis pœna eſt unius Auguſtalis, ac in eâ procedi poteſt ex officio.*
13 *Injuriatus ſi noluerit agere, & uti præſenti capitulo, licet ei agere prout de jure.*
14 *Quæ ſit pœna de jure prodita in injuriis realibus?*
15 *In injuriis, actione civili intentata, an criminalis intentari poſſit; & è contra?*

IN §. primo hujus capituli agitur de injuria verbali, & contra eum, qui primo injuriam intulerit, ſcilicet verba contumelioſa contra alium protu-
1 lerit, ſtatuitur pœna medietatis Auguſtalis applicanda Capitaneo, ſive Bajulo; & quod Capitaneus in his poſſit procedere abſque accuſatore. Injuria verbalis dividitur in convicium, & contumeliam: Contumelia fit præſenti, & a contemnendo dicta eſt contumelia, ut ait *Ulpianus in l.1.§.contumelia ff.de Injur.*: Convicium autem a concitatione, ſive conventu, hoc eſt a collatione vocum; nam cum in unum plures voces conferuntur id convicium appellatur, id autem non tantum præſenti, ſed & abſenti fieri poſſe, ait *Labeo in l.15.§.convitium ff.eodem*: Non diſſimulo ta-
2 men, hanc etymologiam, & convicii definitionem improbari a *Laurentio Valla 6.elegantiarum 52.*

Dicitur in hoc capitulo, inceptorem, ſive authorem rixæ, eum ſcilicet, qui primus contra alium verba contumelioſa protulerit, teneri ad ſupraſcrip-
3 tam pœnam: ex quibus verbis colligi poteſt, ad præfatam poenam non teneri eum, qui provocatus, in injuriantem injuriam retunderit, ſive alia verba contumelioſa protulerit, quippe ignoſcendum eſt ei, qui ſe ulciſcitur provocatus *arg. legis qui cum 14. §. ſi libertus ff.de bonis Libert.*, & faciunt dicta *per Aretinum in tract.de malefic., verſ.contumelioſa, verſic. Quid ſi aliquis dicto, & per Clarum in §.injuria, verſ.Item injuria.* Cæterum non quibuſcumque verbis illatam injuriam repellere fas erit, ſcilicet non iis
4 verbis injurioſis, quæ ad vindictam tendunt; ſed iis, quæ ad defenſionem honoris proferuntur, ad removendum crimen objectum, e. g. ſi quis vocavit aliquem latronem, aut furem, ei non licet eadem crimina retorquere, ut dicat, tu ipſe es latro, ſive fur, quoniam hoc tendit ad vindictam; impune tamen dicere poterit, *tu mentiris*; cum hoc tendat ad defenſionem honoris, & innocentiæ. Vide *Minſing.cent.5.obſ.17. Gaillum 2.obſerv.100. Tulden in Codicem tit.de injuriis n.4., & cit.Clarum.* Prætermittendum tamen non eſt, quod ſi quis contumeliis provocatus, ad vindictam eaſdem, vel ſimiles injurias in adverſarium pronunciaverit, cum eo mitius agetur. *Recius.*

*cius colle⁊t.*2777., ex quo provocatio mitigat pœnam. Vide *Ant.Fabrum in Cod.lib.9.tit.20.de injuriis defin.6.*,& alios citatos a *de Angelis cap.de injuria verbali n.20.*

Queri autem hic opportunè poterit, an veritas injuriæ, ſive convicii excuſet injuriantem? In quo articulo diſtinguendum eſt,quod ſi injuria, vel con-
5 vitium, quod objcitur eſt tale, ut publicè interſit illud ſciri, ut ſcilicet ſi quis dicat alium homicidam, latronem, adulterum, vel leproſum, vel alio ſimili contagioſo morbo affectum, tunc ſi veritatem dixerit, non punitur, quia expedit reipublicæ, vel pro delicto puniendo,vel pro ſalute hominum iſta publicari, ut concives a tali homine, vel infirmitate præcaveant, ita probat textus *in l.eum, qui nocentem ff de injur.*, cujus verba ſunt: *Eum, qui nocentem infamavit, non eſſe bonum, & æquum ob eam rem condemnari, peccata enim nocentium nota eſſe & oportere, & expedire* :& facit Textus *in l. ita vulneratus ff,ad l.Aquil.*. Si vero quod obiicitur eſt tale, quod nec expedit, nec convenit reipublicæ ſciri, ut ſi quis vocet alium claudum, cæcum, gibboſum, pauperem,&c.tunc modò dicat verum, modo falſum,committit injuriam, & tenetur actione injuriarum, quia defectus alterius detegere iniurioſum eſt, *ut in l.2.verſu .Quod tam durum C.quando, & quibus quarta pars debetur lib.*10., & ita expreſsè tenuit *Gomeſ.lib.*3.*cap.*6.*num.*2., *Clarus §.iniuria n.* 15., & hanc diſtinctionem paſſim in judicando ſervari tradit *Chriſtineus vol.*4.*deciſ.* 202. *n.*32.. Non omittendum tamen eſt etiam in terminis præfati primi caſus,quod ſi in manifeſtante alterius delicta, ex circumſtantiis,animus iniuriandi adfuiſſe arguatur, veluti ſi in rixa id fecerit odio impulſus,injurians non erit immunis a poena, in odium eius petulantiæ, ut ait *Vinnius inſtit.tit.de iniur.§.*1.*n.*3.*per textum in l.*3. *Cod.de officio Rectoris Provinciæ*.

Si vero quis alterum injuriatus fuerit,ſed antea proteſtatus fuerit,non animo injuriandi hoc facere,utrum ex hoc relevetur a pœna,veluti ſi quis dixerit, tu es mendax,& in eodem tempore addiderit, abſit dicto contumelia, vel ſalvo honore tuo?Communis eſt ſententia non relevari,quia talis proteſtatio eſt contraria facto,& proteſtatio contraria facto nihil operatur, ut ait *Gaill.*2.*obſer.*101. *n.* 1,*Guidon Papa dec.*365 *in fin.Covarr.*1.*reſol.*11.*n.*1.*Clarus lib.*5.*§. injuria n.* 3, & *Ant.Faber in Cod.tit.de injur.defin.*1.

An autem iniurians cogi poſſit ad canendam Palinodiam? Tractat hoc *Gomeſ. loc.cit.*,& affirmant *Franciſcus Marcus deciſ.*34.*n.*6, & *Faber loc. cit. defin.* 10.Sed prorſus fuiſſe exoletam, & in perpetuum relegatam Palinodiam,
7 ſive pœnam canendæ Palinodiæ,ait *Thorus voto* 77.*Gratian.dec.*955.ex quo ad aliud nō deſerviret Palinodia,quam ad renovandam injuriam iniuriato, ideoq; merito eliminanda,ſignanter in nobili viro, ut obſervat *Scoppa ad Gratian.loco cit.*Quibus conſentit *Vinnius in d.§.inſtit.de injur.*,ubi ait, pœnam canendæ Palidoniæ eſſe prorſus incognitam de iure civili, ſed tantum ex vulgi errore originem ſuam duxiſſe.

Quod autem additur in cap.,quod in delicto iniuriarum verbalium poſſit procedi abſq; accuſatore, procedit de iure particulari huius Civitatis lato for-
ſan

8 ſan ad compeſcendas audacias hominum contumelioſorum; nam de iure, Iure communi, iniuriarū cauſa non eſt publici iuris, ſed privati: *l. injuriarū, C. eod.* Quod adeo verum eſt, ut dicant Doctores, quod querela de iniuriis formiter proponenda ſit, ſervata forma *l. libellorum*, ut ait *Clar. loc. cit. verſ. ulterius quero, Ricc. collect. 1683*, imo neceſſe ſit, ut querela de iniuriis exponatur infra annum a die iniuriæ illatæ *l. 5. Cod. eod.*; & in noſtro Regno habemus diſpoſitionem *Prag. 36. §. 43. de offic. Magiſt. Juſtit.* Sed *Joſeph de Angelis in ſuo tract. de del ct. cap. 74. n. 4.* ait in Regiis Tribunalibus etiam ſervari, ut in cauſſis iniuriarum verbalium procedi poſſit ex officio, ubi citat *Sanfel. dec. 258*, cuius opinio proculdubio procedit in iniuriis latis in perſonas eccleſiaſticas, nec non aliarum miſerabilium perſonarum, ſi tamen ſint notabilis conſiderationis, nam ſi ageretur de iniuriis realibus ſimplicibus, etiam partis inſtantia requireretur, ut poſt dictum *Sanfel. dec. 65. n. 23*, docet præfatus *de Angelis loc. cit. n. 6*, & conſentit *Novar. lib. 1, grav. 318. n. 7.*

Si tamen ab iniuriato expoſita fuerit querela, parum refert, ſi poſtea ſequatur remiſſio partis, quia per eam non tollitur ius criminaliter puniendi
9 quoad Iudicem, & proinde poterit procedere, & punire, ut poſt *Bartolum*, & alios tradit *de Angelis loc. cit. n. 11.*

Etſi autem ad iniuriam verbalem referri poſſit iniuria, quæ fit ſcriptura, in ea tamen non habebit locum pœna noſtri Capituli, cum in hac injuriarum ſpecie, quæ literis fit, diverſa proculdubio, & ultra modum gravior pœna locum habeat; & ſi loquimur de ea ſpecie, quæ dicitur libellus famoſus, ſive, ut veteres loquebantur, malum carmen, in ea, *ex L. 12. tabularum*, impoſita fuit pœna capitis, ut apparet ex loco *Ciceronis lib. 4. de Republ.*, quem citat *Divus Auguſtinus de Civitate Dei lib. 2. cap. 9.*, ibi: *Noſtræ duodecim tabulæ cum perpaucas res capite ſanxiſſent, in his hanc quoque ſanciendā putaverunt, ſi quis carmen condidiſſet, quod infamiam faceret, flagitiumque alteri: preclarè; Judiciis enim, ac Magiſtratuum diſceptationibus legitimis propoſitam vitam, non poetarum ingeniis habere debemus; nec probrum audire, niſi ea lege, ut reſpondere liceat, & juditio defendere:* Quæ pœna licet *lege Cornelia* ſublata videretur, ut *in l. 5. §. ſi quis, ff. de injuriis*, tamen poſteriorum Principum Conſtitutione, quæ extat *in l. unic. Cod. de famoſ. libell.* fuit renovata, qua Conſtitutione eadem pœna is plecti iubetur, qui inventum libellum, quem abolere debebat, in notitiam aliorum pertulit. Cæterum tunc demum pœna capitis in dicta Conſtitutione impoſita locum habebit, ſi in libello capitale crimen alicui obiiciatur, ad finem inducendi contra eum aliquod periculum; Si vero nullum tale crimen obiiciatur, ſed tantum contineatur contumelia aliqua, qua æſtimatio læditur, ut ſi quis ſpurius, ebrius in ſcriptura nominetur, aut in genere criminis arguatur, veluti ſi appelletur flagitioſus, ſceleſtus, nebulo, &c. tunc certe longe mitiori pœna plectetur, ut ait *Gomeſ. cit. lib. 3. cap. 6. n. 1. Chriſtineus vol. 4. dec. 202. n. 38.* Quod dixi, inſpecto jure communi, ſecus tamen eſt de generali conſuetudine, nam hodie inſpecto uſu judicandi totius Orbis Tribunalium, etiam in famoſo libello, in quo capitale crimen continetur, famoſi libelli pœna capitalis eſſe deſiit, ut ait *Clarus §. fin. q. 68. n. 5, & Bajard in addit. ibid. n. 64.*

11 §: autem ſecundo huius capituli agitur de iniuria reali, & ſtatuitur, quod ſi
12 quis manibus abſq; armis prohibitis alterum animosè percuſſerit, teneatur ad pœnam unius Auguſtalis, & quod in hoc etiam ex officio procedi poſſit. Super quo concordat cum Ritu M.C.V, quod incipit, *Item ſervat ipſa Curia* relato *a eit. de Angelis cap. de Percuſſione, ſive de vi publica, & privata n.4.* & conſentit *Novarius l. 1. cap. 318. n. 12.*, ubi in gratiam juniorum enumerat omnes caſus, in quibus in Curiis Regni ex officio procedi poteſt.

Subditur tamen, quod ſi injuriatus noluerit uti præſenti capitulo, ſed agere voluerit contra injuriantem actione iniuriarum prodita contra iniuriantes de iure communi, liceat ei hoc facere, & magiſtratus teneatur ſuper dicta
13 actione procedere, ſervata forma iuris: De iure autem contra iniuriantem facto, ſive contra percuſſorẽ duplex prodita eſt pęna, una civilis, ad dãna ſcilicet, expenſas, & intereſſe, quæ ratione iniuriæ paſſus eſt offenſus; altera Criminalis, ad publicum exemplum, quæ habita ratione cauſſæ, & perſonæ,
14 iudicis arbitrio, irrogatur, ut probat *textus in l. apud Labeonem §. ſi quis ſervo ff. de iniuriis*, ibi: *Si quis ſervo verberato, iniuriarum egerit, deindè poſteà damni iniuria agat, Labeo ſcribit, eandem rem non eſſe, quia altera actio pertinet ad damnum culpa latum, altera ad contumeliam:* Et Juſtinianus *in §. 10. hoc titulo: In ſumma ſciendum eſt de omni Iniuria, eum, qui paſſus eſt, poſſe vel criminaliter agere, vel civiliter; & ſiquidem Civiliter agetur, æſtimatione facta ſecundum quod dictum eſt, reo pœna imponitur; Sin autem criminaliter, officio judicis extraordinaria pœna reo irrogatur.* Quod tamen intelligendum eſt juxta cauſſæ circumſtantias, & habita ratione ad qualitatem injuriantis, & injuriati, & inſuper habita ratione loci, & temporis, ſecundum quas conſiderationes aliquando creſcit, & decreſcit injuria, ut ait *Theſaurus decis. 18.*, *Riccius Collect. 1875.*, *& 3777.*, & nos fuſius diximus *cap. 11.*

An autem actione civili intentata, criminalis intentari poſſit? Vide *Arnold. Vinn. d. §. 10. n. 2.*, ubi ait ex dictis duabus actionibus unã per alteram conſumi, quia utraque ad eundem finem, ſcilicet ad vindictam comparata eſt, ut expreſsè habemus *in l. 6. & in l. 7. ff. eodem, & in l. unica C. quando Civilis actio Criminal. præjudicet, ubi Bartolus.* Idipſum ſentit etiam *Gaillus 1. obſerv. 65.*, *& Maranta p. 4. diſtin. 1., n. 1., & ſeq.*, ubi multa de cumulatione judicii civilis cum criminali; & *n. 9.*, in themate actionis iniuriarum ait, uni actioni per alteram præjudicari, quia utraque tendit ad vindictam.

AD CAPUT LXVI.

De Tabernariis.

OBSERVATIO.

1 *Exponitur diſpoſitio præſentis capituli.*

PErtinet diſpoſitio huius capituli ad Gabellam Tertiariæ vini, in eoque ſtatuitur, quod de quolibet cado vini exteri, quod venditur ad minutum in hac Civitate, teneantur venditores contribuere in beneficium huius Civitatis aſſes duos cum dimidio, & quod pro effectu præd. venditores vini exteri teneantur ſingulis tribus diebus dare notam ſindicis Univerſitatis, ſive conductori iuris prædicti, quãtitatis vini, quod ab eis vẽditur ſub pœna uni-

ius Auguſtalis applicanda pro tertia parte in beneficium Capitanei, pro alia
tertia parte in beneficium Univerſitatis, & pro alia tertia parte in benefi-
cium accuſatoris, ut in dict. cap. Subditurque in eodem capitulo, quod ſi ali-
quando contingat non reperiri iuſtum emptorem, ſive conductorem iuris
prædicti, liceat ſindicis quantitatem prædictam exigere a vini venditori-
bus, ut in aliis ſimilibus iuribus practicari ſolet ſive per Univerſitates, ſive
per Barones, qui eorum iura aut locant, aut exigunt mediante perſona eo-
rum exactorum.

AD CAPUT LXVII
De Silentio Servando in Curia
OBSERVATIO

Quanta ſit Judicantium dignitas, atque præſtantia.

1 *Quanta ſit Judicantium dignitas, atque præſtantia.*
2 *Diſpoſitio huius capituli verſatur circa reverentiam ſervandam in Curia.*
3 *Notorium unde dictum.*
4 *Quot modis Notorium committi dicatur.*
5 *Iniuria ſi fuerit illata Judici uti Iudici, idem Iudex in ea poteſt procedere.*
6 *Si vero fuerit illata Iudici uti perſonæ privatæ, ipſe Iudex erit incompetens in procedendo.*
7 *In caſu iniuriæ latæ iudici uti Iudici, idem Judex procedere poterit etiam contra non ſubiectos.*
8 *Quid in Clerico?*

TRibunal Judicis quemadmodum oportet iuſtitia, & æquitate pollere, ita
etiam omni veneratione, & reverentia eſſe dignum, in comperto eſt
1 apud omnes: Hinc Plato lib. 6. de legibus dixit, Iudicibus poſt Deos immor-
tales ſecundam honoris, & gloriæ ſedem deberi: & Cicero de iiſdem loquens
dixit: *Quod præclarius, digniuſque inter mortales exercitium excogitari poteſt,
quàm unum hominem in republica reperiri, qui communi utilitati ſerviat, & qui
communia pro ſuis, ſua pro communibus habeat, qui velit, & ſciat perſonam Ci-
vitatis gerere, dignitatem, decuſque ſuſtinere*: Meritò igitur in præſenti ca-
pitulo iniungitur, ſilentium ab adſtantibus ſervandum eſſe in Curia, & con-
2 tra non ſervantes iniungitur pœna, licet exigua, in cuius exactione ſi Baiu-
li negligentes fuerint, ii conſimili mulctantur pœna: Super quo conſimilem
habemus Conſtitutionem in noſtro Regno quæ incipit, *Cultus Juſtitiæ*; &
facit *textus in cap. in loco q. 4.* ibi: *Cultum ſuum juſtitia perdit, quando ſilen-
tia judiciorum obſtrepentium turbo confundit*, & facit locus *Eccleſiaſtic. 32. n.
13, & 14*, & quod luculenter tradit *Afflict. ſuper Conſtit. præd. n. 1., 2., & 9.*
Hic autem occaſio ſe offert dicere de Notorio, ſive, ut alii dicunt de Temera-
rio auſu. Dicitur autem Notorium, quia ſub nomine Notorii facti venit
3 non tantum quod fit coram populo, vel eius maiori parte, vel in platea, vel
coram multitudine perſonarum, ſed etiam quod fit coram Judice, ut ait *Scac-
cia de Judiciis l. 1. c. 76*: diciturq; temerarius auſus, quia temerè quidē audet,
qui delinquit coram Judice pro Tribunali ſedente, ſunt enim Judices Mini-
ſtri Dei, ut habetur *Proverb. 8. Per me Principes imperant, & prudentes de-
cernunt juſtitiam*, & tradit *Maſtrill. l. 1. de Magiſtratibus cap. 1. n. 24.* Com-

Digitized by Google

Committitur autem Notorium, cum quis alicui iniuriam dixerit, Curia pro Tribunali ſedente; ſi quis iuraverit coram Judice per capillos Dei, vel aliud ſimile; ſi aliquis coram Judice multum exclamaverit, ut ait *Nicolinus p. 1. n. 924.*, & ſeq., ubi citat *Farinac., Follerium, & alios.* Committitur etiam hoc delictum, ſi quis abſq; reverentia loquatur Officiali, ut ait Afflict. in d. Conſtitutione *Cultus juſtitiæ*, vel ſi quis falſum ſubſcripſerit, etiamſi non ſit illius iuriſdictionis *l. nullum C. de teſtibus.* Similiter qui ter interdictus fuerit a Judice, vel Actuario, ut taceat, & non tacuerit, ut ait *Afflictus in d. Conſtit. n. 95* vel ſi quis monitus à capite pileum ſubmovere, vel aſſurgere, non obtemperaverit, niſi tamen ſint legum Doctores, qui non prohibentur ſedere cum Iudicibus, & opertum tenere caput, ut in Ritu *M.C.V.*, qui incipit, *In primis legum Doctores.* Vel ſi quis manu, vel pugno bancum Curiæ percuſſerit coram iudice iuſtitiam miniſtrante, ut ait *Urſill. ad Affl. deciſ. 265. n. 27.* vel ſi quis ſcripturas laceraverit, caſſaverit, vel aliud quid ſimile fecerit, ut *de Angelis l. cit. n. 38.*

Prout etiam Notorium committi dicetur, ſi quis Judici ſedenti pro Tribunali injuriam irrogaverit; pro cuius injuriæ animadverſione idemmet judex
5 competens erit, ut ait *Reg. Roſa in praxi decretorum crimin. cap. 5. n. 37.*, & ante eum *Gaillus l. 1. practic. obſerv. 39.*, ubi ait, quod etſi primo intuitu negandum videbatur, ex eo, quod nemo jus ſibimetipſi impartiri valeat, ut habetur *in l. Un. C. ne quis in ſua propr. cauſſa judic.*; nihilominus contrarium communi opinione fuit receptum, nam quoties injuria infertur ut judici, & illa notoria ſit, Judex ipſe in puniendo, non in ſuo, ſed in alieno negotio procedere, & condemnare dicitur, cum eo caſu dici debeat, injuriam dignitati irrogatam eſſe, ut ſcribunt *Jul. Clarus §. fin. q. 36. verſ.* ſolent etiam, *Caballus caſ. 128., & 295. n. 34., Sanfel. deciſ. 63. n. 1., & 7.*; & confert *Textus in l. 1. ff. de poſtulando*; unde *citatus Roſa l. cit.* ait *quotidie videmus, quod Judices inferiores pro verbis irreverenter prolatis faciunt Notoria, ut vulgo dicunt, continentia pœnam pecuniariam, quam ſibi ipſis applicant.*

Si vero injuria fuerit illata Judici, non uti judici, ſed uti privatæ perſonæ, pro
6 punitione dictæ injuriæ non procedet ipſe Judex, ſed Judicem ſuperiorem adire tenetur, ut docent præcitati Doctores, inter quos citatus Roſa; nam ut ait *Vincentius Scoppa ad Nicolinum n. 30.*, iniquum foret dicere, Judicem in propria, & privata cauſſa jus ſibi dicere poſſe: verum in hoc caſu non prohibebitur Judex delinquentem carcerare pro Curiæ aſſecuratione, abſq; tamen formatione proceſſus, ut dixit *Capyc. deciſ. 124., Reg. Roſa loco cit., & Altimar. de Nullitatibus ſententiarum rubr. 9. q. 20. n. 74., & 92. cum ſeq.*

In caſu verò, quo injuria lata fuerit Judici, uti Judici, procedet ipſe judex etiam
7 contra non ſubjectos ejus juriſdictioni, nec habebit locum remiſſio cauſſæ ad forum injuriantis: Ita *Maſtrill. deciſ. 147. n. 18., & 19., Bartolus, & alii* ſcribentes *in cit. l. nullum C. de Teſtibus*, Farinac. *in praxi crimin. q. 105. n. 194. Sanfel. in praxi Sect. 25. n. 19., & deciſ. 26. n. 7.*, ubi ait ſic fuiſſe judicatum per S. Conſ. ſub die 15. Decembris 1616., quibus adde *Praeſ. de Franch. deciſ. 722., & de Marinis reſol. 206. tom. 1.* Niſi tamen eſſet Clericus, nam hic ſi co-
8 ram Judice laico irreverenter locutus fuerit, non erit quidem impunis, ſed

remitti

remitti debet ad ſuum judicem, a quo condigna afficietur pœna, ut ait *Ricc. collect.* 4181., ubi tradit per Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam acriter fuiſſe caſtigatum quendam ſacerdotem, qui litigans coram Judice laico, irreverenter judicem tractaverat. Judex autem Eccleſiaſticus ritè procedere poterit contra laicum injuriantem, vel aliter contumelioſè, & irreverenter ſe gerentem, ut ait *cit. de Angelis cap. de Temer. auſ., n.* 22., ubi citat *Peregrinum in prax. Vicar. ſect.* 3. *rubr.* 2. *n.* 39. *l.* 1. *Genuenſem, & alios*: Non aliter quam in caſu falſæ depoſitionis factæ per Eccleſiaſticum in Curia laicali, Judex laicus contra eum procedere non poterit, ratione totalis incompetentiæ; & è contra Judex Eccleſiaſticus rectè punire poterit laicum coram ſe falſum deponentem, ut *cit. Roſa l. cit. n.* 37. *in fin.*; licet in hoc poſtremo caſu præventioni locum eſſe, dicant Doctores, inter quod *R. Merlinus contr.* 71. *l.* 2., & *Car. de Alexio ad cit. Nicolinum n.* 140.

9 Nec relevat, an Judex ſedeat pro Tribunali, vel non, dummodo committatur crimen coram judice actum juſtitiæ exercente, ut ait *Sanfel. deciſ.* 63. *n.* 2; eo magis quia, ut dicatur Judex pro Tribunali ſedere, non eſt neceſſe, quod ſedeat in loco ſolito juſtitiæ, ſed ſufficit jus partibus reddere, ut poſt Carretium ait *de Angelis l. cit. n.* 24.

In hoc delicto notorio non formatur proceſſus, ſed omiſſa ſubtilitate juris, & omni forma judicii, ad probationem delicti, & ad ſententiam procedi poteſt, & idcirco non dantur defenſiones, nec expeditur citatio ad ſententiam, ut ait *de Angelis l. cit. n.* 8., ubi multos allegat.

Unde praxis erit, quod patrato delicto, arreſtetur delinquens, qui examinatus coram eodem judice, & tanquam principalis conſtitutus, ſi confeſſus fuerit injuriam, vel aliud irreverenter commiſſum; acceptata confeſſione, ſtatim illo præſente, & intelligente, legitur ſententia: Si vero negat, examinantur teſtes, qui fuerunt præſentes, delato juramento in faciem inquiſiti; & in hoc caſu audiendus eſt reus in ſuis defenſionibus, ut docet *Rovitus in Prag.* 8. *de off. Magiſt. Juſtitiar. n.* 5., ubi allegat *Menoch. de Arbit. Judic. caſ.* 542. *n.* 21.

Refert autem præfatus *de Angelis*, in aliquibus Curiis ſervari, quod arreſtato prius reo, examinantur teſtes, qui inter fuerunt, delato juramento in faciem inquiſiti, & ſucceſſivè idem inquiſitus conſtituitur, qui cum fuerit teſtium depoſitionibus convictus, ſive neget, ſive confiteatur, proceditur ad ſententiam, & condemnatur.

Quomodolibet autem recipiantur teſtes, ſive ante conſtitutionem inquiſiti, ſi-
11 ve poſt, ſemper concludere debent de qualitate facti, ſive injuriæ, & quod injuria prolata fuit, ſive factum commiſſum, Curia pro Tribunali ſedente, ſive tempore, quo regebatur juſtitia, ut ait *Nicolin. in praxi crim. n.* 619., & 621., ubi citat *Foller in verbo. Item eſt Notorius n.* 27., & faciunt notata per *cit. de Angelis n.* 9.

Licet autem juxta Doctorum ſenſum in Notoriis procedi poſſit ſine ſollemnitatibus proceſſus, ac in eis non conteſtetur lis, neque dentur defenſiones, ac in eis ordo ſit juris ordinem non ſervare, ut dicebat *Gramm. deciſ.* 36. *n.*
12 43., & 57; tutius tamen erit redigere probationes in ſcriptis, & reum ip-

ſum

ſum interrogare, eiuſque depoſitionem ſcribere, antequam judicetur, nam ſicut ſe gravare poterit confitendo ſe ita dixiſſe, vel feciſſe per malitiam, ita ſe etiam poterit excuſare, ſi dixerit, ſe feciſſe per ignorantiam, ut ait *cit. Rovitus d. Prag. 8. de off. magiſt. Juſtit. n. 4.* & ſucceſſive tutius etiam erit ſententiam in ſcriptis referre, ut ait *Caballus caſ. 262. n. 12., Novar. grav. 319. n. 5.*, quia ſemper neceſſaria eſt judicis declaratoria, ut ad pœnæ exactionem deveniri poſſit, ut ait *Clarus q. 9. n. 7.* Formulam autem proceſſus Notorii refert per extenſum *cit. de Angelis n. 11.* quem vide in facti contingentia. Quid autem ſi injuria, vel factum non fuerint admiſſa coram teſtibus, ſed tantum coram Iudice, & Actuario, an procedi poſſit? Vide *Gomesium 3. variarum cap. 1. n. 48.*, *Nicolin. l. cit. n. 623.*, *Boſſium*, alioſque relatos *a cit. de Angelis n. 20.*

Queri autem poterit, in cuius beneficium Notorii pœna ſit applicanda, in be-
13 neficium ſcilicet Curiæ, vel in beneficium Proventarii? & applicandam eſſe in beneficium Proventarii reſolvit *cit. de Angelis n. 12.*, & *n. 11.* refert formulam decreti in Notorio, ubi ſic habet: *Condemnetur ad pœnam ducatorum quinquaginta in beneficium Baronalis Curiæ*; & aſſignat rationem quia proventus, & pœnæ pecuniariæ ſunt juriſdictionis fructus, ut dicunt *Theſaur. deciſ. 250., in princ. de Marinis l. 2. cap. 84., Anna alleg. 53. n. 22., & ſingul. 95., Capibl. pragm. 4. n. 74.*, & idipſum tenet *cit. de Angelis in tract. de off. Baronum, in rubr. Spreto Mandato.* Unde in caſu noſtræ Civitatis, ex quo pœnarum compendia ad ipſam ſpectant, pœna eſſet applicanda in beneficium Univerſitatis.

A ſententia lata in hoc judicio non datur appellatio, & ſi fuerit interpoſita, ea
14 non obſtante poterit Judex ſententiam executioni demandare, ut ait *Gomeſ. l. cit. n. 47.*, ubi allegat *textum in cap. cum ſit Romana § fin. de Appellat.* & conſentit *Gramm. dec. 36. n. 31.* Sed Regens de Marinis *tom. 1. reſ. 113.* ait, quod licet a facto verè notorio appellari non poſſit, tamen a ſententia judicis declarantis factum eſſe notorium, poteſt appellari, cum poſſet Judex hoc injuſtè declaraſſe: Non aliter quam a ſententia declarante aliquem incurriſſe in excomunicationem contentā *in c. ſi quis ſuadente Diabolo*, vel in terminis *Conſtit. Gregorii 14. de Immu. Eccl.*, rectè poterit appellari, itaut appellatione pendente, poſſint exequi omnia, tanquam ſi declaratio illa non præceſſiſſet, quia ſententia hæc habet annexum factum, ſuper quo potuit Judex decipi, ut ait *Navarrus conſ. 12., & conſ. 20., Felinus, & Panormit. in d. cap. cum ſit Romana*: Prout etiam in delicto notorio appellari poterit ab exceſſu pœnæ, etiam quoad actum ſuſpenſivum, ut ex Alti-
15 mar. & Uulpin. ad Farinac. tenet *cit. de Angelis n. 13.* An autem Judex uti ſuſpectus recuſari poſſit, citatus *Gomeſ. n. 46.* ait, non poſſe recuſari, & allegat, *Textum in cap. propoſui de Appellat.*: Unde ipſe Judex offenſus, vel cujus aures ſunt offenſæ procedet, allegata ſuſpicione non obſtante, ut ait *Novar. l. cit. n. 25. in fin.*

Obſervandum tamen eſt, quod etſi aliqui dicant, tunc Judicem pro injuria ſibi illata pœnā indicere poſſe, cum pœna eſt certa, non vero quando eſt arbitra-

ria

16 ria, ex quo in caſu prædicto ipſemet Judex arbitrari pœnam non poſſet, ut per Doctores relatos *in cit. deciſ. 63. R: Sanfel.*, & *a Carolo de Alexio ad cit. Nicolin. n.* 1203; tamen in praxi contrarium ſervari, dicit *cit. de Angel. n.* 4, ubi ait, eorum opinionem procedere poſſe, quoad pœnas corporales irretractabiles; in aliis vero poſſe judicem procedere, & arbitrari pœnam infligendam reo, etiam quando pœna in jure non eſt determinata. Vide *Carol. Ant. de Luca in prax. crim. cap.* 1. *n.* 15. licet contrarium ſentiat *Caball. caſ.* 128. *n.* 9., & *Clarus in praxi q.* 35., *verſ. ſolet etiam, &* Gomeſ. *tom.* 3. *cap.* 1. *n.* 46.

An autem ad finem validè procedendi in hoc judicio, & utendi omnibus prærogativis, & privilegiis eiuſdem, neceſſe ſit, ut arreſtetur reus? *Citat. Nicolinus n.* 622. ait cavere debere judices, quod hujuſmodi reus non diſcedat a Tribunali, & Judicis præſentia, quoniam ſi diſceſſerit, condemnari non poterit abſque citatione ad ſententiam: Tamen *citatus de Angelis n.* 21. poſt *Calà de Præmin. M.C.V. cap.* 13. *n.* 7. ait, idem eſſe, ſi reus non arreſtetur incontinenti, nam ſi capiatur eadem die, adhuc carcerari poterit, & condemnari: Sed tutius eſſe, ait, claudere oſtium, ne fugiat, & arreſtatū condemnare.

AD CAPUT LXVIII.

De Honeſtate Servanda.

OBSERVATIO.

1 *Inter præcepta juris naturæ numeratur, honeſtè vivere.*
2 *Quid diſponatur in præſenti cap. circa honeſtatem ſervandam.*
3 *Si honeſtè vivere oportet, cur permittuntur Lupanaria?*
4 *In lege Moyſis prohibitæ erant Meretrices.*
5 *Inter Gentes tamen in uſu erant, imo quandoq; inter res ſacras computata.*

INter juris præcepta *in §. 3. de Juſtitia, & Jure* primum locum obtinet, *Honeſte vivere*; atque hoc præcepto vetantnr facta omnia, quæ lædunt pieta-
1 tem, verecundiam, ac exiſtimationem noſtram, & generaliter quæcumque pugnant cum legibus, bonis moribus, ac publica honeſtate, in tantum, ut ex vi huius præcepti, ab iis etiam nonnunquam abſtinendum ſit, quæ legibus civilibus permiſſa, vel expreſsè prohibita non ſunt, ex quo juxta tritum illud, *non omne, quod licet honeſtum eſt, ut in l. non omne ff. de reg. juris*: et advertit Cicero pro Balbo: *eſt aliquid, quod non oportet, etiamſi liceat*: Nec hæc eſt tantum ſimplex juris admonitio, & conſilium, ſed verum, & efficax juris naturalis præceptum, ut notant Docto-
2 res ſuper §. *prædicto*: & ob eandem rationem, vigore huius capituli indicitur pœna contra agentes quolibet modo, vel loquentes turpia in platea, vel Theatro, ſive foro huius Civitatis, ut in litera.

Dicet aliquis, ſi adeo vitæ honeſtas in jure injungitur, ut quandoque non ex-
3 pediat facere quæ alias licita ſunt, cur permittuntur Scorta, & Lupanaria? Certè non alia ratione, niſi ut pejora, & graviora mala evitentur; ut enim inquit Leo Imperator *in Novella* 83.: *Propter redundantem in humana natura perverſitatem, quædam etiam non decora, & ſalutaria, adeoque decreto Spi-*
4 *ritus damnata toleranda ſunt, ne pejoris mali præbeatur occaſio*: Cæterum in Lege Domini Scorta prohibita erāt, ut Levitici 19. *n.* 29: *Non proſtituas filiā tuam,*

Digitized by Google

tuam, ne contaminetur terra: & Deuteron. 23. n. 17.: *Non erit meretrix de filiabus Iſrael, nec Scortator de filiis Iſrael, non offeres mercedem proſtibuli*: Apud
4 Gentes autem, eas ferè ſemper in uſu fuiſſe, imò quandoque inter res ſacras computatas, referunt hiſtorici, ut de Aſſiriis loquitur *Herodotus l. 1.*, & de Comanis Ponti *Strabo l. 12.*, ibi: *Magna ibi mulierum multitudo, quæ erant Veneri ſacræ*; & conſonat locus S. Athanaſii in oratione contra Idola, ubi de mulie-
5 ribus Phœniſſis: Imo apud Græcos in ea erant veneratione, ut in arduis Reipublicæ temporibus ad preces Diis porrigendas adhiberentur, ut ait *Clemens Heracleas in lib. Pindari*; & refert *Teopompus*, quod cum Xerſes bellum Græciæ indixit, eiuſdem Græciæ meretricibus in cura fuit pro populi ſalute, & indemnitate vota offerre; Unde *Simonides*.

Hæ ſtatuere ſuper Grajorum orare ſalute
Felicem Venerem, & pro Laribus patriæ
Non enim arc feris voluit Venus aurea Perſis
Arcem Grajorum prodere, quem populent.

AD CAPUT LXIX

Quod in Matrimoniis, aliiſq; contractibus mulierum ſervari Debeat jus Longobardorum.

O B S E R V A T I O.

1 *Quando Longobardorum jus in Italia introductum fuerit.*
2 *Longobardorum jus magna prudentia, & diſcretione latum.*
3 *Longobadorum jus generaliter viguit in Italia uſq; quo volumina juris civilis Amalphiæ reperta fuerunt.*
4 *In hoc Regno citerioris Siciliæ longè poſt tempora prædicta viguit jus Longobardorum.*
5 *In locis, in quibus jus Romanorum, & Longobardorum ſervabatur ſæpè oriebatur controverſia, quale jus prævalere deberet.*
6 *Ad tollendas lites in hac Civitate ſpeciali capitulo cautum fuit, quod in contractibus mulierum ſervaretur ius Longobardorum; in ſucceſſionibus vero jus Romanorum.*
7 *Hoc capitulum receſſit ab uſu, cum in omnibus vivatur juxta jus Romanorum, & Regni Conſtitutiones.*
8 *Quid de jure Longobardorum ſervabatur in Sponſalibus.*
9 *De Jure Longobardorum mulier lucrabatur quartam partem in bonis viri, quod Morgincap nuncupabatur.*
10 *De jure Longobardorum mulieri dabatur* Mundualdus *ſeu tutor perpetuus, & quæ ejus erat poteſtas.*
11 *Mulier Romana Longobado nupta vivere debebat legibus viri.*
12 *Infra quod tempus permiſſum erat mulieri ad ſecundas Nuptias convolare.*
13 *Mulieres quomodo devenire poterant ad alienationem rerum ſuarum.*
14 *Eodem jure Concubinatus erat permiſſus.*
15 *Quid ſervatum fuerit de iure Longobardorū circa ſucceſſiones ab inteſtato.*
16 *Conſtitutio Regni, In aliquibus ex fonte Longobardici juris manavit.*
17 *In ſucceſſione defuncti ſoror concurrebat cum filia, ſi tamen ſoror erat in Capillo.*

18 *Munduald us quomodo, & in quibus caſibus ſuccedebat mulieri defunctæ.*
19 *Jus Longobardorum in noſtro regno quoad omnia exolevit.*

LOngobardorum jus introduci cœpit in Italia paulo poſt eorum introdu-nem in hujus Regionis ditione, nam cum omnia, quæ ad Romani Imperii
1 decus, & amplitudinem pertinebat, imo ipſummet Romanum nomen satagiſſent extinguere, loco antiqui juris Romani, quod aliorum barbarorum incurſionibus penè exoleverat, novum jus cœperunt extruere, quod licet barbariem quandam prima fronte redolere videatur, & ab aliquibus variis probris, & injuriis affici ſoleat, tamen maximo conſilio, &
2 prudentia latum fuiſſe, ex eo conijci poteſt, quia leges, quæ ab eis ad populos regendos condebantur, non ab unius dependebant imperio, & voluntate, ſed ab omnibus Regni ordinibus, & magiſtratibus erant approbandæ, ut notat *Grotius in Prolegom. ad Hyſtoriam Gothorum*, & conſentit *Author hyſtoriæ civilis tom.* 1. Quod jus uti patrium jus, & commune ſervatum fuit in tota Italia uſque ad tempora Lotharii ſecundi Imperatoris, quo
3 imperante, Amalphiæ juris Civilis volumina a Triboniano congeſta, reperta fuerunt, cujus leges quia magis rationi, & æquitati innixæ videbantur, paulatim earum inolevit obſervantia, cœptumque fuit ab aliquibus in publicis gymnaſiis legi, ac interpretari ad Adoleſcentum inſtructionem, ut notat *Veſſembecius de Juriſconſultorum Sectis, & Script. cap.* 9. Unde ex tunc Longobardorum jus paulatim a priſtina obſervantia cœpit deficere, ut refert *Gravina de ortu, & progreſſu juris civilis n.*140.

Non diſſimulo tamen, longe poſt tempora prædicta, jus Longobardorum in
4 hoc Regno citerioris Siciliæ fuiſſe in uſu habitum, & tanquam jus commune ſervatum, ut paſſim habetur in Conſtitutionibus noſtri Regni, & in ſpecie in Conſtitutione, quæ incipit *Puritatem*, quæ lata fuit ſub Guilielmo Rege Normando, in qua diſponitur, quod Judices Regni judicare debeant ſecundum Regni Conſtitutiones, & demum ſecundum jura communia, Longobarda videlicet, & Romana; imo in hoc Regno jus Longobardorum prævaluiſſe juri Romano, notant Andreas de Barulo in princip. *Comment. Ad leges Longobardorum*, & *Afflictus ſuper Conſtit. præd. n.*7. Quod quidem intelligendum eſt, vel de iis temporibus, quibus Romanorum jus non erat communiter uſu receptum, prout erat temporibus Regum Normandorum, qui huius regni ditionem habuere paulo poſt Longobardos exactos, vel etiam intelligendum eſt de illis locis, in quibus, etiam poſt Longobardorum excluſionem, eorum jura in uſu erant, ut de Apulia teſtatur citatus *de Barulo in quodam fragmento relato a Reg. de Marinis in fin. lib.*3. *ſuarum Allegationum*, & de Barenſi Civitate, & territorio teſtatur *Maxill.* in proemio Conſuetudinum Barenſium. In aliquibus autem locis, ex quo utrumq; jus reperiebatur introductum, aſſiduæ oriebantur contentiones, quodnam jus in eis ob-
5 ſervari deberet, Longobardum ſcilicet, an Romanum, & ſæpè contingebat, quod in una, eadēq; Civitate, vel Regione aliqui ſervarent jura Longobarda, alii vero Romana, ut de Civitate Salerni temporibus ſuis teſtatur *Afflictus loco ſupra citato*, vel in aliquibus negotiis ſervaretur jus Romanorum, in aliis autem jus Longobardorum.

Qui ſane vivendi modus anceps, & dubius cum in hac Civitate invaluiſſet, &
6 ex hoc continua jurgia, & diſſentiones orirentur, in anno 1460, regnante
Ferdinando primo Aragonenſi, ut tandem controverſiis daretur modus, cum
interventu omnium Civium, & aſſiſtentia Gubernatoris huius Civitatis in-
tervenientis pro parte D. Lucretiæ de Alagno utilis Dominæ ejuſdem,
ſtatutum fuit, quod in eadem Civitate, eiuſq; diſtrictu in poſterum in con-
tractibus Dotalibus, ſive aliis contractibus mulierum ſervanda eſſent jura
Longobardorum: In Succeſſionibus vero, aliiſq; vivendum eſſet jure Roma-
no, & juxta huius *Regni* Conſtitutiones, & capitula, ut habetur in literas.
Verum præfatum capitulum pro eo, quod ſpectat ad *Jus* Longobardorum
7 in rebus mulierum, pluribus ab hinc annis receſſit ab uſu, cum in omnibus
ſerventur iura ſive Civilia, ſive Pontificia, Capitula, & Conſtitutiones no-
ſtri Regni, & Pragmaticæ Sanctiones diverſis temporibus latæ.

Nunc ad hujus Capituli ornatum, congruum erit videre, quænam fuerint
Longobardorum jura lata circa dotes, & alia mulierum bona, ſive contra-
ctus earumdem; circa quæ, ut a Sponſalibus exordium capiam, ſtatutum e-
rat apud Longobardos, quod ſi Sponſus poſt inita ſponſalia, per duos annos
8 neglexerit accipere puellam in uxorem, eſſet in poteſtate patris, ſive fra-
tris puellæ fidejuſſorem ſponſaliorum cogere ad metæ, ſive quartæ ſolu-
tionem, quam in die ſponſaliorum promiſerat, ut in *l. 1. de ſponſalibus in-
ter leges Longobardorum*: & quod ſponſus in palatio Regis Guidrigild ſuum
componeret; ſub cujus nomine ſignificabatur mulcta quedam pecuniaria,
ut ex *Gloſ. in l. 2. tit. de his, qui cartam falſam contra legem ſcripſerunt*, verbo
edicto.

Circa dotes autē nihil erat ſpecialiter ſtatutum, nec de eis aliquid lucrabatur
maritus, ſed è converſo de ſubſtantia viri verificabatur lucrum quartæ
9 partis in beneficium uxoris, ut habetur *in l. 1. tit. de his, quæ a viro &c.*
Quod advertit *Card. de Luc. diſc. 135. de dote n. 3*; ibi: *De jure Longobardo-
rum, quod ante introductionem juris Romani, in Italia erat jus commune, ſoli-
us mulieris, non autem viri eſt lucrum, quod juxta illius juris barbara voca-
bula, Morgincap, nuncupatur, ideſt in quarta conſiſtens, ut in l. 1. tit. de his,
quæ a viro*, Maxilla *ad Conſuet. Barenſ. tit. de donation. inter virum, & uxorem
§. 1. n. 1.*

Unde, attento jure prædicto, ſi matrimonium diſſolvebatur morte viri, uxor
ſuper viri ſubſtantia quartam partem repræſentabat, & ultra eam, dotem,
quæ tempore ſponſaliorum ſibi tradita fuerat, ut in *l. ſi maritus tit. de Ho-
mic. liber. homin.*, & *in l. ſi pater de ſucceſſion.*, & notat *Andreas de Iſernia*
relatus à *Reg. de Marinis in fin. lib. 3. Allegationum*: Ultra tamen dictam
quartam partem, quæ ut ſupra diximus, *Morgincap*, nuncupabatur, prohibi-
tum erat viro in uxoris ſuæ favorem aliud transferre, ſive tempore ſpon-
ſaliorum, ſive poſtea conſtante matrimonio, ut habetur ex Conſtitutione
Luitprandi Regis *in l. 1., & 3. tit. de his, quæ a viro*; excepto tamen caſu diſ-
poſitionis teſtamentariæ, quo caſu vetitum non erat viro ejus uxori aliquid
relinquere in uſufructu tantum, *ut in l. ſi quis 4. eod. tit.*

De

De jure Longobardorum dari debebat mulieribus tutor perpetuus,qui Mundualdus nuncupabatur,ita dictus a Mundio,ſub cujus nomine patrimonium mulieris ſignificabatur,cujus ipſe Mundualdus curam habebat,ut ait *Gloſſa*
10 *Marginalis in l.1. qualiter Mundualdus amittat mundium* ; ſive etiam dicebatur a verbo *munio*,unde Mundualdus,quaſi Munialdus , ſicuti tutores dicti ſunt,quaſi tuitores,ut ait *Gloſa in rubrica ejuſdem tituli*. Mundualdus autem dabatur puellæ,ſive majori, ſive minori,etiam patrem habenti , ut habetur ex dicta *Gloſſa marg.*,& notat *Andreas de Barulo in Comment.ad leges Longobard.,tit.de Mundualdis*:In quo jus Longobardorum cum antiquo Romanorum jure,imo cum jure 12.tabularum videtur conſentire,cujus vigore mulieribus ob ſexus,& conſilii imbecillitatem , & forenſium rerum ignorantiam,tutor datus fuit,ut notat *Ulpianus in fragm.tit. de Tutelis in princ.*.& Cicero *in oration.pro Murena*,ibi:*mulieres propter infirmitatem conſilii in tutorum poteſtate,majores eſſe voluerunt*;quam tutelam ex lege Attilia perpetuam fuiſſe,habetur ex eodem *Ulpiano*,& luculentius notat *Cujac.* *7.obſerv.11.*& *Iacobus Revardus tom.1.varior.c.de.tutela fœminarum* , adeo quod tutela prædicta,muliebris ſervitus,vocetur a ſcriptoribus : De jure vero Longobardorum tanta erat Mundualdi poteſtas in caput , & bona mulieris,ut nihil,abſq;eius voluntate facere potuiſſet , imo nec etiam virum ducere, ut toto tit. *de his , qui abſque voluntate mundualdi ad virum ambulant*: Sed poſtquam mulier erat conjugata,tranſibat ea in poteſtatem viri,atque is erat præcipuus ejus mundualdus,ut loquitur *citatus de Barulo in cap.in cujus poteſtate ſit mulier conjugata*,& *in cap.de Mundualdis* , & aperte habetur *ex cit.lege prim.,qualiter mulieri liberæ alienare ſit permiſſum*

Mulier traducta ad virum legibus viri vivere debebat ; Unde mulieres
11 Romanæ,quæ viros Longobardos habuerunt,eis defunctis,a lege viri erant ſolutæ,&.ad ſuam revertebantur legem,ut in *l.1.* , & *2. Ut mulieres lege mariti vivant*.

Permittebatur eiſdem,viris defunctis,ad alias nuptias convolare,poſt trigin-
12 ta dies,cum conſilio Epiſcopi, ſi Epiſcopus erat præſens, alioquin cum conſilio Sacerdotum,& ſuorum coniunctorum,vel amicorum,ut in *l. fin.tit infra quod tempus permiſſum eſt viduis velum, vel maritum accipere* ; quod quidem exorbitans eſt a jure Romano,nam de jure Romanorum prohibetur mulier nubere infra annum luctus,& ſi nubit,fit infamis,ut in *l.1,*& *2 ff.de his,qui notantur infamia*,& *toto tit.Codicis De ſecundis Nuptiis*,quam differentiam notat citatus *de Barulo in ſuis Comentariis cap.de Matrimoniis* .

Pro eo autem, quod ſpectat ad ceteros contractus alienationum rerum ſuarū,
13 mulieres innuptæ non poterant abſque voluntate Mundualdi eas quocumque titulo transferre,ut in *l.1.tit Qualiter mulieri liberæ ſit alienare permiſſum* : Si verò erat conjugata,nec cum conſenſu ſui viri eas alienare poterat,ſed in alienatione intervenire debebant duo,vel tres ex agnatis,ſive cognatis mulieris,alias irrita erat alienatio,ut in *l.2.eodem tit.* Rationem autem diverſitatis aſſignat *Gloſſa in d.l.2.,verbo , vel tres*,quia in conjugata preſumptio eſt,quod vir precibus, vel minis uxorem induxerit ad

ad alienandum, quæ præſumptio ceſſat in Munduado extraneo.

De jure Longobardorum permiſſus erat Concubinatus, ut deducitur ex inte-
14 gro titulo *de eo, qui uxorem ſuam dimiſerit, & aliam ſuperinduxerit*, ubi
retentio alterius mulieris domi prohibetur tantum viris conjugatis, non
autem ſolutis. Vide Authorem hiſtoriæ civilis *tom. 1. l. 5, c. 5*, ubi multarum
aliarum Longobardarum legum mentionē habet. Et pro eo, quod ſpectat ad
leges tangentes bona, ſive perſonas mulierum, vide *Andream de Iſernia in*
quodam antiquiſſimo fragmento poſt *Gloſſ. Caroli de Tocco in longobardo, &*
Andream de Barulo relatos a *Donato Ant. de Marinis in fin. volum. ſuar. alleg.*

Cur autem in aliis, & in Succeſſionibus præcipuè receſſum fuerit in hac Ci-
vitate a jure Longobardorum; exiſtimo hoc factum fuiſſe, quia Longobar-
15 dorum jus in multis, & in ſucceſſionibus præcipuè abhorrebat a naturali
æquitate; nam cognati omnes, & inter eos mater a defuncti ſucceſſione ex-
cludebatur; filius autem è contra matri ſuccedebat, ut *in l. Sorores, tit. de ſuc-
ceſſionibus*. Item mortuo fratre abſq; liberis, relicto altero fratre præmor-
tuo, frater tantum ad defuncti ſucceſſionem admittebatur, excluſo nepote,
quia de jure Longobardorum, qui proximior eſt in gradu potior eſt in ſuc-
ceſſione, *ut in lib. cit. tit. de ſucceſſ.*; quod eſt contra formam diſpoſitionis ju-
ris civilis, in quo per repræſentationem nepos ex fratre prædefuncto, una
cum alio fratre ſuperſtite, ad defuncti ſucceſſionem admittitur, *ut in Auth.
ceſſante, Cod. de leg tim. hered.*

Item ſi quis decedebat, relictis filio maſculo, ac alia fœmina, filia excludebatur
per maſculum, & frater tenebatur eam maritare, imo ſi decedebat relicta
16 filia, & nepote, ſive nepte ex filio, nepos, vel neptis, qui patrem repræſen-
tabat, amitam excludebat; & eam dotare tenebatur, *ut in l. Si quis Longo-
bardus eod. tit.* Super quo licet concordet cum Conſtitutione Regni noſtri,
quæ incipit, *In aliquibus*, quæ ſuam originem traxit è fontibus juris Lon-
gobardorum, repugnat tamen juri civili, juxta quod ſtatutum reperitur,
quod in parentum ſucceſſionibus frater, & ſoror æqualiter admittantur, *ut
in l. lege duodecim tabularum Cod. de legit. hered.*

Siquis decedebat, relicta ſorore innupta, ſive in capillis, & ſuperſtite filia
17 ſuccedebant æqualiter amita, & Neptis, *ut in l. ſi quis Longobardus filias
eodem tit.*; Unde, hoc jure attento, (quod eſt mirabile) filia non excludit
amitam innuptam, ſed tantum patruum, ut notat ibidem *Andreas de Barulo*;
ſecus autem ſi amita non erat in capillo, ſed conjugata, quia tunc exclude-
batur per filiam fratris defuncti, *ut in l. ſi quis Longobardus ſorores eod. tit.*

Mundualdus, ſi erat extraneus in mundio, ſive patrimonio mulieris omnes
18 excludebat a ſucceſſione, exceptis filiis, patre, & ſororibus, *ut in l. ſi ſoro-
res cit. tit. & notat Andreas de Barulo loc. cit. tit. de ſucceſſion.*: & ſi maritus e-
rat Mundualdus, omnes prædictos excludebat, exceptis filiis, *ut in l. ultima
cit. tit. de ſucceſsion.*, ubi *Gloſſa, verbò, Natione.*

Nunc autem Longobardorum jus in noſtro Regno, ſive quoad ſucceſſiones, ſive
quoad matrimonia, ſive quoad alia totaliter abiit in deſuetudinem, ut no-
19 tat *Reg. Capyc. Latro conſult. 3. lib. 1. n. 30., & 31., & Maxilla in proemio con-
ſuetud.*

Digitized by Google

ſuetud. Barenſ.n.217. , ubi ſubdit , quod etſi Conſuetudines dictæ Civitatis Bari ſint a legibus Longobardorum exceptæ , tamen quia Longobardorum jus in deſuetudinem abiit , earum interpretatio ex jure communi, non ex legibus Longobardorum deſumenda eſt .

AD CAPUT LXX.

De Operariis , & Aratoribus.

OBSERVATIO

1 *Hoc Capitulo taxatur merces operariis, quæ, ſtante ejus tenuitate, receſsit ab uſu .*

2 *Operarii die feſtivo exercentes ſe circa opera ſervilia puniri poſſunt ; ubi quæ ſint opera ſervilia .*

3 *Piſcari, venari, pingere , mercari, iter facere, inter opera ſervilia non computantur.*

4 *Merces ſive lucrum non faciunt , quod aliqua opera ſervilia ſint .*

5 *Expenditur rigor legis Hebraicæ circa vacationem ab operibus in die feſtivo .*

6 *Quam variè apud diverſas Gentes computetur dies feſtus .*

TAxantur in hoc Capitulo Salaria Operariis, & Aratoribus ; & quia diſpoſitio hujus capituli lata fuit circa ea tempora , quibus edita fuit *Prag.*
1 *1.de ſalario eorum, &c.* quibus temporibus magna erat in hoc Regno nummorum penuria , ut alibi vidimus , idcirco receſſit ab uſu , & Aratoribus , aliiſq; operariis pro eorum laboribus reſpective fit ſatisfactio ad majorem rationem, juxta hodiernum uſum .

Operarii exercentes ſe in operibus ſervilibus feſtivis diebus peccant, & in foro fori plecti poſſunt pœna pecuniaria, arbitrio Epiſcopi , niſi tamen neceſ-
2 ſitas urgeret. *Zacchia in tract.de ſalario qu.92.n.15.* Quæ autem ſint opera ſervilia, recte explicat *Layman.lib.4.tract.7.cap.2.n.1* , ſcilicet quod ſint ea, quę corporis neceſſitatibus inſerviunt, ut arare, fabricare: & c.è contra autem opera liberalia ſunt, quæ ad animum ſpectant, & homine libero digna ſunt, ut loqui, ſcribere, legere, docere, &c.

An autem piſcari, venari , pingere, iter facere, mercari, militari, inter opera
3 ſervilia, ſint computanda , tractat idem *Laym.* , & *Paſqualigus in ſuis deciſ. moralibus cap.de his, quæ licent die feſto* , ubi concludunt inter opera ſervilia non eſſe recenſenda, & licere omnia iſta agere diebus feſtivis , etiam ſi lucri tantum cauſſa fiant; nam lucrum, & merces non faciunt opus ſervile, quandoquidem etiam opera , ſive obſequia, quæ libero homine digna ſunt,
4 mercede æſtimari poſſunt ; Sicuti è converſo opera ſervilia non ideo talia eſſe deſinunt , quia ſine mercede fiunt, & merces , & lucrum per accidens ſe habent ad opus ſervile, & non ſervile, ut diſcurrunt citati Doctores .

Ex quibus videtur, noſtrum vivendi modum valdè diſtare ab hebraica diſci-
5 plina , & multa nobis ex benignitate permitti , quæ hebræis non permittebantur , nam *Exod 35.n.3.* omne opus in die Sabbati prohibetur Hebræis , ibi: *Septimus dies erit vobis Sanctus Sabbatum, & requies Domini, qui fecerit opus in eo occidetur: Et Exod.16.: Videte, quod Dominus dederit vobis Sabba-*

tum

tum, & propter hoc die ſexta præbuit vobis cibos, maneat unuſquiſque apud ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo; Unde Hebræis vetitum erat die prædicto etiam cibos coquere, aut alio modo parare, ac etiam ignem accendere, *ut Exod.* 35., & tantum permiſſum erat, pietatis cauſſa modicum iter facere; unde *Actorum prim.*, habetur, montem Oliveti diſtare a Hieruſalem ea diſtantia, quæ ſabbati habet iter. Quanta autem fuerit hæc diſtantia variè interpretes, quos refert *Azorius p.p. Inſtit. moral. lib. 6. c.* 31.

Computabitur autem dies feſtus a media nocte præcedente uſque ad ſequen-
6 tem mediam noctem, nam ita in Europa ſervantur feſta, pro eo, quod attinet ad vacationem ab operibus, ut ait *Abb. in cap. 1. de feriis n.* 1. *Covar. variarum reſol. cap.* 39. *citat. Azorius tom. 2. lib. 1. cap. 26. qu. 2*, *arg. l. more Romano ff. de feriis*, & notat *Layman. l. cit. n.* 1. De jure vero Hebræorum aliter dies feſtus computabatur, ſcilicet a veſpere antecedentis diei uſque ad veſperam ſequentem, ut ait *Ianſenius Matthei* 26. *n.* 17., & clarè educitur ex illo *Levitici* 23. *verſ.* 5. *Menſe primo quortadecima die ad veſperum Paſcha Domini eſt*. Quomodo autem diem feſtum apud Romanos computari in uſu fuerit, & quomodo apud Athenienſes, & Babylonios, vide *Gellium Noctium Attic. lib. 3. cap. 2.*, & *Macrob. lib. 2. cap. 3.*

AD CAPUT LXXI.

De Poſſeſſionibus Clauſis.

OBSERVATIO.

1 *Prohibetur hoc capitulo etiam ingreſſus animalium in poſſeſſionibus clauſis & injungitur pœna.*

2 *In caſu præfati Capituli erit locus exactioni pœnæ, etſi nullum damnum fuerit irrogatum.*

3 *Si vero damnum fuerit illatum, ſervantur diſpoſita in antecedentibus Capitulis.*

4 *Si animalia plurium Dominorum ſub uno cuſtode damnum dederint; quid erit ſervandum.*

Extra ordinem videtur appoſita diſpoſitio hujus capituli, nam in poſſeſſionibus clauſis, nemini licitum eſſe animalia immittere, vidimus *in obſerv. ad cap. 5.*, quod adeo verum eſſe diximus *in obſerv. ad cap. de herbag. vendend.*, ut etiam in locis, in quibus Baronibus competit jus fidandi in territoriis privatorum, hoc intelligendum ſit non procedere, ubi territoria eſſent clauſa, vel ubi eſſent arbuſta, ſegetes, oliveta, viridaria, & ſimilia, *ex Capibl. pragm.* 11. *de Baronibus n.* 31., *Leonard. Riccio, & aliis.*

In hoc autem capitulo, ad omnium retroſcriptorum declarationem, ſtatuitur,
1 in poſſeſſionibus clauſis, arbuſtis, olivetis, vel aliis locis plantatis arboribus fructiferis nemini licitum eſſe immittere animalia; cum declaratione, quod ſi Bajuli fuerint negligentes in exactione pœnæ, procedat Capitaneus; unde vides in caſu hujus Capituli ex ſolo ingreſſu animalium in territoriis clauſis, olivetis, arbuſtis, viridariis, &c. locum eſſe exactioni ſtatutæ pœnæ, etſi nullum damnum fuerit illatum; quod quidem poſſe procedere alibi vidimus, & expreſsè tenet citatus *Riccius in praxi cauſſ. damni dati cap. 5. n.* 17.

17., ibi: *Ita pariter data probibitione conventionali inter Cives per capitulatio-*
nes Univerſitatis ſuper damnis; illa ſunt ſervandæ, etiam ubi nullum fuerit
illatum damnum in egris, quia in illis ingredi non licet; ſtante probibitione
capitulari.

Si vero animalia ingreſſa damnum dederint, ſive in vitibus, olivis, ſive in
3 ſeminatis, diſponitur, quod debeat eſſe locus pœnæ, & emendationi damni
ſervata forma diſpoſitorum in antecedentibus capitulis.

Sed quid ſi plura animalia diverſorum Dominorum ſub uno cuſtode alterius
territoria, arbuſta, oliveta depaſta fuerint, an unica tantum pœna erit exi-
4 genda; vel tot erunt pœnæ, quot ſunt animalia? Dic, quod quando animalia
detinentur in unione, & ſic unita damnum dederint, habenda erit ratio ad
cœtum, non ad pluralitatem animalium, ſive ad Dominorum diverſita-
tem; & maximè, quia agitur de pœnis, in quibus benigna facienda eſt in-
terpretatio, & ita tenet *citat. de Angelis cap. de damno illato* ubi citat *No-*
var. lib. 3. grav. 45.

AD CAPUT LXXII.

De Venditoribus Diverſarum Rerum ad Annonam Pertinentium.

OBSERVATIO.

11 *Venditores fructuum, vel olerum tenentur ea per trium horarum ſpatium tene-*
re expoſita in platea pro eis vendendis.

2 *Tenentes animalia caprina non poſſunt vendere exteris hædos, ſed eos tenen-*
tur vendere in platea Civitatis.

3 *Probibetur etiam ſub pœna in hoc capitulo impoſita extrabere caſeum, &*
vendere exteris.

NE propter malitiam ementium, & revendentium, mercium, fructuum,
ſive olerum cujuſcumque generis augeantur pretia in hac Civitate,
ſtatuitur in princip. hujus capituli, quod aſportantes fructus, & olera, ad
1 finem ea vendendi in platea hujus Civitatis, teneantur ea tenere expoſita
in platea; ſive foro ſaltem per ſpatium trium horarum, & quod intra di-
ctarum horarum ſpatium nemini liceat ea emere ad finem revendendi, ſed
tantum emere liceat pro uſu propriæ domus; ſub pœna tareni unius pro
quolibet controveniente; Quod optima ratione fuiſſe introductum, colligi
poteſt ex deductis per *Lucam de Penna in l. maximes C. de excuſ. mun. lib. 10.*

In gratiam etiam annonæ ſtatuitur, quod habentes animalia Caprina, non poſ-
ſint extra hanc Civitatem, ejuſque diſtrictum hædos aſportare; & vende-
2 re pro uſu exterorum, ſed quod eos aſportare debeant in hac Civitate, eoſ-
que vendere in foro, vel in platea, juxta ea, quæ notant *Rovitus in pragm.*
1. de Annona n. 5. & 6., & Caballus in reſol. crim. caſ. 12. n. 14., & Amendol. ad
deciſ. 9. Præſ. de Franch. n. 9. Simulque ad eundem finem jubetur Macella-
riis, ne hædos prædictos emere præſumant ad uſum macellandi, & ven-
dendi ad minutum; niſi poſtquam per dictum horarum ſpatium fuerint ex-
poſiti in platea, & Cives pro eorum libito emerint; quod quidem fieri poſ-
ſe, & ſolere, docet *citat. Amendol. ad dictam deciſ. Præſ. de Franb. n. 19.*

Et ſucceſſivè jubetur, quod ſive Civis, ſive exterus caſeum aſportaverit pro

eo

eo vendendo in foro, & platea hujus Civitatis, teneatur ſtare aſſiſæ judi-
3 cum, ſive aliorum, ad quos ſpectat, & quod caſeum prædictum extra Civitatem, ejuſque diſtrictum extrahere, & vendere non poſſint, ſed ejus venditio pro commodo, & ubertate Civium fiat in foro, vel platea: quæ quidem etſi vendentium libertatem videantur limitare, licita ſunt, & permiſſa, ratione publici boni, ut in ſimili diſcurrit *Amend.loc.cit.n.26*, & tritiſſimum eſt in jure, quod privatorum commoda publicæ utilitati cedere debent.

AD CAPUT LXXIII

De Lucro dotis juxta antiquam Conſuetudinem Civitatis Calatiæ

OBSERVATIO

1 *Dotes e ſua Republica eliminavit Solon.*
2 *Apud antiquos Hebræos, Babilonios, Indos, ac antiquos Græcos a viris uxoribus ſuis dotes conſtituebantur.*
3 *Dotes antiquorum Germanorum.*
4 *De Jure Romanorum mulieres cum dote ad eorum viros accedunt.*
5 *Dividitur dos in traditam, & promiſſam.*
6 *Inſuper in Æſtimatam, & Inæſtimatam.*
7 *Quæ ſit dos æſtimata, & qui ejus effectus.*
8 *Dos inæſtimata quæ ſit.*
9 *Quandoque pretii expreſſio non inducit veram æſtimationem.*
10 *Regula datur ad finem, ut dignoſci poſſit, an dos ſit æſtimata, quæ juxta* Card. de Luca *quandoque etiam fallit.*
11 *Dividitur dos in Profectitiam, & Adventitiam, ubi quæ ſit dos profectitia.*
12 *Dos Adventitia quæ ſit.*
13 *Hoc ſpeciale eſt in profectitia, quod decedente filia in matrimonio, dos revertitur ad Patrem.*
14 *An autem revertatur, ſi decedit cum liberis?*
15 *In dote Adventitia non revertitur dos ad dotantem.*
16 *De jure Romanorum non erat locus lucro dotis in beneficium viri.*
17 *Quomodo interpretentur jura, quæ loquuntur de lucro dotis in beneficiũ viri*
18 *In pleriſq; Italiæ locis, & in hoc Regno præcipuè circa dotes, earumque reſtitutionem, & lucrum diverſa prodierunt Statuta ſpecialia.*
19 *Quid circa hæc Neapoli ſervetur, ubi de Conſuet.* Si qua moriens, *quæ dicitur in ſcriptis redacta.*
20 *Refertur novus uſus Capuanæ, & Nidi.*
21 *Diſcutiuntur diverſæ Quæſtiones in terminis dicti uſus.*
22 *Tam dicta Conſuetudo, quã dictus novus uſus habent locũ in bonis intra diſtrictum: Quod excipitur in muliere extera expreſſe ſe ſubmittente dict. Conſuet.*
23 *Quid contineat alius uſus, qui dicitur* Procerum, & Magnatum.
24 *De Conſuetudine Civitatis Capuæ.*
25 *Conſuetudo Civitatis Calatiæ, quæ incipit,* Si Vivente *a tempore immemorabili ſervatur in dicta Civitate, locisque convicinis.*
26 *Referuntur verba dictæ Conſuetudinis.*

27

27 *Hujus Conſuetudinis vigore heredes viri tenentur reſtituere dotem etiam in ſtabilibus uxori ſuperſtiti, intra tres menſes a die matrimonii diſſoluti.*

28 *Superviuente uxore nullum ſit dotis lucrum.*

29 *De jure Juſtinianeo res immobiles dotales ſtatim reſtitui debebant ab heredibus viri, res vero mobiles infra annum, ad differentiam juris antiqui.*

30 *Si intra triennium a die matrimonii, ſuperſtite viro, uxor deceſſerit, ſive filiis ſuſceptis, & ſuperviventibus, ſive non ſuſceptis, vir tenetur dotem reſtituere, præter Ferrum, Æs, & Lectum.*

31 *Quid veniat nomine Æris?*

32 *Quid veniat nomine Lecti?*

33 *Si vero poſt triennium completum, filiis non ſuperſtitibus, ſive infra, vel poſt triennium filiis ſuſceptis, & non ſuperviventibus, uxor deceſſerit, viro ſuperſtite, erit locus lucro dotis.*

34 *Quomodo ſint intelligenda verba illa præſentis Cap.* vivis, natis, & habitis

35 *Noſtræ interpretationi aſſiſtit jus, æquitas, & noſtrorum locorum obſervantia, nec contradicit ratio recti ſermonis.*

36 *Si vero ex defuncta uxore filii ſuperſint, vir in eo caſu non lucrabitur, niſi uſufructum.*

37 *Ut autem nativitate filii detur locus lucro dotis, partus debet eſſe vitalis.*

38 *Quo tempore partus editus poſſit dici vitalis.*

39 *An partus octimeſtris vitalis dici poſſit; & quid de eo, qui exciſſo ventre editus fuerit; & quid ſi partus fuerit monſtruoſus?*

40 *Si ſponſus, & ſponſa ſint ejuſdem Patriæ in dubio intelligetur juxta leges patrias contraxiſſe.*

41 *Quid autem ſi ſponſus fuerit Calatinus, ſponſa vero alterius Regionis?*

42 *Quilibet ſcire præſumitur conditionem ejus, cum quo contrahit.*

43 *Si vir duxerit uxorem, non initis Capitulis matrimonialibus, an omnia bona uxoris cenſeantur data in dotem?*

44 *Non cenſebuntur omnia bona data in dotem, etſi uxor paſſa fuerit virum omnia poſſidere.*

45 *Quod remedium in hoc caſu ſuperſit viro.*

46 *Dos conſtituta primo viro in dubio præſumitur cõſtituta in ſecũdo matrimonio*

47 *Facto caſu Statuti dabitur locus lucro dictæ dotis præſũptæ in beneficium viri*

48 *Procedunt prædicta quando non ſuperſunt filii ex primo matrimonio; nam ſi ſuperſunt, non lucrabitur vir ultra id, quod ex dote habet unus ex filiis primi matrimonii.*

49 *Quæ procedunt non tantum in terminis dictæ dotis præſumptæ, ſed etiam in caſu dotis expreſſæ.*

50 *An pacto, vel ſtatuto derogari poſſit legi* Hac ædictali?

51 *Et pacto quidem derogari non poteſt, niſi in caſu quo aliter mulier non poſſe invenire virum.*

52 *Præfata limitatio non procedit in muliere annoſa, & laſciva.*

53 *Statuto derogari poteſt dictæ legi, ſi Statutum expreſſe revocaret legem, vel cum ea eſſet incompatibile.*

54 *Verba noſtri Statuti non derogant legi Hac Edictali, & idcirco juxta formam dictæ legis ſunt interpretanda.*

55 *Si decedat uxor, ſuperſtitibus filiis primi matrimonii, & ſuperſtite ſecundo viro, utrum legitima ſit prius detrahenda in beneficium filiorum, & poſtea quod ſupereſt, ſit dividendum inter filios, & virum?*

56 *Quid ſi decedat cum filiis utriuſque matrimonii, qui diſpares numero ſint?*

57 *Diſtinguitur, quod aut decedit cum teſtamento, & ſervanda erit diſpoſitio legis Hac Edictali, maximè ſi ſecundus vir vivus ſit.*

58 *Si autem decedit ab inteſtato, tunc inter filios utriuſque matrimonii pro numero filiorum dividetur hæreditas.*

59 *Improbatur Molfeſius, qui docuit hæreditatem matris binubæ pro medietate eſſe aſſignandam filiis primi matrimonii, & pro alia, in beneficium filiorum ſecundi matrimonii, etſi numero diſparium.*

60 *In terminis Conſuetudinis* Si qua moriens, *matri binubæ fœminæ cum maſculis æqualiter ſuccedunt, ſed portio fœminarum maſculis utrinq; conjunctis accreſcit.*

61 *Si vero ex primo matrimonio ſuperſtites ſint fœminæ tantum, ex ſecundo vero matrimonio maſculi, an fratres uterini ſorores uterinas excludant? ubi diſtinctio inter Jus conſuetudinarium Neap., & Ius Regni.*

62 *Dos data ſecundo viro lucrabitur ab eo, ſervata forma legis Hac Edictali, ſi conſtituta fuerit a muliere, vel ejus patre; ſecus vero ſi fuerit conſtituta ab extraneo cum pacto integri lucri in beneficium ſecundi viri.*

63 *Non procedet tamen, ſi hoc factum fuerit in fraudem filiorum primi matrim.*

64 *Statutum de lucro dotis an habeat locum in dote promiſſa?*

65 *Attendenda ſunt verba Statuti, an loquatur de dote data tantum, an vero generaliter de dote.*

66 *Noſtrum ſtatutum loquitur de dote data tantum, & proinde in dote promiſſa non habet locum.*

67 *Quid ſi dotans fuerit in mora in ſolvendo dotem promiſſam?*

68 *Non dicetur eſſe in mora, ſi dilationem dotans habuerit a viro.*

69 *In quibus caſibus dos promiſſa haberi debet pro ſoluta, ad finem, ut detur locus lucro.*

70 *Si dos conſtituta fuerit a muliere minore, an in ea locum habeat dotis lucrũ?*

71 *Quid ſi mulier major facta datationem ratam habuerit?*

72 *An bona dotalia in quocumq; loco ſita ſint ſubjecta ſtatuto de lucro dotis?*

73 *In feudis, quæ dantur in dotem non poteſt apponi pactum de lucro dotis, niſi tamen directus dominus conſentiret, vel ſint redacta in allodium.*

74 *In bonis emphyteuticis datis in dotem, lucrum eorum locum habet.*

75 *Quod limita in diverſis caſibus.*

76 *Caſu, quo defertur lucrum in bonis emphyteuticis, hoc intelligi debet citra præjudicium Domini directi, quoad emphyteuſis curationem.*

77 *In bonis fideicommiſſo ſubjectis, an procedat dotis lucrum? diſtinque plures caſus.*

78 *Si teſtator, inſtituta puella, ei dederit ſubſtitutum, conceſſa tamen facultate*

ſe

ſe dotandi, ſi ſe dotaverit, in dote data locum habebit dotis lucrum.

79 *Si autem Teſtator reliquerit puellæ dotem, & in ipſa dote appoſuerit ſubſti-tutum, non habebit in ea locum Statutum de lucro dotis.*

80 *Idem prorſus dicendum eſt in caſu pacti reverſivi in dote appoſiti.*

81 *Erit tamen locus lucro dotis, quando in bonis relictis appoſitum fuerit ex-preſſum fideicommiſſum, non conceſſa, neq; probibita alienatione ex cauſa dotis*

82 *Quod procedet, etſi fideicommiſſum, & ſubſtitutio appoſita fuerint in favorem cauſæ piæ.*

83 *Quod intellige procedere ad perpetuam ſubſtitutorum excluſionem, niſi bona revertantur ad gravatum, vigore pacti reverſivi a fideicommittente, vel a gravato appoſiti.*

84 *Non licebit tamen in dicto caſu dotem exceſſivam conſtituere.*

85 *Lucrum dotis conſtitutæ in bonis fideicommiſſo ſubjectis procedit tantum in fideicommiſſo ab aſcendente inſtituto; vel ab alio, qui dotare tenetur.*

86 *Lucrum dotis non verificabitur in bonis fideicommiſſo ſubjectis, ſi mulier tempore dotationis habuerit bona libera.*

87 *Cui incumbat onus probandi, adfuerint, nec ne bona libera, tempore dotationis.*

88 *Pro validitate tamen dotationis, & pacti eam ſubiicientis alicui ſtatuto, non erit neceſſarium Judicis decretum, ubi deciſio S. Conſ.*

89 *Procedet etiam dotatio, & dotis lucrum, etſi teſtator etiam ex cauſa dotis a-lienationem prohibuerit.*

90 *In quocumque caſu dos eſt legitimè conſtituta, in eo procedit ſtatutum de lu-cro dotis.*

91 *Dotis lucrum procedet etiam in augumento dotis.*

92 *Procedet etiam in jocalibus, quia ſunt dotis appendices.*

93 *In dote aſſecurata, vel reſtituta erit etiam locus ejus lucro.*

94 *An legatum factum ab uxore in beneficium viri computetur in lucrum dotis?*

95 *An legatum bonorum mobilium factum a marito in beneficium uxoris cenſea-tur factum in compenſationem lecti vidualis?*

96 *Lucrum dotis non defertur viro in caſu matrimonii rati tantum, ſed non con-ſumati.*

97 *Habebit tamen locum dotis lucrum, ſi matrimonium fuerit initum cum ſeptua-genaria, vel alia decrepita muliere.*

98 *Quid ſtatuerit Lex Julia, & Papia circa ſenum matrimonia?*

99 *Non habebit locum dotis lucrum, ſi matrimonium eſſet initum cum viro, vel muliere inhabilibus ad coeundum.*

100 *An ſtatutum de lucro dotis procedat non tantum in caſu mortis naturalis mulieris, verum etiam in caſu mortis civilis; & quomodo hic caſus exemplifi-cari poſſit.*

101 *Mulier in præjudicium lucri dotis, vivente viro, non poteſt de dote diſponere*

102 *Cum conſenſu tamen viri poterit teſtari; ubi an vir conſenſum ſemel præſti-tum revocare poſſit.*

103 *Quid operetur viri conſenſus circa uxoris teſtamentum.*

104 *Sola autem præſentia viri in teſtamento uxoris, viri conſenſum non operatur*

105 *Cautela erit, ſi mulier in capitulis matrimonialibus reſervaverit ſibi facultatem de aliqua dotis portione diſponendi.*

106 *Facta autem tali reſervatione, ſi uxor de tali portione reſervata non diſpoſuerit, cui ea erit applicanda?*

107 *Lucrum delatum viro an dicatur eſſe de hereditate uxoris, & per conſequens, an ſit obnoxium Creditoribus uxoris?*

108 *Onera hereditaria ſpectant ad heredes uxoris, non ad maritum dotem lucrantem, niſi onera ſint conſtituta ſuper corporibus in dotem datis.*

109 *Tenebitur tamen vir ad omnes expenſas pro uxoris infirmitate.*

110 *Secus ſi dotis fructus non ſufficerent ad medelam, ubi deciſio S. Conſilii.*

111 *Si vir non lucratur dotem, non tenetur in expenſis funerum uxoris.*

112 *Si vero lucratur dotem, convenitur funeraria, niſi tamen uxor habuerit bona extradotalia, quo caſu tenebitur pro rata.*

113 *Si autem ad virum acceſſerit indotata, tunc tenebuntur uxoris heredes, qui ſi ſolvendo non fuerint, tenebitur vir in quantum facere poteſt.*

114 *Expenditur ratio, cur ad expenſas medicaminum teneatur vir, non autem ad expenſas funerum.*

115 *Æs alienum remanſum in hæreditate uxoris non debet ſatisfieri de dote, ſi ultra dotem alia bona mulieris remanſerint.*

116 *Si vero alia bona non remanſerint, diſtinguendum erit inter Creditores hypotecariam habentes, & perſonalem; & in hypotecaria dos erit obnoxia credito anteriori.*

117 *In perſonali vero locum habebit diſpoſitio text. in l.* Mulier bona ff. de jure dotium.

118 Pro *debitis autem contractis per mulierem conſtante matrimonio, vir conveniri non poterit, & per conſequens minuere non poſſunt dotis lucrum.*

119 *Lucrum dotis delatum viro, & ſi per eum non fuerit agnitum, tranſmittitur ad ejus heredes.*

120 *Diverſum eſſet in legatis, aliiſque hereditario jure delatis; & quæ ſit ratio differentiæ.*

121 *Repetuntur caſus, quibus, vigore hujus Cap. locus ſit lucro dotis.*

122 *Quid autem ſi uno caſu uxor, & vir moriantur, quis eorum prior mortuus præſumi debet?*

123 *Quid ſi non vir, ſed mater, & filius uno caſu deceſſerint; quis eorum prior præſumatur mortuus, ut locus fiat lucro dotis?*

124 *Si autem latronum aggreſſura pater, & filius occiſi fuerint, quis eorum prior præſumetur occiſus?*

125 *Quid ſi uxor fuerit a viro in adulterio deprehenſa, & interempta, an locus ſit lucro dotis? ubi diverſæ circa hoc Doctorum ſententiæ.*

126 *Si vero maritus in poteſtate patris fuerit, & dotem fuerit lucratus, an dos in patris beneficium applicari debeat?*

127 *Communicabitur cæteris fratribus dotis lucrum, ſi frater lucrifaciens dotem cum eis fuerit ſocius omnium bonorum.*

128 *Secus vero ſi fuerit ſocius particularis.*

Digitized by Google

129 *Multo minus ſi tantum indiviſas inter ſe poſſederint parentum hæreditates*
130 *An vir lucrum dotis ſibi delatum poſſit in præjudicium ſuorum Creditorum repudiare.*
131 *Non poteſt tamen, conſtante matrimonio, vir dictum lucrum uxori remittere.*
132 *Opinio concedens viro facultatem repudiandi lucrum dotale in præjudicicium creditorum, in foro conſcientiæ non eſt tuta.*
133 *Privatur vir dotis lucro, ſi intra annum luctus ad ſecundas nuptias convolaverit.*
134 *Referuntur alii caſus, in quibus privatur vir dotis lucro.*
135 *Statutum de lucro dotis, an debeat reputari favorabile, vel odioſum?*
136 *Statutum circa dotes poteſt in eadem materia corrigere jus commune.*

DOtes e ſua Republica eliminavit Solon, exiſtimans ligamen inter conjuges ortum ſumere debere à mutua charitate, & benevolentia, non vero a pretio, ſive mercede; ſive quia dotes, ut plurimum in matrimoniis cauſſa
1 ſcandali ſunt, & diſſidii inter virum, & uxorem, unde *Antiphanes* apud *Stobeum*: *Haud ullum eſt onus gravius revera, quam uxor ferens dotem copioſam*; Et appoſitè *Plautus in Aularia*: *Quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt viri, dotatæ mactant, & malo, & damno viros*: Præcipua autem ratio, ea ; ex *Plutarco in Solonis* vita, videtur fuiſſe, ne ſcilicet propter inopiam aliquæ relinquerentur innuptæ, & aliæ ob divitias magis, quàm ob ſpectatos mores ab adoleſcentibus colerentur.

Apud antiquos Hebræos, imò, ut melius dicam, temporibus Patriarcharum, mos fuit viris uxoribus ſuis dotes conſtituere; Vnde *Geneſis* 19. Jacob ſic
2 Laban alloquitur pro habenda Rachael in uxorem: *Serviam tibi pro Rachael filia tua minore ſeptem annis* : Et Geneſis 34. ſic Sichem ait pro habenda Dina Jacobi filia: *Quæcumque ſtatueritis, dabo, augebo dotem, munera poſtulate, & libenter tribuam quod petieritis, tantum date mihi puellam hãc uxorem*. Nec diſſimilis fuit Babiloniorum uſus, qui uxores ære magno ab earum parentibus mercabantur, ut ait *Herodotus lib.1.*, prout de Indis teſtatur *Strabo lib.1. Geograph.* Et de Græcis antiquis *Ariſtoteles lib.2. Politicorum cap.6.*, & de Germanis antiquis pulchrè *Tacitus lib. de moribus Germanorum*, ibi: *Dotem non uxor viro, ſed uxori maritus offert : interſunt parentes, & propinqui, & munera probant, munera non ad delicias muliebres quæſi-*
3 *ta, nec quibus nova nupta comatur, ſed boves, & frenatum equum, & ſcutum cum framea, gladioque: In hæc munera uxor accipitur, atque invicem ipſa armorum aliquod viro offert; hoc maximum vinculum, hæc arcana ſacra, hos conjugales Deos arbitrantur.* Hactenus Tacitus.

Aliter tamen viſum fuit Romanis, qui Solonis legem inter leges XII. Tabu-
4 larum non retulerunt, ſed ſtatuerunt dotes a mulieribus dari, quibus velut incitamentis viri ad nuptias æqualium provocarentur, & deinceps onera matrimonii ſubſtinerent *l.2., & tot. tit. Digeſt. de jure dot. l. maritus, & l. ſi filia ff. fam. erciſc. l. pro oneribus C. de jure dotium.* Quod adeo verum eſt, ut pro oneribus matrimonii dos deſervire debeat, ut nullum cenſeri debeat pactum, quod dos ad alios uſus debeat applicari *l.4., & l. quæris 28. ff. de pact. dotal.*

dotal., *Hotomanus in ſuo tract. de dotibus*, *Guilbertus Cyta in ſimili tract. de dotibus n.6.*

Dividitur dos in traditam, & promiſſam; Dari dicitur dos, cum aut mulier
5 ipſa, aut alius quivis eam tribuit, ſive conſignat, quod fit vel traditione, ut in *l. de his C. de jur. dot. l. doce Ancillam C. de rei vindic*: Vel Acceptilatione, *l. mulier 10 ff. de condict. cauſ. dat.*, *l. promittendo 42. §. 1. ff. de jure dotium*: Vel debiti remiſſione, *l. Sponſalibus ff eod.*: Vel delegatione, *l. 4. §. item quæritur ff. de doli except.*

Promittitur autem dos, aut per ſtipulationem, aut novo jure, per pactum, vel pollicitationem *l. 6. C. de dotis promiſſione l. ult. Cod. Theodoſ. de dotibus*, *Hotomanus ibidem*.

Dividitur inſuper in Æſtimatam, & Inæſtimatam. Æſtimata tranſit in plenũ
6 dominium mariti, ex quo in traditione dotis æſtimatæ duo intelliguntur iniri contractus, unus venditionis rei dotalis marito, alter, quo illa pecunia, pro qua fundus eſt æſtimatus, tanquam ex venditione a marito perventa ad uxorem, ab eadem dotis nomine viro retrotradita cenſetur, de qua dote loquitur *textus in l. plerumque ff. de jure dotium in l. quoties C. eodem cum concord.*, & latè *Fontanella de Pactis Nupt. tom. 2. Clauſ. 5. gl. 8. §. 13. n. 3*: & hoc caſu, quia dominium ſtatim tranſit in virum, idcirco res dotales ita traditas poterit vir, etiam abſque uxoris interventu, alienare, ut in *l. un. §. cum lex C. de rei uxor. action.*, & omne periculũ peremptionis, ſive deteriorationis
7 ad eum ſpectat, *Fontanella loc. cit.*, prout etiam in eius beneficium cedit augumentum fundi, etiamſi augumentum fuerit Alluvionis, ut ait *Coſtantius Rogerius in tract. de dote qu. 11. n. 6.* Notat autem R. *Marinis lib. 1. cap. 91.*, quod ut rerum dotalium æſtimatio hunc producat effectum, neceſſe eſt, ut ſit facta in ipſo contractu dotis, vel paulo poſt, com non poſſit fieri conſtante matrimonio, & citat *Bellon. in tract. de poteſtate eorum, quæ fiunt incontinenti cap.* 158.

Dos Inæſtimata è contra eſt, quando abſque pretii expreſſione, & rei æſtima-
8 tione fundus traditur in dotem, & in hoc caſu periculum peremptionis, aut deteriorationis, prout augumentum ad uxorem pertinet *d. l. plerumque §. ſi prædiis*, *cit. l. quoties C. de jure dotium*, *De Marinis loc. cit. n. 5*; niſi tamen deterioratio, vel peremptio contigiſſet ex culpa viri, ut in *l. inter virum C. de jure dot.*, & *cit. Rogerius loc. cit. n. 4.*

Non diſſimulo tamen quandoque, pretii expreſſionem non inducere æſtima-
9 tionem, ſive venditionem, ita ut maritus cenſeatur emptor dotis, ſed hoc tantum inducere, & ad eum tantum finem fieri, ut ſciatur valor rei dotalis, quod exemplificant DD. quando valor rei fuerit in contractu expreſſus poſt expreſſionem, & nominationem rei in dotem conſtitutæ; puta ſi in capitulis matrimonialibus dictum fuerit, promitto tibi in dotem fundum Cornelianum pro ducatis mille; Secus vero, ſi expreſſio pretii fuerit facta ante nominationem fundi, utpote; promitto tibi iu dotem ducatos mille, & pro eis fundum Cornelianum, ut poſt *Fontanella*, & *alios* deducit *Card. de Luca de dote diſc.* 158. ubi multas deducit conjecturas veræ æſtimationis,

quæ

quæ dominii translationem inducit, & alias deducit conjecturas ex æſti-
10 mationis, quæ præſumitur tantum facta pro ſciendo rerum dotalium va-
lore; & conſonant dicta per eundem *de Luca diſc. 191. ibidem*, ubi etiam
ſubdit, circa hoc certam regulam tradi non poſſe, cum ſit diſcuſſio potius fa-
cti, quam juris, quæ ex facti qualitate, & circumſtantiis venit decidenda.
Quid autem, ſi dos tradita fuit æſtimata, ſed electio fuerit reſervata uxori,
an velit ſibi ſoluto matrimonio reſtitui rem, vel ipſius æſtimationem? Vide
cit. de Marinis loc. cit. n. 8, ubi concludit, ratione dictæ reſervationis fundum
pro inæſtimato haberi, & periculum deteriorationis, & peremptionis, ſive
augumentum, ante electionem ipſius uxoris eſſe, & allegat *Textum in l. quid
ſi fundus ff. de fundo dotal. & in l. 1. C. eod.* Sed quid ſi dos fuerit æſtimata ve-
ra æſtimatione, ſed nihil fuerit dictum, quid deberet reſtitui, ſoluto matri-
monio? in hoc caſu maritum ad pretii ſolutionem teneri, exiſtimarem, juxta
diſpoſitionem *text. in citata l. quoties C. de jure dotium*; Unde in hoc caſu non
eſſet in electione viri fundum, ſive rem pro ſuo arbitrio reſtituere, ſed præ-
ciſe teneretur ad pretii reſtitutionem per *text. in l. ſi cum dotem C. eodem*, ibi
Quis enim dubitet æſtimationem a te mulieri deberi, & ita pluries per *Rotam*
tradit deciſum *cit. de Marinis loc. cit. n. 25*.

Dividitur etiam dos in Profectitiam, & Adventitiam. Profectitia eſt, quæ a
11 Patre, Avoque mulieris paterno conſtituitur *l. 5. ff. de jure dot.*, adeout ſi fi-
liusfamilias pecuniam mutuatus pro filia ſua, patris tamen negotium ge-
rens, dotem dederit, profectitia dos appellatur *l. & ideo 7. in fin. ff. de in rem
verſo l. filiusfam. 17. ff. ad Maced.* Neque vero requiritur; quod in poteſtate fi-
lia ſit, nam etiam a Patre manumiſſore dos filiæ data, profectitia dicitur,
quia non jus patriæ poteſtatis, ſed parentis nomen dotem profectitiam fa-
cit, ut dicebat *Juriſc. in l. 5. §. ſi pater ff. eodem.* An autem dos ab Avo paterno
nepti data, mortuo Avo, profectitia dicenda ſit, & patri, quaſi ab Avo pro-
fecta reſtituenda, quæſtio fuit inter antiquos Juriſconſultos; ſcilicet inter
Celſum in *l. dotem ff. de collatione bonorum, & Servium, & Labeonem in l. A-
vus 82. ff. de jure dotium*, quæ contentio a Juſtiniano diremta non fuit, ſed a
a Triboniano, ex diametro diſſonantes relictæ fuerunt dictorum Juriſcon-
ſultorum ſententiæ, ut advertit *Hotomanus in citata l. de dotibus*, ubi de
dotium diviſione.

Adventitia autem dos dicitur, quæ a mulieris matre, vel à quovis alio ſive
12 coniuncto, ſive extraneo datur, ſive etiam ab ipſa muliere, ſive alio ejus
nomine; adeout, ſi patrem ſuum debitorem mulier dotem juſſerit promitte-
re; dicta dos ſit adventitia *dicta l. 5. § ſi pater ff. de jure dotium*, quemadmodũ
& ea, quæ a filiafam. de ſuo peculio conſtituitur, ut in *l. filiafam. ff. eod.*

In eo autem præcipua differentia inter dotem Adventitiam, & Profectitiam
13 conſiſtit, quod in dote profectitia, ſi morte mulieris matrimonium ſolvi
contingat, ad patrem dos revertatur *l. 2. ff. ſoluto matrim. l. filiusfamil. ff. ad
Maced. l. quod in uxorem. C. de negot. geſtis, l. dos a Patre C. ſoluto matrim.* Quod
ait Hotomanus procedere, tam in filiafamilias, quam in emancipata, quæ
dotem habuit a Patre, non quidem ex ſummi, & ſtricti juris ratione, ſed æ-

quitate

æquitate impellente, ne uno, eodemque tempore, & filiæ, & dotis pater jacturam faciat, ut in *l. jure ſuccurſum ff. de jure dotium l. ſi filia mea ff. ſolut. matrim. l. ſi filia 5. ff. de divortiis cum concordantibus*: & conſentit *Antonius Faber l. conjecturarum cap. 16.*

Quid autem ſi filia, liberis ex matrimonio ſuſceptis, deceſſiſſet? Vetus fuit veterum interpretum altercatio, ſcilicet *Martini*, quem ſecuti ſunt *Placenti-*
14 *nus, Bellovisius, &c.*: Et *Joannis*, quem ſecuti ſunt *Azo*, *Bulgarus*, *Bartolus*, & alii; Nam *Joannes* exiſtimavit, ad patrem reverti: *Martinus* autem e contra exiſtimavit remanere in beneficium filiorum, quam quæſtionem ex profeſſo tractant *Hotomanus* ibidem, *Antonius Faber. loco citato*, & *Fachineus 3. controv. 71.*; & licet juxta *Hotomanum*, *Joannis* opinio ſolidiori fulciatur fundamento per *Text. in l. ſi pater dotem, & l. inter ſocerum §. cum inter ff. de pactis dotalibus cum concordant.*, in quibus habetur valere pactum mariti de dote retinenda, filiis ſuperſtitibus, unde educitur, pacto ſpeciali opus eſſe, ut dos profectitia apud liberos remaneat, & per expreſſum *Ulpiani locum in fragm. Inſtit. 6.*, ubi hæc habentur: *Mortua in matrimonio muliere dos a patre profecta ad patrem revertitur, quintis in ſingulos liberos in infinitum relictis*; Quæ quintarum retentio ſublata fuit a *Juſtiniano in l. unic. §. ſileat Cod. de Rei uxor. actione*. Tamen opinio *Martini*, ex interpretata voluntate Avi liberis dotes deferentis, in praxi prævaluit, ut teſtatur *Hotomanus* ibidem, eamque apud Forenſes vim legis habere, & ſub nomine Conſuetudinis *Martini* venire, habetur apud *Reg. de Marinis lib. 1. cap. 251. a num. 7 uſque ad 11.*

Quæ quidem in terminis dotis Adventitiæ dici non poſſunt, quando enim
15 filia dotatur a matre, ſive ab alio extraneo, tunc ei perfecte, & irrevocabiliter acquiritur dos ipſa, adeout, etiamſi prædecedat filia, non revertatur dos ad matrem, ſive extraneum ſuperſtitem; nam in matre, & extraneo non procedit diſpoſitio legis *dos a patre*, quia cum mater non teneatur dotare, niſi in ſubſidium; & extraneus, ſive alius ex parte matris conjunctus ad aliquid non teneatur, dotando cenſeatur donaſſe, & ad eos amplius dos non revertitur, ſed libere dicitur translata, niſi contraria ſtipulatio intervenerit, *ut cit. leg. unic. §. accedit Cod. de rei uxor. action.*, *de Marinis loc. cit. n. 22*, unde muliere dotata mortua, in caſu dotis Adventitiæ ejus hæredibus competit actio pro dotis reſtitutione contra virum, vel ejus hæredes, *ut in cit. l. unic. §. taceat. cum ſequ. Cod. de rei ux. actione.*

Ex quibus videtur de jure Romanorum nihil prorſus remanere apud virum de dote conſtituta ejus uxori, ſive Profectitia, ſive Adventitia ea fuerit, ſed
16 ea mortua, dotes vel reverti in beneficium Patris, vel Avi, ut in terminis dotis Profectitiæ; vel ſi loquamur de dote Adventitia, eam ad ejus filios, ſive alios ejus hæredes pertinere, ut expreſſe habetur in præfatis juribus, & in §. illo proculdubio dictæ legis unicæ: *Illo proculdubio in ex ſtipulatu actione ſervando, ut ſi deceſſerit mulier conſtante matrimonio, dos non in lucrum mariti cedat, niſi ex quibuſdam pactionibus, ſed ad mulieris hæredes ex ſtipulatu actio ſecundum ſui naturam tranſmittatur.*

Non

Non diſſimulo tamen pluries in libris Digeſtorum verba haberi de dotis lucro
17 in beneficium mariti, *ut in l.cum vir.42.ff.de uſucap.*, *l.5.ff. de bonis damn.l. dotale 15.*, *& l.penult.ff.de fund.dotal.l.in eum ff.de Relig.*, *& ſumpt.fun. l.27. ff.de jure fiſci*, *l.ei qui mortem ff.de iis quibus ut indign.*, ubi *Hermogenianus* ſcribit, ei, qui mortem uxoris non vindicat, ut indigno dotem auferri: Sed leges prædictas eſſe intelligendas de lucro, vigore ſpecialium pactionum in inſtrumentis dotalibus initarum, notat Accurſius in interpretatione dictorum jurium, non quod lucrum dotis in beneficium viri ex lege deferatur, pro quo faciunt *Textus in l.32. ff. de pactis dotal.*, *in l.ſi convenit Cod.de pactis, quæ ſuper dote*, & notat *Vinnius in §.fuerat Inſtit. de Action.num.1.*

Unde apparet quænam ſit circa dotes, earumque reſtitutionem, ſive lucrum
18 juris communis diſpoſitio. Cæterum in pleriſque Italiæ locis, & ſpecialiter in quamplurimis hujus Regni Civitatibus, circa prædicta non in omnibus ſervatur jus commune, cum ſive ante inventionem voluminum juris civilis, ſive poſtea, prodierint diverſa quædam localia Statuta, ſive Conſuetudines, in quibus varia ſtatuuntur circa dotes, earumq; lucrum, ſive in beneficium virorum, ſive filiorum.

Et ut a Civitate Neapolis exordium capiam: Viget in ea Conſuetudo, quæ
19 incipit. *Si qua moriens*, in qua prohibetur mulieri diſpoſitio ſuarum dotium, niſi pro decima parte tantum, & reſpectu aliarum novem partium habet labia clauſa, manus ligatas, & arbitrium refrenatum, ut loquitur *Neapod.ſuper dicta Conſuetudine, verb. tantum n.14.*, *& Præſ.de Franch.deciſ.435.n.36.* Quod intelligendum eſt in caſu ultimæ voluntatis, non vero in contractibus inter vivos, cum inter vivos, citra fraudem, & ex juſta cauſſa non prohibeatur mulier diſponere vigore dictæ Conſuetudinis, ut ait *cit.de Franch.in d.deciſ.n.13.*, *& n.35.*, *& 36.*, ubi ex *cit.Neapod.in dicta Conſuetudine, verbo, Juſtam*, quatuor juſtas cauſſas enumerat, nempe, ut caſta vivat, ut ſana vivat, ut libera vivat, ut Nupta vivat. Unde *Regens de Marinis lib.1.reſ.274.n.25.*, *& 29.* dixit poſſe mulierem ſecundo nubentem paciſci cum viro de dote lucranda, non obſtante exiſtentia filiorum primi matrimonii, ita tamen ut eis non præjudicet, juxta terminos *legis Hac Edictali Cod de ſecun.Nuptiis*, ut interpretatur *cit. de Franchis.dec.435.n.17,&18.*, ex mente *Bartoli in cit. leg.*, & aliorum, qui ajunt, quod ſtatutum, quo proviſum eſt, quod vir lucretur dotem, ſit regulandum juxta diſpoſitionem legis *Hac Edictali*; Idemque tenet *Joannes Guttierez practicarum qq. lib.1.qu.95.n.20.*, eo magis, quia juxta ſenſum *citat.de Franch.n.19.*, *& 44.* dicta lex, non videtur correcta per dictam Conſuetudinem. An autem donatio ultra decimam partem facta per matrem in beneficium filiorum primi matrimonii ſit infirmanda, ex quo contra formam dictæ Conſuetudinis, *& citatæ legis, Hac Edictali*, pro filiis primi matrimonii, teſtatur deciſum *cit. de Franch. in fin. dictæ deciſionis*: Et an ſaltem mulier in terminis dictæ Conſuetudinis poſſit ultra decimam partem diſponere ad cauſſas pias, pro opinione negativa concludit *Reg.de Marinis lib.2.reſol.11.n.3.*

A a Cui

Cui Conſuetudini ſucceſſit poſtea Novus uſus, qui dicitur Capuanæ, & Nidi,
20 qui per extenſum refertur ab *Afflicto dec.237., & a Præſ.de Franh. dec.92.,*
cujus verba ſunt: *Si matrimonium diſſolvi contingerit per mortem viri, uxore ſuperſtite, liberis ex matrimonio ſuperſtitibus, vel non ſuperſtitibus, dotes datæ, & per virum receptæ reſtituantur, & earum reſtitutio fiat dictæ uxori ſuperſtiti, ſive ejus hæredi: Si vero dictum matrimonium diſſolvi contingerit per mortem uxoris, ſuperſtitibus liberis ex dicto matrimonio, dictæ dotes ſolutæ reſtituantur, & earum reſtitutio fiat ipſis liberis ex dicto matrimonio procreatis ſuperſtitibus; & ubi, & in caſu, quo non eſſent liberi ex dicto matrimonio ſuperſtites, vel etiamſi tempore mortis dictæ uxoris liberi ex eodem matrimonio ſupereſſent, & poſtea adita hæreditate, vel non adita per eos, vel alium, ſive alios eorum nomine, liberi ipſi decederent, vel morerentur in pupillari ætate, vel poſt quandocumque ab inteſtato ſine liberis legitimis, & naturalibus, dictæ dotes modo prædicto receptæ veniant, & devenire debeant, & ipſarum reſtitutio realiter fiat, & fieri debeat hæredibus, & ſucceſſoribus dictæ uxoris, ſeu hæredibus dotantis in pace, & ſine moleſtia, & contrarietate quacumque, & omni exceptione, & excuſatione remota*: Et ſucceſſivè in eodem habetur utriuſque parentis excluſio a ſucceſſione liberorum decedentium in pupillari ætate, vel quandocumque ab inteſtato, ut ex reliquis verbis dicti uſus relati ab *Afflicto in dicta deciſione*. Convenit autem hic novus uſus cum citata antiquiori conſuetudine, nam in utraque non poteſt mulier de ſuis dotibus diſponere, niſi de decima parte, liberis exiſtentibus, ut ex verbis dicti uſus *ab Afflicto* relatis, ibi: *Salva poteſtate teſtandi dictæ uxori juxta uſum conſuetudinis Neapolitanæ in ſcriptis redactæ*, quod notat etiam *Carolus Anton.* de *Luca ad deciſ.338. de Franch.n.7.*

An autem in terminis dicti uſus excludentis ut ſupra parentes ab inteſtata ſucceſſione filiorum, parentes ipſi ſaltem filiis ſuccedere poſſit ex teſta-
21 mento? In parentum favorem teſtatur deciſum *Minadous dec.28.*, quem ſequitur de *Franch.deciſ.337.n.3.*, ubi de *Luca n.2.*, & conſentit *Rovitus dec.99. n.9., & Marcianus diſput.83. n.35.* Quid autem ſi filii deceſſerint, extraneis hæredibus inſtitutis, an in hoc caſu ſaltem parentes in eorum bonis poſſint legitimam repræſentare? Conſule *Rovit.d.deciſ.99.n.11., & 12.* Et quid in caſu ſubſtitutionis pupillaris ſtatutæ ab uno ex conjugibus in beneficium alterius conjugis, an in caſu prædicto conjux ſubſtitutus ſuccedere poſſit filiis decedentibus in pupillari ætate, vide *citat. Rovit.dec.100., & de Franch.d.dec.92.n.2., & 3.*, ubi *n.4.* diſcutitur, an in terminis dicti uſus, adita per filios matris hæreditate, iiſque defunctis, ſucceſſio in beneficium proximiorum videatur verificari in bonis parentum, an vero in bonis filiorum, ſuper quo vide *cit.de Luca in obſerv ad dictam deciſ.n.2.*

Dictus autem novus uſus, prout Conſuetudo in ſcriptis redacta non habent locum: niſi in bonis ſitis intra diſtrictum Civitatis Neapolis, non vero in
22 bonis ſitis extra diſtrictum, ut docet *de Marinis lib.2.cap.56. n.15., & ſequ.*: Quod tamen falleret in muliere extera expreſsè ſe ſubmittente præfato uſui, & Conſuetudini, nam eo caſu comprehenderentur etiam bona ſita

ex-

extra diſtrictum, ex dictis per *Reg.de Marin.loco ſup er cit.n.10.*, licet in Capitulis matrimonialibus nullam de bonis extra diſtrictum feciſſet mentionem, ut fundat *citat.Rovit.deciſ.100. n.6.* : Prout etiam eſſet, ſi inter ſponſos contrahentes matrimonium juxta dictum uſum, expreſſe conventum eſſet, ut non poſſent ſuccedere filiis, expreſsè renunciando futuris eorum ſucceſſionibus ab inteſtato deferendis, nam hoc caſu,ratione hujus pacti excluſivi,parentes eorum filiis defunctis ab inteſtato ſuccedere non poſſent, non tantum in bonis ſitis intra diſtrictum, ſed nec etiam in bonis ſitis extra diſtrictum, quia vigore pacti prædicti conſtat parentes a totali, & univerſali filiorum ſucceſſione ſe abdicaſſe, ut ex mente Conſiliarii *de Annaconſ.92.n.57.* diſcurrit *citat.de Marin.d n.15, in fine*.

Viget etiam Neapoli alius uſus, qui dicitur Procerum,& Magnatum, de quo *Minadous in Conſtitutione In aliquibus notab.4.n.4., & Sanfel.dec.535.n.1.*. Sed mos iſte nihil diſtat a jure communi,reſpectu liberæ diſpoſitionis mulierum in earum dotibus ; Unde mos iſte Procerum, & Magnatum in hoc differt a Conſuetudine in ſcriptis redacta, & a Novo uſu Capuanæ, & Nidi, quia attenta dicta Conſuetudine, & uſu, mulier non poteſt,niſi de decima ſuarum dotium diſponere, exiſtentibus filiis, ſed juxta morem magnatum poteſt de integra dote diſponere, ſalva liberis legitima ad formam juris communis liquidanda, ut ait *Reg.de Marinis lib.1.cap.274.n.26., & 27., & de Luc.ad dec.237.Præſ.de Franch.n.7.*

Capuæ, & in toto territorio Capuano viget Conſuetudo, ut præmoriente uxore teneatur vir reſtituere in beneficium ejus hæredum bona ſtabilia in
24 dotem recepta, in quo convenit cum jure communi : pecuniæ vero dotalis, & aliorum bonorum mobilium in dotem datorum fiat acquiſitio per virum pro medietate, ſtatim ac fuerit matrimonium conſumatum. Hinc quia annui redditus immobilium loco habentur, *ut in Clementina Exivi de Paradiſo §.cum annui redditus de Verborum ſignif.*, & fundat *de Marinis lib. 1.cap.10*, merito eorum non verificabitur lucrum in beneficium viri, ſed venient in reſtitutione in beneficium hæredum uxoris defunctæ.

In hac noſtra Civitate etiam circa dotes, earumque reſtitutionem, & lucrum particularis invaluit uſus, qui a tempore antiquiſſimo, & immemorabili
25 ſemper communiter ſervatus eſt, & adhuc uniformiter ſervatur,non tantum in hac Civitate, diſtrictu, & diœceſi, ſed etiam ex partium conventione, in locis etiam remotioribus, cujus verba ſunt.

Si vivente muliere, virum ſuum mori contingerit, hæres illius mariti a
26 die obitus ſui uſque ad tres menſes completos teneatur, dare, & reſtituere illi mulieri,vel heredibus,& ſucceſſoribus ſuis pecuniam,terram,& res mobiles dotales,quas receperit vir in dotem ab illa uxore ſua, ſive alio pro parte ſua,præter id,quod de his rebus mobilibus dotalibus, juxta uſum ipſorum conjugum conſumptum,vel marciſcitum fuerit, aut, Dei judicio igne crematum.

Si autem mulier prædicta, ſive uxor illius viri infra triennium, illo viro

ſuo vivente mori contingerit, filio, vel filia ex communi procreatione illorum conjugum non ſuperſtitibus, vel vivis natis, & habitis, ſimilitèr ille vir dictæ mulieris, a die obitus dictæ mulieris uſque ad tres menſes completos, teneatur dare, & reſtituere hæredibus dictæ mulieris pecuniam, terram, & res mobiles dotales, quas receperat in dotē ab uxore ſua, ſeu alio pro parte ſua, præter id, quod de bis rebus mobilibus dotalibus juxta uſum ipſorum conjugum conſumptum, vel marciſcitum., vel Dei judicio igne crematum fuerit, & præter ferrum Æ, & lectum.

Si vero mulier poſt tres annos completos a prædicta die ſponſaliorum dictorum conjugum in antea numerandos, vel ſi infra tres annos eoſdem filium, vel filiam ex communi procreatione ſuſceperit, vel habuerit; & deceſſerit, prædicto viro ſuo ſuperſtite, tunc dictus vir lucrifaciat omnes prædictas dotes, quia ſic eſt, ut prædicitur de antiquato uſu, & conſuetudine Civitatis Calatiæ.

Cujus interpretatio eſt, quod ſi ſupervivente uxore, virum ſuum mori con-
27 tingat, hæres viri, intra tres menſes a die ejus obitus numerandos, teneatur in beneficium uxoris, vel ejus hæredum reſtituere dotem, ſive in ſtabilibus, ſive in pecunia, ſive in aliis mobilibus conſiſtentem, præter id, quod de dictis rebus mobilibus per ipſos conjuges uſu cōſumptū fuerit, vel lapſu tēporis detritum, & præter id, quod caſu, non culpa (ſic enim interpretor verba illa *Dei judicio*) igne crematum fuerit; nam ſi culpa viri igne conſumptæ fuerint res mobiles dotales, aliter certe eſſet reſpondendum: Ritè autem hic diſponitur omnium bonorum dotalium reſtitutio, in caſu mortis viri, uxore ſuperſtite, quia, ſupervivente uxore, nullum fit dotis lu-
28 crum in beneficium viri, ut ait *Phanuccius de lucro dotis, verbo, poſt mortem, n. 15.* Quod adeo verum eſt, ut nec pactum ſpeciale de dote lucranda in caſu prædicto ſubſiſtat, utpote factum contra favorem dotis, & impeditivum alterius matrimonii, ut habetur in *l. 3. C. de Pact's convent. ſuper dote.*

Hoc autem ſpeciale, inter alia, notatur in terminis hujus noſtræ Conſuetudinis, quod bonorum dotalium, ſive mobilium, ſive ſtabilium injungitur reſtitutio in beneficium uxoris, ſive ejus hæredum, infra tres menſes a die obitus viri; cum e contra de jure Juſtinianeo rerum ſoli facienda ſit reſtitutio
29 ſtatim ſoluto matrimonio; rerum vero mobilium, ſive ſe moventium, vel incorporalium omnino infra annum, ut in *l. unic. §. exactio, C. de rei uxor. actione*, ad differentiam juris antiqui, cujus vigore bonorum dotalium in numero, pondere, & menſura conſiſtentium fieri debebat reſtitutio annua, bima, trima die, ſcilicet una pars primò anno, altera ſecundo, & reſidua dos omnino intra triennium, ut in *l. 3. ff. de annuis legat.*, *& in l. cum in fundo §. ſi fundus ff. de jure dotium, & notat Guibertus Coſtanus in ejus Comment. de dot. cap. 6. n. 17. & Laurentius Valla lib. 1. cap. 5. & lib. 4. cap. 10. & 70.*

Si vero contracto matrimonio, infra triennium, viro ſuperſtite, uxor deceſſerit
30 filiis non ſuperſtitibus, ſive etiam iis vivis natis, & habitis, quod idem eſt

ac

Digitized by Google

ac ſuperſtitibus, ſive ſuperviventibus, in utroque caſu diſponitur, quod dictus vir, intra trium menſium ſpatium a die obitus ejus uxoris teneatur reſtituere res dotales ſive mobiles, ſive immobiles in beneficium filiorum, vel ſi filii non ſuperſint, vel eos mater non inſtituerit hæredes, in beneficium aliorum hæredum dictæ eius uxoris, præter id, quod uſu conſumptum fuerit, vel detritum, vel caſu igne crematum; & præter ferrum, æs, & le-
31 ctum. Æris autem nomine veniunt Caldaria, aliaque vaſa, & utenſilia eius metalli, quod vulgo dicitur, *Rame*, græcè autem χαλκὸς, cujus nomine ſignificatur ſpecies illa metalli rubri coloris, quo antiqui, jacente auro, ad pecunias ſignandas utebantur, teſte *Plinio lib.33. unde Ovidius*

Æra dabant olim melius nunc omen in auro eſt

Lecti autem vocabulo, in terminis huius ſtatuti, exiſtimo venire lectū uxo-
32 ris traducti mad domum viri, & ſub eo nomine omnia ea contineri, quæ dictum lectum conſtituunt, & idcircò fulcra, ſindones, anaclinteria, pulvinaria, culcitras, & ſimilia, quæ uxoris lectum conſtituunt, comprehendi, ut deducitur ex *text.in l.librorum §.ult.ff.de Legat.3.* ubi Ulpianus: *Sunt quædam, quæ omnino legatum conſequuntur, ut lectum legatum continet, & fulcra*: Fulcra autem (ut ait Servius) ſunt lecti ſpondæ; nec diſpar eſt communis DD. ſenſus, cui in terminis lecti legati, & propriè in terminis, in quibus quis alicui lectum ſuum legaverit, exiſtimant ſub lecti nomine, omnia ornamenta lecti venire, etſi ea feſtiva ſint, & cuiuſcumque qualitatis, vel pretii illa fuerint, ut voluit *Mantica de Conject.lib.6.cap.11.n.17 Gratianus forenſ.diſcept.tat.cap.138.n.23 & cap.610.n.12 & Sordus deciſ.250.n.10.* prout & in veſtium legato voluit *Bartolus in l.ult.§.uxori ff.de auro, & argento legatis.* An autem ſindones, & pulvinarium veſtes, quæ munditiei cauſa mutantur veniant nomine lecti, & per conſequens veniant in lucro? Exiſtimo, non venire, argumento *text.in l.eadem ratio,§.Celſus ff.de fundo inſtruct., & in l. ſervos §.eum, qui ff de Legat 3.* ubi Ulpianus ex Pomponii ſententia ſcribit; ſub legato ſervorum, ſervos Vicarios non comprehendi; ſervi autem Vicarii ii ſunt, qui ſubrogantur in locum ſervorum ordinariorum, & eorum officium exercent, de quibus *Horatius 2.ſermon.Sat.7.& Martialis.*

Sed ſi poſt completum triennium a die matrimonii, ſive ſponſalium per ver-
33 ba de preſenti (ſic enim uſus obtinuit) cōtingerit decedere uxorem, ſuperſtite viro, liberis ex communi procreatione non ſuperſtitibus: Vel ſi infra, vel poſt triennium prædictum, filium, vel filiam, ſive filios, vel filias ex communi conſortio ſuſceperint, vel habuerint, & poſtea ii, viva matre deceſſerint, (ſic enim interpetrandum arbitror, nam alias maxima, & irreconciliabilis verificaretur contradictio cum §.antecedenti) & ſucceſſive deceſſerit uxor prædicta, ſupervivente viro, tunc vir lucrifaciat omnes dotes dictæ uxoris ſuæ, ſervata forma uſus ſemper ſervati in hac Civitate.

Ideo autem verba illa, *vivis natis, & habitis* in præcedenti §.poſita dixi idem
34 ſignificare, ac filiis ſuperſtitibus, ideſt viventibus tempore, mortis matris: Et alia verba *ſuſceperit*; *& habuerit* in §.ultimo adiecta interpetratus ſum de iis liberis, qui, viva eorum matre, deceſſiſſent; tum ſcilicet ad ſalvandam

tam

tam manifeſtam antinomiam, quæ verificaretur in preſenti capitulo, ſi dicta ultima verba *ſuſceperint, & habuerint* intelligerentur etiam de filiis tẽpore mortis matris ſuperviventibus; tum etiam quia pro hac noſtra interpretatione aſſiſtit jus, & æquitas, ac noſtrorum locorum obſervantia, nec contradicit ratio recti ſermonis, attentis verbis Conſuetudinis prædictæ.

Et quidem noſtræ interpretationi jus aſſiſtit cum evidenti æquitate, quia fi-
35 liis matri ſuperſtitibus bonorum matris defertur, & deferri debet ſucceſſio, tam jure naturali, quam poſitivo, ut fundat *Gomes. to. 1. c. 1. n. 33* maximeq; abſurdum eſſet, filios materna hæreditate privari, eamque in dotibus ut plurimum conſiſtentem, beneficio ſtatuti deferri ad virum, filiis excluſis. Ad quod conducit diſpoſitio *text. in l. cum Avus ff. de Condit. & demoſtr. & in l. cum acutiſſimi C. de fideicomm.*, in quibus habetur, quod lucrum delatum alicui ex diſpoſitione teſtatoris, in caſu mortis gravati, ſive particulare, ſive univerſale ſit, ei non defertur, ſi gravato nati fuerint filii; cum inveriſimile ſit, velle diſponentem perſonam extraneam propriæ ſoboli anteponere. Et inſuper ex eadem ratione videmus lucrum alicui perfectè acquiſitum, ex cauſſa donationis, per ſupervenientiam liberorum revocari, ex diſpoſitione *text. in l. ſi unquam C. de revoc. donat.* Et in propriis terminis lucri dotalis eſt *text. in Auth. uxore C. de ſecund. nupt.* ubi habetur, quod uxore mortua, quicquid vir ex dote lucratur, filiis communibus omnino reſervare tenetur quoad proprietatem, uſufructu penes patrem remanente. E converſo autem conſiderato caſu non exiſtentiæ filiorum, tempore mortis matris, forte quia orti fuerint, & poſtea, ea vivente, deceſſiſſent, non repugnat, quod vir ex beneficio ſtatuti dotem lucretur, cum ceſſet filiorum excluſio, & prejudicium, & ſubintret conſideratio favoris mariti, qui onera matrimonii ſubſtinuit, cuius contemplatione lucrum meretur, ut ait *Roland. a Valle de lucro dotis quæſt. 87 in. 5.* Eo magis quia vigore ſtatutorum diverſarum Italiæ Civitatum viris nunquam defertur dotis lucrum, niſi, filiis non exiſtentibus, ut apparet ex Statuto Civitatis Lucenſis relato a *Phanuc. de lucr. dot. verbo per mortem n. 15.* & de Statuto Montisferrati idem *Roland: in d: tract. qu. 102. & 103. & paſſim.*

Quibus accedit hujus Civitatis, & adjacentium locorum obſervantia: Nuſquã enim vidimus, filios a matris hæreditate excluſos, ſub prætextu lucri dotis marito delati, nec maritum poteſtatem habere diſponendi de dotibus ejus uxoris in præjudicium filiorum, nec eaſdem dotes unquam fuiſſe obnoxias Creditoribus viri, itaut de viri patrimonio eſſe cenſerentur, pro eis vendendis, vel adjudicandis in beneficium creditorum: Sed vidimus potius, prout quotidie videmus, filios a patris hæreditate ſe abſtinere, & dotes principaliter deducere, alienationes rerum dotalium, mortua matre, per patrem factas, revocare, utentes beneficio *l. p. C. de bonis mater. cũ concord.* Quod quidem fieri certe non poſſet, ſi uxore mortua, exiſtentibus filiis, dotis lucrum perfectè marito delatum eſſet, nam dotes maternas per patrem lucratas, & de patrimonio patris effectas, non poſſet filius a patris hæreditate ſe abſtinens deducere, nec eas alienatas vindicare, ut cuilibet notum eſt: Reſtat igitur

quod

quod vigore hujus ſtatuti ſit locus lucro dotis in beneficium viri in duobus caſibus tantum, ſcilicet, ſi filiis non exiſtentibus matrimonium duraverit per triennium completum: Et ſi intra triennium ex conjugio filius, vel *filia* orti fuerint, & ante matris obitum deceſſerint, & poſtea uxor ſuperſtite viro, diem ſuum clauſuerit extremum; nam aliàs, ſi uxor decedit, ſuperſtitibus filiis, filii in matris locum ſuccedent, & maternam hæreditatem capient, remanente tantum uſufructu dictorum bonorum in patris beneficium, tanquam in bonis adventitiis, ut ex diſpoſitione *cit. l. p. C. de bonis matern.*, & juxta *cit. Textum in Auth. Uxore mortua C. de ſecund. Nuptiis*: Qui tamen liberi, ſi matre defuncta, ſuperſtite patre, deceſſerint, pater in eorum bonis ſuccedet non tanquam dotis lucrator, cum mutata perſona, mutata ſit qualitas bonorum, ſed tanquam filiorum hæres, ut *in Auth. defuncto C. ad Senat. Conſ. Tertullianum*.

Non diſſimulo tamen, in hac Civitate ex communi, & vulgari quodam uſu lo-
36 quendi, in caſu uxoris decedentis, ſuperſtitibus viro, & communibus filiis, dici etiam per virum factum eſſe dotis lucrum: Sed adverte, quod in hoc caſu non erit propriè dotis lucrū, ut in duobus caſibus ſupranarratis, ſed quoddam lucrum abuſivum, & improprium, cuius vigore dos remanet penes filios, & in ea vir, eorum pater uſumfructum tantum habet, non aliter quam *in l. ult. §. 1. ff. ut Legat. nom. caveatur*; dos uxoris cum liberis decedentis dicitur permanere apud virum, cum tamen in eo caſu alind vir in ea non repræſentet, niſi ſolum uſufructum; *ut toto tit. C. de bonis matern.*: Prout in terminis conſuetudinis Martini dos mulieris decedentis cum filiis dicitur remanere apud virum, non quod eius lucrum fiat in beneficium viri, ſed tantum ex eo, quia ad patrem dotantem non revertitur, ſed cedit in beneficium filiorum, permanente tantum apud eorum patrem dictæ dotis uſufructu.

Ut autem filii nativitate in præfato caſu, locus fiat lucro dotis in beneficium
37 viri, partus debet eſſe vitalis, nam ſi vitalis non eſſet, perinde habetur, ac ſi natus non fuiſſet. Ad dignoſcendum autem, an ſit vitalis, regula eſt, quod ante ſeptimum menſem natus non eſt vitalis; ita enim ex antiquis Marcus Varro in primo librorum, qui inſcribitur *Hebdomades*, ſeu de *Imaginibus* relatus *a Gellio l. 3. c. 10*, ibi: *Illam quoq; vim numeri huius obſervatam refert, quod ante menſem ſeptimū neq; maſculus, neq; fœmina ſalubriter, & ſecundum naturam naſci poteſt*: Ejuſdemque opinionis fuit *Ariſtoteles l. 7. de Hiſtor. Animalium cap. 4.*, *Plinius l. 7 naturalis hiſtor. cap. 5.*, *Galenus in l. de Septimeſtri partu*, *in ver-*
38 *Septimeſtres*, Unde inter Medicos recentiores *Sylvius l. 7. praxeos medicæ n. 45.*, ibi *Citius vero, hoc eſt ante ſeptimi menſis finem editus fœtus aliquando quidem vivus prodit, nunquam, quod ſciam, vitalis*. Non defuerunt tamen aliqui tum ex antiquis, tum ex recentioribus, qui etiam partum quinque menſium dicerent eſſe vitalem, quod & exemplis comprobare conati ſunt, inter quos *Avicenna*, *Cardanus*, & alii relati per *Rotam penes de Marinis reſol. 277. l. 1. n. 7.*: Sed eorum opinionem reprobavit *Rota*: Nec ſimiliter defuerunt qui diſtinquerent inter menſes lunares, & Solares, ut penes *citatum de marinis l. cit. n. 10.* Septimo autem menſe editus procul dubio eſt vitalis, ut ex

ex *Hyppocratis* ſententia ait *Juriſc. in l. ſeptimo menſe ff. de ſtatu Hominum.* An autem octavo menſe natus ſit vitalis? Communiter cenſent, vitalem non eſſe, hujuſque opinionis fuit Cinus *in l. ſeptimo menſe ff. de Stat. Homin.*, & *Paulus de Caſtro in l. uxor C. de Hered. inſtit.*, & alii, quorum opinionem te-
39 nuit S. Conſ. apud *Afflict. in deciſ. 237.* in qua medicorum judicio præcedente atteſtantium Octimeſtrem partum vitalem non eſſe, deciſum fuit patrem ei non ſuccedere, & ſic locum eſſe dotium reſtitutioni in beneficium dotantis, perinde ac ſi partus ille editus non fuiſſet; a qua deciſione cum ex parte patris filii ſucceſſionem petentis fuiſſet reclamatum, fuit ſententia confirmata & impoſitum perpetuum ſilentium, cui adde *R. de marinis ad dec. 477. Reverterii n. 3.* Quod quidem etiam in fideicommiſſis, & ſubſtitutionibus locum habere, dixerunt Doctores, inter quos *Socin. jun. poſt Baldum, Paulum, & Alex. in conſ. 35. n. 12. l. 2.* ut nimirum locus ſit ſubſtitutioni factæ in caſu mortis gravati abſq; filiis, ubi gravatus cum filio deceſſerit, qui natus erat in ſexto, vel octavo menſe, & demum objerat. Idemq; voluit *Julius Clar. in §. teſtamentum q. 45. verſ. Sed quid ſi iſte poſthumus*, ubi dicit, quod etſi poſthumi agnatione patris teſtamentum rumpatur, cum præteritus reperitur, ſecus tamen erit ſi in ſexto, vel octavo menſe natus eſſet. Non omittendū tamen eſt, multos ex Medicis, & Philoſophis recentioribus aliter ſentire, inter quos *cit. Sylvius l. cit. n. 34.*, & multi etiam ex noſtratibus, ut conſtat ex relatis per *Nicolaum Boerium deciſ. 220., Camill. Borrell. conſ. 28. n. 19., & Urſill. ad cit. deciſionem Afflict.* In hac autem noſtra Civitate in caſu partus Octimeſtris, quod non ſit locus lucro dotis in beneficium viri, plures diverſis temporibus habemus determinationes, inter quas illam annis elapſis latam in favorem Joannis, & aliorum fratrum de Sorbo, qui fuerunt admiſſi ad ſucceſſionem legitimam Virginiæ de Sorbo eorum ſororis, in eius bonis dotalibus, excluſo Nicolao Ferrucci eius viro eiuſdem dotis lucrum prætendente. Et noviſſimè in controverſia vertente inter Antonium Caruſo virum qu. Annæ Mariæ Ponſillo, & Matrem dictæ Annæ Mariæ, cum mihi de partium conſenſu dictæ controverſiæ deciſio delata eſſet, cenſui eam tranſactione finire, ex quo incertum erat, quo menſe editus fuiſſet partus, prout cum acquieſcentia utriuſque partis fuit executum. Quid autem dicendum eſſet de partu qui exciſſo matris ventre ortus eſſet? Vide *Phanucc. Gloſſ. 2. n. 8*: Eximo tamen eſſe recurrendum ad ſupra notatam diſtintionem, ſi ſcilicet ſit vitalis, vel non vitalis, nam ſi vitalis non ſit, pro mortuo habetur: Secus vero ſi ſit vitalis, nam tunc perinde habebitur, ac ſi viva matre natus fuiſſet, *ut in l. 141. de verb. ſignific.* ibi: *etiam ea mulier, cum moreretur, creditur filium habere, quæ exciſſo utero edere poſſet.*

Diverſum autem eſſet, ſi fœmina monſtrum aliquod, vel portentoſum enixa fuerit, nam monſtruoſi partus liberorum numero non habentur, ſive quia ex inordinata ſeminis diſpoſitione, ac motuum ſolutione gignantur, ut ex *Ariſtotele 4. de Gener. animal. cap. 5.*, ſive etiam ex nefando Dæmonum concubitu, ut exiſtimavit *Martin. del Rio l. 2. q. 15.*, quorum varias differentias ex *Ludovico Mercato* retulit *Benedictus Sinibaldus in ſua Geneathrop. l. 8. tract. 3. c. 2.*

Inter alia autem memorabile eſt illud, quod, Claudio Cæſare Imperante, ait in Theſſalia editum eſſe ſub figura Hippocentauri, & aliud, quod ſub ſerpentis forma, aiunt, ancillam quandam in Italia peperiſſe, de quo *Lucanus.*

Matremque ſuam conterruit infans

Unde optima ratione in jure noſtro ſimiles partus inter liberos non computantur, *ut in l.14.ff.de ſtatu hom.* ibi *Non ſunt liberi, qui contra formam humani generis converſo more procreantur, veluti, ſi mulier monſtruoſum aliquid, aut prodigioſum ſit enixa:* Et idcirco iis natis, locus non erit lucro dotis, ut advertit *Phanucc.de lucr.dotis* verbo, *ſine liberis n.14.* Niſi tamen partus in mẽbrorum quantitate tantum differret ab homine, utpote ſi tribus manibus, aut pedibus natus fuerit, vel alias, vel ſi non integrum animal editum ſit, cum ſpiritu tamen, quos liberorum numero haberi, voluit *Labeo in l. oſtentum ff. de verborum ſignific.*, *& Ulp. in l.Quod dicitur ff.de liberis & Poſth.*

Si inter ſponſum, & ſponſam unius Civitatis, ſive Regionis inita fuerint Spon-
40 ſalia, in quibus nil fuerit expreſſum de dotis lucro, & cui conſuetudini, vel Statuto eam ſubjecerint, cenſeri debet contractum matrimonium juxta conſuetudinem eorum communis patriæ, & juxta eandem conſuetudinem dos erit regulanda, tam circa lucrum, quam circa eius reſtitutionem: Textus eſt generalis, & expreſſus *in l.ſemper 35.ff.de Regulis juris*, ibi: *Semper in Stipulationibus, & in cæteris contractibus id ſequimur, quod actum eſt; unde ſi non apparet quid actum eſt, conſequens eſt, ut id ſequamur, quod in Regione, in qua actum eſt, frequentatur.* Cui conſentit Juriſc. *in l. ſi fundus ff. de Actionibus: Si fundus venierit ex conſuetudine eius regionis, in qua negotium geſtũ eſt, pro evictione caveri oportet:* Et faciunt adducta per *Reg.de Marin.l.1.reſol.70.n.16.* Et ſatis ad rem *Conſil. Theodorus allegat.79 n.9.*, ibi: *Quod autem noſtra capitulatio ſit ſecundum Conſuetudinem Capuanæ, & Nidi, fundatur, quia uterque contrahens eſt de ipſis ſedilibus, unde ſimpliciter contrahendo intelligitur contrahere juxta ipſam conſuetudinem.*

Quid autem erit dicendum, ſi vir ſit unius Civitatis, puta Calatinus, uxor vero alterius, puta Capuana, in quibus diverſimodè practicatur quo ad formam
41 Statutorum de Lucro dotis, cuius Civitatis Statutum inſpici debet, mariti ne, an uxoris, ſi in Capitulis matrimonialibus nihil expreſſerint circa Statutum cui voluerint ſe ſubijcere? Procul dubio dicendũ eſt, attendẽdum eſſe ſtatutum loci mariti, ut expreſsè docuit *Bartolus*, & communiter Doctores *in l.exigere dotem ff.de Judiciis, & in l.Cunctos populos C.de ſumma Trinit. & fide Cathol.*, ubi *Fulgoſius* ait hoc ſibi contingiſſe in facto, nam cum eſſet Placentinus duxit uxorem Papienſem, & ex eo quia ſibi præmortua fuit uxor, quo ad dotis lucrum teſtatur ſervatum fuiſſe ſtatutum Placentinum: Ratio autem juxta præcitatos Doctores ea eſt, quia quando vir extra propriam patriam ducit uxorem, dicitur contrahere tanquam advena, & confert effectum reſtitutionis dotis ad locum propriæ Civitatis, ad quam mulier eſt itura, ut loquitur textus in citata *l. exigere dotem*; unde ſicuti contrahens, qui deſtinavit ſolutionem in alio loco, non poteſt conveniri in loco contractus, ſed in loco deſtinatæ ſolutionis, ità pariter dicendum eſt in marito, qui

deſtinavit reſtitutionem dotis in loco proprii domicilii, ut ſervari debeat ſtatutū illius loci, in quo eſſet conveniēdus, quando tractatur de reſtitutione illius dotis, pro quo facit *Textus in l. contraxiſſe ff. de Action; & obligat.* ubi *Juriſc.* ait: *Contraxiſſe unuſquiſque in eo loco intelligitur, in quo ut ſolveret ſe obligavit*; quam opinionem pluribus fundat *Roland. a Valle de Lucro dotis q. 13. per totam*, & faciunt deducta *per Afflictum deciſ. 226.*, ubi *n. 9. ſic habet*: *Si in loco domicilii mariti Statutum diſponit, quod uxore decedente ſine liberis, maritus lucretur tertiam partem dotis, ſed in loco domicilii uxoris, ubi celebratus eſt contractus dotis, eſt alia conſuetudo, attenditur Statutum loci, in quo maritus habet domicilium*; Unde in caſu filiæ Regis Alphonſi, quæ Neapoli data fuit uxor Duci Mediolani, tradit reſolutum, quod reſpectu reſtitutionis dotium ſtipulatio fieri deberet, & ſimiliter dotium reſtitutio fieri, ſecundum conſuetudinem Civitatis Mediolani: quod dicit ſpeciale in dote, & confirmat *Riccius collect. 441.*

Nec pro huius indubitatæ concluſionis excluſione recurrere poſſet mulier ad
42 ignorantiam ſtatuti loci viri, ex eo, quia qui cum alio contrahit, aut ſcit, aut ſcire debet conditionem ejus, cum quo contractus celebratur, alias ſibi imputare debet, *l. qui cum alio ff. de reg. juris*: Unde in muliere præſumenda eſt notitia ſtatuti loci viri, vel ſaltem dicendum eſt, eam hoc ſcire debuiſſe, cum paria ſint aliquod ſcire, vel ſcire debere, & tam in culpa eſt qui ſcivit, quam qui ſcire debuit, *l. quod te*, ubi *Gloſſ. ff. ſi certum petat.* Quibus accedit, quia mens contrahentium eſt velle ſe ipſos conformare cum diſpoſitione juris communis, quæ eſt, quod in dotis reſtitutione attendatur ſtatutum domicilii viri, ut notant D.D. in *d. l. exigere dotem.* In facti contingentia vide *cit. Rolandum in prefato tract. de lucr. dotis q. 14.* Quid autem ſi cauſa reſtitutionis dotium, vel ejus lucri non agitaretur in foro domicilii viri, ſed alibi, puta in loco originis, vel in communi patria, ſcilicet in Regiis Tribunalibus ſuperioribus? Et idem eſſe dicendum reſolvit *cit. Auth. q. 15. n. 3.* E converſo autem, ſi uxor non ingreſſa fuit domum viri, ſed ea duxerit virum in ejus domum, aliter certe eſſet dicendum, ex deductis per eundem *Roland q. 16. & per cit. Afflict. d. dec. 226. n. 7.*: Quod tamen intellige, ſi vir perrexerit in domum uxoris animo ibi perpetuo inhabitandi, ſecus autem ſi in eam ingreſſus fuerit, animo revertendi ad proprium domicilium, nam tunc etiam attendi deberet ſtatutum domicilii mariti, ut cum *Baldo*, & aliis tenuit *cit. Roland. d. q. 16. n. 5. & 10.*

Sed ſi vir uxorem acceperit, nullis initis capitulis matrimonialibus, & nulla facta mentione dotis, an cenſeri debeat eam omnia bona ſua dediſſe in do-
43 tem, adeoquod, facto caſu ſtatuti, omnium bonorum uxoris lucrum faciat maritus? Prima facie videtur dicendum, omnia mulieris bona ad virum dotis nomine tranſire, argumento ducto ex Juriſconſultorum reſponſis *in l. dotem, & l. Divus ff. de jur. dot. cum concord.*, & idipſum *Gloſ. in l mulier bona ff. de jur. dot.*, ait, ſenſiſſe *Ariſtotelem in Topicis*, ſed perperam, cum locus ſit Ciceronis etiam in Topicis, ibi: *Cum uxor viro in manum convenit, omnia quæ mulieris fuerint, viri ſunt dotis nomine*: & ita etiam tenuit *Bartolus in l. ſi*

l.ſi conſtante col.4.ff.ſolut.matrim.,& Baldus in l.fin.Cod.de ſententiis, quæ ſine certa quantitate,ubi ajunt,hæc eo fortius procedere, ſi vir tanta dote dignus fuerit.

Quibus non obſtantibus;in contrarium ſtat communis opinio.Primo quia nulla lege hoc cautum reperitur,ut *cum Gloſſ.in d. l. mulier bona* conſiderat *Roland.q.71.n.2*,imo quod oppoſitum potius habetur *in l.fin.Cod.de Repud.* & *in §.ſi vero nihil Auth.de Nuptiis*,in quibus locis conſideratur caſus matrimonii contracti,abſque dote,& ſine inſtrumentis dotalibus, & tamen non dicitur,quod bona mulieris in dotem conſtituta cenſeantur, ſed quod conſiſtat matrimonium etiam abſque dote, quia matrimonia non dotibus, ſed affectu contrahuntur,nec uſquam nuptiæ ſine dotibus minus firmæ,vel minus juſtæ reputatæ fuerunt,ut advertit *Hotomanus loc.cit.* Idipſum etiam alia ſuadet ratio,quia inter omnes conſtat,dotem contractum eſſe,& idcirco inter contractus refertur a Juriſc.*in l.contractus,ff de reg.jur.*, contractus autem abſq;partium conventione, vel tractatu iniri,nemo dixerit. Quibus accedit,quia dotis conſtitutio in jure non habet certam metam, ſive determinationem,quia quandoq;major,quandoq;minor,& aliquando in pecunia & aliquando in ſtabilibus conſtitui poteſt, quæ autem certam non habent determinationem,&ab hominis voluntate dependent,præſumi non poſſunt, ut notat *Cinus in l.p.Cod.de contrah.ſtipul.*

Nec obſtat citatus Ciceronis locus,quia,ut advertit *Hotomanus*,ad ea tantum matrimonia referendus eſt,quæ per coemptionem fiebant,quorum hæc erat vis,ut uxor in viri manum,poteſtatemque tranſiret,filiæq;familias illi loco eſſet,cujus matrimonii formulam *ex Boetio* refert *Roſinus Antiq.Roman.lib 5.cap.37.& Barnabas Briſſonius in lib.ſingul.de ritu nupt.* Nec a citatis Juriſconſultorum reſponſis ullum ſimiliter trahi poteſt argumentum, quia jura prædicta procedunt,quando mulier in primo matrimonio omnia bona ſua,vel partem ipſorum conſtituerat in dotem primo viro, quia ſi poſt divortium,vel poſt mortem dicti ſui primi viri,ſecundo nubat, tunc dotem primo viro conſtitutam,etiam ſecundo viro conſtitutam eſſe, præſumi debet,ut habetur aperte ex litera dictarum legum. Secus vero ubi eſſemus in caſu primi matrimonii, in quo nulla dotis mentio facta fuiſſet, juxta quam opinionem communiter incedunt Doctores,inter quos *Barboſa in l.1. Cod. ſolut.matr.p.3.n.ultim.Menoch.de præſumpt.,præſumpt.6.n.54.*,& alii,quos refert,& ſequitur *Card.de Luc.de dote,diſc.150.n.26.*,ibi:*Ubi vero tractatur de primis nuptiis,& conſequenter de prima dote,cujus nomen, & eſſentia derivant a matrimonio,& tunc negativè, ut nempe conſtitutio dotis non præſumatur,niſi probetur,perindeq; mulier ita ſimpliciter nubens non cenſeatur ejus bona viro in dotem tradidiſſe, nec in toto, nec in parte, ſive ſit minor, ſive major,Gloſſ.in l.mulier bona ff.de jure dotium,Menoch.d.præſumpt.6.n.54.Mantica de Tacitis lib.12.tit.13.n.8,Barbat.de diviſ.fructuum,p.2.cap.3.n.88.,per quos jura,& rationes expenduntur cum reſponſionibus ad objecta; ideoq; ſatis eſt ad eos habere relationem,ne in concluſione paſſim hodie recepta, & plane inani labore diu veniat immorandum.* Hactenus de Luca, ubi n. 29 eandem opi-

pinionem extendit ad caſum,qui frequenter contingere ſolet,nempe quando inter duos fratres facta ſit ſororum permutatio,dote inter eos non conſtituta,nam non per hoc dos aliqua inter eos præſumi debet,ex antecedenti ratione,quia matrimonium abſq;dote recte conſiſtere poteſt, ubi citat *Iſerniam in Conſt.Regn.ut de ſucceſſionib.*,verbo *Conjugatæ*,& *Reg.de Marin. reſ. quotidian.lib.1.cap.126.n.39.*

Quod dubio procul procedit, etſi mulier,quæ dotem non conſtituit,paſſa fuerit,virum ſuum omnia bona ſua poſſidere,& adminiſtrare,quia non per hoc
44 dotis conſtitutio reſultat,ut ait *cit.de Luca diſc.150.n.27*,ſed præſumetur virum jure familiaritatis bona poſſediſſe, ut ſubdit idem *Roland.n.9.& 11*, ubi ait hanc eſſe communem Doctorum ſententiam, & ab ea in judicando non eſſe recedendum:Unde conſequens eſt, quod in caſibus prædictis nullum debeat eſſe dotis lucrum in beneficium viri,quia ubi nulla dos, ibi nec ejus lucrum eſſe debet,quia non entis nullæ ſunt qualitates, ut in ſpecie reſolvit *Phanucc.de lucro dotis Gloſſ.10.n.36 & cit.Roland.q.71.n.2,& 10.* Qui caſus cum mihi contingiſſet in facto in cauſſa quorundam de Thomaſio Terræ Dragonis,conſului pro excluſione lucri dotalis, & audivi poſtea ſic fuiſſe executum.

Unum tamen in caſu prædicto viro ſupereſt remedium, compellendi ſcilicet uxorem conſtante matrimonio ad dotem congruam ſibi conſtituendam , ut
45 ejus fructibus frui poſſit,& ejuſdem lucrum facere in caſu ſtatuti , ut tenuit *Socin.in conſ.80,vol.4,& Lupus in cap.per veſtram in 3.notab.§.1.*,quorum opinionem refert *Phanucc.loc.cit.n.50*, licet ipſe eandem opinionem juris ratione fulcitam non exiſtimet,in caſu,quo ageretur de mera coactione uxoris nuptæ ſine dote,& patrem non habentis ; Secus verò ſi ageretur de cogendo patrem ejuſdem ad dotem non conſtitutam, conſtituendam, conſtante matrimonio,quia tunc exiſtimat patrem ad effectum prædictum cogi poſſe.Tu autem in facti contingentia vide *cit.de Luc.diſc.150,nu.34. & 35.*

Sed quia diximus antecedenter,eam in dubio dotem conſtitutam cenſeri ſecundo viro,quæ primo viro conſtituta fuit,ad perfectam hujus concluſio-
46 nis confirmationem,placet hic adnectere,eam in jure noſtro dubitationē non habere,nam hoc diſponitur expreſſe *in l.dotem 31.ff.ſolut. matrim. in l. cum maritus §.Titius ff.de Pactis dotal.,& in l.penult.§.uxor ff.ſolut.matrim.*, ubi dos data in primo matrimonio,diſſoluto eo poſtea per divortium, repetita cenſetur in ſequenti cum eodem viro contracto,licet aliud matrimonium cum tertio alio interceſſerit.Quibus concordat *text.in l. Divus 41. ff. de jur.dot.* Quæ jura licet videantur loqui de eodem matrimonio per divortium aliquo tempore ſublato, vel impedito, communi tamen omnium traditione recepta fuit etiam in matrimonio diverſo,ut plenè *Menoch. 3. præſ.6.n.25.& ſeq.Mantica de Tacitis,& ambig.lib.12.tit.15.n.5,Boſſius de dote c.8.n.121*,& alii,quos refert,& ſequitur *cit.de Luca, diſc.150.de dote n. 8.*,ubi in fine ait,quod ſit concluſio,quæ non admittit controverſiam, & faciunt adducta *per* [illegible] *Cod.it.de jure dotium defi.18, & 37.* Hinc ſi in pri-

primo matrimonio dos æſtimata tradita fuerit, in ſecundo matrimonio etiam æſtimata cenſeri debet,& omnia pacta,quæ in primis capitulis oppoſita fuerint,in ſecundo matrimonio cenſebuntur repetita, ut ait *Beſſius* ibid. *n.24,Menoch.loc.cit.n.31,& cit.de Luc.n.14,& Hodiern. ad l. Hac Edictali,* *q.23.n.3.*Quæ tamen intellige, & declara,ut procedant reſpectu matrimonii immediate antecedentis;unde ſi mulier plura contraxerit matrimonia, intelligendum erit de illa dote,quæ viro immediatè antecedenti conſtituta fuit,non vero de ea;quæ fortè pro aliis nuptiis antecedẽtibus fuiſſet conſtituta,ut cum *Menoch.,Mantic.*,& aliis diſcurrit idem *de Luc.loc.cit,n.20.,& Hodiern.ad dictam l.Hac Edictali n.8;*& conſentit *Phanucc.de lucro dot.gl.* *10.n.33.*

Quibus ſuppoſitis,in hac dote,quam ex juris præſumptione habet ſecundus vir,procul dubio in ejus favorem locum habebit dotis lucrum, facto caſu

47 ſtatuti,ut appoſitè concludit *Roland.loc.cit.q.75,*ubi licet *n.*8,plura adducat pro excluſione lucri dotalis in hac ſpecie dotis præſumptæ, tamen *n.* 15,16,& 17. concludit etiam in caſu dotis prædictæ locum fieri dotis lucro in beneficium ſecundi viri,ex quo diſpoſitum in caſu vero, & expreſſo locum etiam habere debet in caſu tacito,& præſumpto,ubi *a n.* 20. *uſque ad* 30.reſpondet ad ea quæ in contrarium adduci poterant. Et conſentit *Phanucc.cit.Gloſſa 10,n.31.,& 33.*, ibi: *Intellige procedere quoad ipſam mulierem, quod videtur adſui præjudicium dare viro dotem primi mariti, ut eo vivente dotem tantem habeat., & de tanta dote lucrum facere queat maritus ad illius præjudicium,juxta Statuti formam.*

Quod tamen intelligendum eſt, ſi ex primo matrimonio filii non ſuperſint, ſi vero ſuperſint, de dote prædictà non lucrabitur vir ultra id,quod ex eadem

48 dote habet unus ex filiis primi matrimonii, ut tradit idem *Roland.d.tract.* *q.*10.,& firmat *Hodierna ad cit.l.Hac Edictali q.23.n.11.,& 12.*,ex quo præſumi debet, mulierem ſuam opinionem aptaſſe ad formam juris communis juxta quod ex diſpoſitione *cit.l.Hac Edictali* ſecundus vir ex mulieris bonis aliud conſequi non debet, niſi quantum ex eiſdem habet unus ex filiis primi matrimonii: Super quo faciunt verba *Phanucci de lucro dotis Gl.* 10s *n.33.*,ibi: *Sed non ad præjudicium filiorum prioris matrimonii,quonia m tunc cum lex vetet plus in maritum transferri de bonis mulieris , quam ſit id quod de eis aliquis filiorum habeat,qui inter eos minus habuerit , non creditur per iſtam tacitam dotis conſtitutionem plus transferre voluiſſe in maritum nomine lucri , quam ſi per legem licuerit .*

Procedent autem hæc,quæ diximus,non tantum in terminis dictæ dotis tacitæ, ſive præſumptæ,verum etiam in terminis dotis expreſſæ conſtitutæ a

49 muliere in beneficium ſecundi viri,nam in ea etiam ſi appoſitum fuerit pactum de dote lucranda,illud intelligendum erit, & interpretandum juxta diſpoſita *in d.l Hac Edictali,ut concludit Præſ.de Franch.deciſ.435.n. 17. , &* *18.Card.de Luca diſc.130.de dote n.11.,& diſc.132.n.3.,4.,& 5.* , & nos ſupra diximus in hac obſerv. *n.19.*

Quid autem ſi pacto inito inter Sponſos fuerit conventum in eorum matrimonio

50 nio locum eſſe non debere diſpoſitioni *l. Hac Edictali*, an pactum prædictum ſubſiſtat? & puto non ſubſiſtere, motus ex expreſſa diſpoſitione *Textus* prædicti, ibi. *Non ſit licitum Novercæ, vel vitrico teſtamento, ſeu Codicillis, hereditatis jure, ſive legati, ſive fideicommiſſi titulo plus relinquere, vel dotis, aut antenuptias donationis nomine &c, & in* §. ultim. d. l. : *Id quod plus relictum, vel donatum, aut datum fuerit, tanquam non ſcriptum, neque relictum, vel donatum, aut datum ſit, ad perſonas deferri liberorum, & inter eos dividi jubemus, omni circumſcriptione, ſi qua per interpoſitam perſonam, vel alio quocumque modo fuerit excogitata, ceſſante*: Quod plenè etiam tenet *Hodiern. ad d. legem q. 5. n. 22. cum ſeq.*, quem citat, & ſequitur *de Luca d. diſc. 132. n. 5.*, ubi ait, quod licet pactis privatorum derogari poſſit legibus in eorum favorem dictantibus, hoc non procedit in iis, quæ reſpiciunt tertii præjudicium, ut ultra generalia, in ſpecialibus terminis *l. Hac Edictali* docuit *Cancer. variar. p. 3. cap. 2. n. 197., verſ. in dotem poſſe, & cap. 15. n. 344.*, & idem *Hodiern. ad Sur d. deciſ. 297. n. 2.*

Quæ tamen intellige juxta notata per *Hodiern. l. cit. n. 32.*, ſi ſcilicet mulier
51 abſque dicto pacto condignum virum invenire poſſet; cæterum ſi mulier tranſiens ad ſecunda vota, non aliter nubere potuiſſet viro paris conditionis, quam cum dicto pacto lucri dotis, eo caſu dicendum eſt, pactum ſubſiſtere, nec cenſeri factum in fraudem dictæ legis, eo magis ſi mulier tranſiens ad ſecunda vota fuerit juvenis, & pulchra, vel in ea adeſſet incontinentiæ periculum, ut cum multis deducit *d. Hodier d. q. 5. n. 37.*; & ratio eſt, quia actus ex neceſſitate factus non comprehenditur ſub lege prohibente. *Cap. ſi quis per neceſſitatem de furtis, cap. quod non eſt licitum de re judic. cum concordant.* & faciunt notata per *Præſ. de Franch. d. dec. 435., ubi n. 16. & ſeq., & n. 36*, in terminis conſuetudinis Neap. quæ incipit *Si qua moriens*, prohibentis mulieri diſpoſitionem eius dotium ultra decimam partem, ait ex quatuor cauſſis poſſe eam ultra dictam decimam partem alienare, inter quas eſt illa, ſcilicet, ut Nupta vivat: Nec diſſentit *Phanucc. Gl. 5. n. 38.* ubi ait, quod hæc eſt magna limitatio communis concluſionis, & citat *Ludovic. Roman. in conſ. 129.*

Non procedet tamen hæc limitatio in muliere annoſa, quæ filialis amoris oblita, ut virum juvenem invenire poſſet, & libidini vacare, ei integræ dotis
52 lucrum promitteret, in præjudicium filiorum primi matrimonii, nam in hoc caſu ex ſenſu diverſorum Doctorum non ſubſiſteret pactum, etiamſi per eam allegaretur, quod alias virum non inveniſſet, de quo caſu loquitur *Angelus in conſ. 356. vol. 5.*, quod incipit *Quadam*, quem citat *Phanucc. de Lucro dotis Gl. 5. n. 38*, ubi concludit pro excluſione lucri dotalis, additque rationem, quia laſciviis non eſt indulgendum; ſubditq; ob hanc præcipuè cauſſam, ſcilicet ne ob laſciviam mulier debacchans amore alicuius, omnia, in filiorum præjudicium, conferat in ſecundum virum, emanatam fuiſſe a Leone Imperatore diſpoſitionem *l. Hac Edictali*: Eo magis, quia nimis abſona, & naturæ dictamini contradicentia ſunt ſimilia vetularum matrimonia, & ut plurimum adoleſcentibus ſunt exitialia, ut advertit *Sinibeldus* in ſua *Geneatropeja l. 9. tract. 2. cap. 8.*; unde Pythagoras interrogatus, quonam modo

vitam

vitam tandiù protuliſſet, aiunt, reſpondiſſe, *Nunquam ſatur è menſa diſceſſi, luna me nunquam vidit, & cum vetula non coivi*: Et lepida eſt accuſatio contra Apulejum propoſita, ex eo quod Pudentillam viduam Sexagenariam duxiſſet uxorem ut *in Orat. 2. pro ſeipſo*. Cætera ad rem vide penes citatum *Phanucc.*, ubi alias addit conſiderationes, & tandem diſtinquit inter dotem congruam ſecundo viro conſtitutam, & dotem exceſſivam, filiiſque præjudicialem, ut ſcilicet in congrua dote locus ſit eius lucro, ſecus verò in exceſſiva.

Sed quia hic diximus de pacto inito in præjudicium *cit. legis Hac Edictali*, congruum erit videre, quid dicendum ſit de Statuto, an ſcilicet eo derogari
53 poſſit diſpoſitioni citatæ legis? & quidem indubie dicendum eſt, quod poſſit, ea ſcilicet ratione, quia cum Statutum in locis, in quibus viget, habeat vim legis, meritò aliam legem tollere poteſt; eo magis, quia diſpoſitio citatæ legis non continet jus aliquod neceſſarium, & naturale, ſed jus merè voluntarium, & poſitivum, quod per Statutum tolli poteſt, ut pluribus relatis tradit *Rolandus qu. 24. n. 1., & ſeq.*, & conſentit *Phanucc. gl. 5. n. 33.*, & nos ſupra diximus *in diſſertat. proemiali*. Tamen hoc in eo caſu locum habere dicendum eſt, quando ſtatutum verbis expreſſis prædictæ legi derogaret, vel eſſet incompatibile cum tenore illius legis, alias ſecus, quia abſq; manifeſta clauſula derogatoria, vel manifeſta incompatibilitate ei non cenſetur derogatum, ut idem *Rolandus in cit. qu. 24. n. 3*, & *Hodiern. ad cit. leg. Hac Edictali qu. 5. n. 2., & 3.*, ubi ait ita pluries judicaſſe, & tenuiſſe *Rotam*, & tanquam opinionem undequaque certam, eam tenuiſſe *Theſaurum jun. in deciſ. 184. in 2. add.*, & *Mantham de ſucceſſ. leg. p. 3. qu. 11. art. 2. n. 17.*, quibus conſentit *de Luca de diſc. 130. de dote n. 12.*

Quod quidem in terminis noſtri Statuti dici non poteſt, cum in eo nulla obſervetur derogatio, vel incompatibilitas cum *cit. l. Hac Edictali*, unde juxta
54 ta formam dictæ legis interpretari debet: Hinc ſi a muliere binuba habente filios ex primo matrimonio fuerit promiſſa dos ejus ſecundo viro cum promiſſione lucri dotalis, juxta tenorem noſtri Statuti, fiet quidem locus lucro dotis in beneficium ſecundi viri, non tamen totius dotis, ſed juxta formam, & diſpoſitionem *legis Hac Edictali*, ita & taliter, ut vir ex bonis dotalibus ejus uxoris aliud non conſequatur, niſi quantum habet unus ex filiis primi matrimonii, ut in terminis ſimilis Statuti decidit *Bartolus in lege Hac Edictali*, ubi ait hoc eſſe advertendum, quia millies contingit. Idem tenuit *Baldus*, *Jacobus Butrig.*, & alii, quos refert, & ſequitur *Roland q. 26. n. 8.*, & *Phanucc. de lucro dotis gl. 5. n. 35. verſ. verum partem*, ubi loquitur in terminis Statuti generalis de lucro dotis abſque derogatione *legis Hac Edictali*, quem vide in facti contingentia: Et idipſum ex noſtris tenuit *Praeſ. de Franch. cit. deciſ. 435. n. 17., & 18.*, ubi ait, quod pactum, ſive ſtatutum de lucro dotis intelligendum, & interpretandum eſt juxta formam dictæ legis & ſubdit opinionem prædictam eſſe communem ex ſenſu *Gutierez lib. 1. pract. qu. 95. n. 20.*

Non diſſimulo tamen, in præfato caſu, quo decederet uxor, ſupeſtitibus filiis primi

primi matrimonii, & ſuperſtite viro, controverti ſolere inter Doctores;
55 quomodo inter privignos, & vitricum facienda ſit dotis diviſio, an ſcilicet
in viriles portiones, an vero prius veniat detrahenda legitima in benefi-
cium filiorum, & poſtea in eo, quod ſupereſt, ſit facienda diviſio, juxta for-
mam *dictæ legis Hac Edictali*. In qua quæſtione licet multi relati per *Ro-
land. qu. 27.* teneant, quod in viriles facienda ſit dotis diviſio inter vitricum,
& privignos, itaut ſi dos conſiſtat in centum, & filii ex primo matrimonio
fuerint quatuor, & ſecundus vir; quilibet ex eis quintam partem recipere
debeat, computando legitimam filiorum in eorum portionibus, quas ha-
bent vigore beneficii *legis Hac Edictali*: Tamen ipſe *Rolandus n. 3. cum
ſequ.*, contrariam amplectitur ſententiam, ſcilicet ut primo legitima in
beneficium filiorum ſit detrahenda, & id, quod ſupereſt poſtea dividendum,
pro qua opinione favet *Textus in d. l. Hac Edictali*, ibi: *Ita tamen, ut quar-
ta pars, quæ eiſdem liberis debetur ex legibus, nullo modo minuatur, niſi ex
cauſſis, quæ de inofficioſo excludunt querelam.* Cui concordare videtur *Tex-
tus in §. optime Auth. de Nuptiis*, ubi utrumque filiis videtur eſſe conceſſum,
nempe legitima, & portio vigore *legis prædictæ*, cujus opinionis etiam fuit
Gloſſa in §. præd. verbo quippè, & Bartolus in l. 1. Cod. de Inoffic. dotibus, ubi
ait legitimam prius per filios eſſe detrahendam, & filiorum portiones non
eſſe in legitimam computandas; additq; idem *Roland n. 5., & 6.*, temera-
rium eſſe ab hac opinione recedere tam in in conſulendo, quam in judican-
do, nec diſſentit *Card. de Luca in d. diſc. 130. de dote n. 12., & 20.*, ubi ait præ-
fatam opinionem firmiter teneri per Rotam, & Curiam, ibi: *Rota, & Cu-
riæ Romana firmiter tenent opinionem, apud alios non leviter controverſam,
ut prius ad favorem filiorum primi matrimonii detrahi debeat legitima tan-
quam præcipua, & ſpecies æris alieni; & deinde, id quod ſupereſt æqualiter
dividi debeat inter ſecundum conjugem, & filios primi matrimonii, itaut non ſit
major portio conjugis ratione lucri, quam cujuslibet ex filiis.* In facti conti-
gentia vide *Hodiern. ad dictam legem Hac Edictali qu. 7. per totam, & Fa-
chineum 3. controv. 70.*

Quod quidem procedit, ſi decedat mulier, ſuperſtitibus filiis primi matrimonii
tantum, & ſuperſtite viro: Sed ſi decedat ſuperſtitibus filiis ex primo, &
56 ſecundo matrimonio, qui tamen diſpares numero ſint, puta filii ex pri-
mo matrimonio fuerint quatuor, filii vero ex ſecundo matrimonio fuerint
duo: ſi quidem eorum mater teſtata decedat ſervare tenetur in ejus teſta-
mento citatæ legis diſpoſitionem, ut fusè *Theſaur. dec. 170. Rovit. dec. 12.,
& de Marinis lib. 1. reſol. 274.*, ubi *n. 33.* ſic refert fuiſſe deciſum per S. Conſ.
ad relationem Regii Conſiliarii de Conſtantio; licet aliqui exiſtiment ſer-
57 vandam eſſe diſpoſitionem citatæ legis, ſi ſecundus vir vivus ſit, ſecus ve-
rò ſi eſſet mortuus, vel niſi concurrant merita ſpecialia filiorum ſecundi
matrimonii, ut fusè: *Hodiern. qu. 1. Ad legem Hac Edictali n. 9., & ſequ., &
Carolus Antonius de Luca ad deciſ. 435. Præſ. de Franch. n. 5.*

Si vero decedat ab inteſtato, matris bona inter filios utriuſque matrimonii
æqualiter dividentur, itaut eorum ſucceſſio virificetur in capita *de Franch.*

deciſ.

dec.566., ubi etſi citatus Præſes loquatur in terminis Conſuetudinis Nea-
politanæ: idem prorſus eſt de jure communi per *textum in Auth.de Nu-
ptiis §.nec illud*, ibi: *Ex æqua, & ſimili diviſione*, ubi Gloſſa in verbo, *ex æ-
qua*, ſcilicet, *pro numero filiorum*. Idemque docet, & deciſum refert *Gratia-
nus dec.168.*. ubi per ſuum Senatum refert reſolutum, filios primi, & ſe-
cundi matrimonii ſuccedere matri in capita, in ſtirpes vero Nepotes ex
filiis præmortuis, & conſentit idem de *Franch.dec.421.n.15.*, *& Hodiern.
qu.27.n.16.*, & expreſſa ſunt verba Conſuetudinis Neapolitanæ, quæ inci-
pit. *Si qua mulier habens*, & eſt conformis Conſuetudo Panormitana, ubi
Muta n.2., *& citatus Gratianus diſceptat.381.*

Unde cavendum eſt a *Molfeſio part.3.qu.22.n.15.*, ubi ait in dote mulieris bi-
nubæ ita faciendam eſſe diviſionem, ut ſcilicet filii primi matrimonii, cujuſ-
59 cumque numeri ſint, medietatem recipiant, aliam vero medietatem filii
ſecundi matrimonii, etiamſi plures ſint, vel minores numero filiis primi.
Nam idemmet *Molfeſius in addit.ad quæſt.prædictam n.9.*, ita ſubdit: *Sed n.
16.ad id, quod dicitur, ut in dote matris habentis filios ex diverſis matrimo-
niis, ſuccedant in medietate filii primi matrimonii, in alia medietate filii ſe-
cundi matrimonii, adde hoc non eſſe verum, & fuiſſe per errorem ſcriptum (cu-
juſcunque incuria id evenerit), quia de jure communi ſancitum eſt, ut om-
nes filii ex diverſis matrimoniis ſuccedant matri æqualiter in omnibus bonis
maternis, ut habetur in §.Inteſtatorum Inſtit.de hæred., quæ ab inteſt.l.1.Cod.
unde liberi, Auth.in ſucceſſionibus Cod.de ſuis, & legit.*

Nota tamen hic ex *cit.Molfeſio d.par.3.qu.2.n.16.*, quod etſi vigore Conſuetu-
dinis Neapolitanæ, quæ incipit, *Si qua mulier*, matri binubæ filiæ fœminæ
60 cum maſculis æqualiter ſuccedant, tamen advertendum eſt, quod portio-
nes ſororum accreſcunt maſculis utrinque conjunctis, qui eas tenentur do-
tare; Unde finge caſum, quod Berta reliquerit ex primo matrimonio duos
maſculos, & unam fœminam; ex ſecundo vero duos maſculos, & quatuor
fœminas; hæreditatis Bertæ fient novem partes, quarum tres partes ſu-
ſcipient duo maſculi primi matrimonii cum onere dotandi ſororem utrin-
que conjunctam; reliquas vero ſex partes ſuſcipient alii duo filii ex ſecun-
do matrimonio, cum onere dotandi quatuor eorum ſorores utrinque con-
junctas ex ſecundo matrimonio natas. In facti contingentia vide *cit.Molfe-
ſium, de Franch.dec.171.*, ubi *de Luca, & in deciſ.366.*, ubi idem Additio-
nator, *& Reg.de Marinis lib.2.reſol.208. a n.19.*. Sed quid ſi ex primo ma-
61 trimonio ſuperſint tantum fœminæ, & ex ſecundo matrimonio maſculi, vel
è contra, an frater uterinus ſororem uterinam excludat? In quo articulo
communis, & recepta diſtinctio eſt, quod aut agitur de jure Conſuetudi-
nario Civitatis Neapolis, & in eo frater uterinus ſororem uterinam non
excludit, ſed ambo, nulla ſexus differentia adhibita, æqualiter ſuccedunt
in bonis maternis, ut penes *Capyc.deciſ.92.n.3.*, *& Præſ.de Franch.dec.639.
n.10. verſ.nam ſi ſunt ex diverſis matrimoniis*: Aut vero agitur in terminis
Conſtitutionis *In aliquibus*, ſcilicet de jure Regni, & tunc ea prævalet o-
pinio, ut frater uterinus in ſucceſſione matris ſororem uterinam excludat,

ut fundat *Carol. Anton. de Luca ad deciſ. 171. de Franch. per totam*, *& in dec 566. n. 6.*, & plenè *cit. de Marinis reſol. 208. n. 18. 19.*, *& ſequ.*

Quæ quidem a nobis dicta ſunt, ad finem elucidandi, quomodo filiis primi matrimonii deferatur eorum matris ſucceſſio, ſive ad ejus bona veniant cum
62 eorum vitrico tantum, ſive cum filiis ſecundi matrimonii, in qua re, in hac noſtra Civitate, & alibi multos errare vidi. Cæterum in terminis noſtri Statuti generaliter loquentis abſque derogatione *cit. legis Hac Edictali*, nota, quod erit locus diſpoſitioni præfatæ legis, ſi dos fuerit conſtituta ſecundo viro de patrimonio mulieris, ſive ab ejus patre, qui dotare tenebatur: Non ſic autem eſſet dicendum, ſi frater de ſuo, vel alius extraneus de novo mulieri dotem conſtituiſſet, cum pacto lucri in beneficium ſecundi viri, quia tunc non eſſet locus diſpoſitioni præfatæ legis; & ratio eſt, quia dotans poteſt providere de reſtitutione dotis prout vult, & cui vult; unde poteſt paciſci, quod reſtituatur ſibi, vel extraneo, vel remaneat penes maritum, ut diſcurrit *Roland. qu. 28. n. 2.*, *& Hodierna cit. leg. Hac Edictali qu. 5. n. 41.*: Quæ tamen intelligenda ſunt, ceſſante fraude, ut ſublimitat *cit. Roland. d. qu. 28. n. 3.*; Unde cum annis retrò elapſis mihi propoſitus fuiſſet caſus de quadam vidua, quæ dotem olim ab ejus padre habitam renunciaverat ejus fratri, a quo denuò, alio mediante inſtrumento, alia dos conſtituta fuerat, cum pacto lucri dictæ dotis in beneficium ſecundi viri; quia ex ipſamet caſus propoſitione, & aliis conjecturis conſideravi hoc fuiſſe factum
63 in fraudem filiorum primi matrimonii, conſului dotem prædictam adhuc ſubjacere diſpoſitioni *cit. leg. Hac Edictali*. An autem pater augendo dotem filiæ ſecundò nubenti poſſit paciſci cum ſecundo viro de lucro augmenti in præjudicium filiorum primi matrimonii, vide citatum *Hodiern. ad cit. l. qu. 26. per totam*.

Contingit etiam ſæpè dubitari in hac materia lucri dotalis, an Statutum de
64 lucro dotis locum habeat in dote promiſſa non adhuc tradita: In qua quæſtione communiter ſentiunt Doctores, quod inſpici, & conſiderari debeant verba ſtatuti, quod ſi loquatur generaliter de dote, lucrum dotis locum habeat non tantum in dote data, ſed etiam in dote promiſſa, ea ſcilicet ratione, quia dos promiſſa venit etiam nomine dotis, *per Text. in l. 1. 2.*, *& 3.*, *& per*
65 *leg. ad exactionem Cod. de dotis promiſſione*, in quibus dos etiam dicitur illa, quæ promiſſa, ſive pollicita eſt; unde eſt, quod filia veniens ad patris ſucceſſionem una cum fratribus conferre debet non tantum dotem traditam, ſed etiam promiſſam, ut *in l. 1. Cod. de dotis collat.*, *& in l filiæ dotem Cod. de collation.*: Quibus conſonat *textus in l. cum poſt §. ſed is ff. de adminiſtr. tutor.*, ubi mulier habere dicitur dotem, etſi ei adhuc tradita non ſit, *& in l ſi extraneus ff. de jure dot.*, *cum concord.*, ex quibus, & aliis juris diſpoſitionibus, ac Doctorum authoritatibus *Rolandus qu. 5. de lucro dotis*, ſubſtinuit locum eſſe dotis lucro etiam in caſu dotis promiſſæ.

Si vero Statutum loquatur de dote tradita, ut eſt caſus Statuti Mediolanenſis, de quo idem *Rolandus qu. 6.*, & ſimiliter eſt caſus noſtri Statuti municipa-
66 lis, ut ex illis verbis: *Pecuniam*, *terram*, *& res mobiles dotales*, *quas rece-*

perat

perat in dotem ab uxore ſua, vel alio pro parte ſua, tunc lucrum dotis non extenditur ad dotem promiſſam, ut pluribus rationibus fundat idem *Roland. d.qu.6.*, inter quas eæ præcipuæ ſunt, quia Statuta in proprio ſignificatu ſtrictè interpretanda ſunt, *ut in l.3.§.hæc verba ff. de Negot.geſt.*, *& in l.Conſtitutionibus ff.ad municip.*, unde in eo caſu, in quo non competunt verba Statuti, nec ejus diſpoſitio competere poteſt, *ut in l.4.§.toties ff.de damno infect.*: Eo magis quia ſtatutum de lucro dotis eſt correctorium juris communis, & idcirco ultra limites verborum non eſt extendenda interpretatio, ut fundat *Præſ.de Franch. dec.71.n.10.*, *& 11.*. Quibus accedit, quod cum ſtatutum concedit lucrum dotis in dote data, videtur tantum impartiri exceptionē in beneficium viri, non etiam actionem, ex eo autem quod lex concedat tantum exceptionem, non eſt temere arguendum, quod & actionem conceſſerit; ſicuti è contra tollens facultatem agendi, non cenſetur etiam facultatem excipiendi ſubſtuliſſe, ut diſcurrit *Phanucc.in cit.tract. de lucro dotis, verb.Reſtituenda, n.8.9., & 10.*, ubi citat *Angelum in conſ.160.*, *Decium conſ.8.*, *& Caſtrenſ.in l.1. ff.de exception.*; ex quibus colligitur, quod præſentis quæſtionis reſolutio unicè dependet ex verbis Statuti, an ſcilicet illud generaliter loquatur de dote, vel tantum de dote tradita, prout etiam ita diſtinquendo eam reſolvit *Bartolus in l.jubemus 14.§.ſane n.7.Cod.de Sacroſanctis Eccleſiis*, & ex noſtris *Reg.Reverterius dec.533.*, & poſt eum *de Marinis n.4., & 5.*

Quid autem erit dicendum in caſu Statuti de dote tradita, ſi uxor, vel alius dotans fuerint in mora in ſolvendo dotem? Reſolvitur hoc per *Bartolum in*
67 *conſ.131.*, quod incipit, *Statuto Civitatis Eugubii*, ubi ait, quod ſi per dotantem ſteterit, quominus dos ſolveretur, perinde haberi debet, ac ſi dos eſſet ſoluta, argum. textus *in l.Labeo §. ſi mihi ff.de contrab. empt.*, *l. in executione §.fin.ff.de verbor.oblig.*, & proinde vir eam lucrabitur, nam alias ſequeretur, quod melioris eſſet conditionis moroſus debitor, quam qui fuiſſet diligens in ſolvendo contra diſpoſitionem textus *in l. non ſolum ff. de Noxal.*, *& in l.ſervius ff. quod vi, aut clam*; cum è contra certum ſit quod mora debitoris Creditori ſuo damno eſſe non debet, argum: *l. iniquiſſimum ff.de juris, & facti ignor.*, & idipſum tenuit *Rolandus qu.7. per totam*, multis allegatis Doctoribus hoc ipſum ſentientibus. An autem ad conſtituendum dotantem in mora requiratur interpellatio viri, & quæ interpellatio, judicialis nempe, vel inducta ob ſolum lapſum diei, conſule eundem *Roland.qu.8.*, *& Phanuncium in cit.tract.verb.Reſtituenda n.35.*, ibi: *Hanc limitationem intellige eſſe veram in mora regulari per interpellationem, lapſumque diem ad ſolvendum commiſſa, ſecus in mora irregulari, quæ committitur ex eo, quod maritus pro parte ſua adimpleverit, ſubſtinens ejus onera, & ex parte altera dos ſibi non ſolvitur; propter iſtam moram non videtur locus ſtatuto de dotis fieri*, ubi citat *Caſtrenſem Socinum*, & alios.

Unde è contra ſi dotans non differat ſolvere, ſed dilationem ad dotem ſolven-
68 dam habuerit a viro, ſi pendente iſta dilatione uxor moriatur, locus non erit lucro prædicto in beneficium viri, ex quo hoc ſibi vir imputare debet,

ut docet *Phanucc. loc. cit. n.* 38., ubi ſubdit, quod hoc non habet dubitationem in terminis ſtatuti loquentis de dote data, cui conſentit *Card. de Luca d. diſcuſ.* 30. *n.* 6.: ſecus tamen ait *cit. Phanuccius*, ſi ſtatutum non loqueretur de dote data, ſed ſimpliciter loqueretur de dote, & vide in ſimili, quæ tradit *de Marinis lib.* 1. *reſol.* 14. *n.* 1., *& ſeq.*

Habebitur autem dos pro tradita, & ſoluta, ſi vir loco dotis nomen debitoris acceperit in ſolutum, quia maritus loco pecuniæ creditum accipiendo, tan-
69 ti illud æſtimaſſe videtur *leg. pretii Cod. de reſcind. vendit.*, unde eſt, quod periculum ejus crediti pertinet ad ipſum virum, ut ait *Phanucc. loc. cit. n.* 43., & faciunt deducta per de *Franch. dec.* 108. *n.* 8: . Secundo habebitur dos pro ſoluta, ſi vir a dotante dotis uſuras exegerit, quia tunc ei dos jam eſt in fructu. Tertio quando dotis obligatio fuerit novata, & transfuſa in aliam obligationem, puta, ſi vir confeſſus fuerit dotem recepiſſe, quæ verè recepta non fuerit, & dotans alio inſtrumento confeſſus fuerit ſimilem pecuniæ quantitatem mutuo accepiſſe a viro, de quo caſu loquitur *de Marinis lib.* 2. *reſol.* 140., nam cum per Novationem fiat transfuſio unius obligationis in aliam, primæ obligationis extinctio dicitur interveniſſe, ut ait idem *Phanucc. loc. cit. n.* 47.. Utrum autem ex receptione fidejuſſorum pro dote, dos exiſtimari debeat tanquam ſoluta, diſputat idem *Phanuccius loc. cit. n.* 52., quem vide.

Quæri etiam hic opportunè poteſt, ſi mulier, quę dotem dederit viro, fuerit minor, utru m, ea in matrimonio defuncta, lucrum dotis locū habeat? Tractant hanc quæſtionem *Campegius de dote qu.* 11. *p.* 5; *& Rolandus de lucro dotis qu.*
70 44., ubi concludunt locum eſſe in caſu prædicto lucro dotis in beneficium viri, pro qua opinione Campegius *citat textū in l. ſi ſine §. Lucius ff. de admin. Tutorum*, in quo habetur, quod Conſuetudo, quæ reſpicit rem ſicuti obligat majores, ita & minores, & apertius videtur favere *Textus in l.* 1. *Cod. ſi adverſ. donat*; & faciunt dicta per *Bartolum in l.* 2. *in fin. Cod.*, *quæ ſit longa Conſuetudo*, ubi ait quod Conſuetudo, ſive Statutum ligat infantes, & furioſos ſicuti lex ſcripta; Unde *Olrad. in d. l.* 2. *col. fin.* dixit, quod ſi in Civitate ſit Conſuetudo, quod quilibet ſolvat certam collectam, teneantur ad dictam Collectam etiā infantes, & furioſi, & a fortiori minores. Quibus accedit quod tradit *Caſtr. in l. ſi pupill. ff. de repud. hered.*, ubi tenet, quod Statutū diſponens, quod non repudians hæreditatem intra annum habeatur pro adeunte ligat etiam minores; Et inde etiam eſt, quod minores, ſive eorum Curatores, eorū cauſſas in vim Statuti, ſive Pragmaticæ de compromiſſis, compromittere tenentur, & conſaguineo retrahenti in vim Conſuetudinis, ſive Statuti tenentur rem emptam retrovendere, ut ait *Tiraquellus de Retractu p.* 287. *n.* 13., quem citat, & ſequitur *cit. Roland. n.* 11., ubi multos allegat in terminis hujus quæſtionis, & reſolvit ſucceſſivè in contrarium facientia.

Quæ tamen intelliges, velim, ſi dos a muliere minore fuerit conſtituta in pecunia, vel in mobilibus, ut ait *Roland. q.* 45. *n.* 6, vel ſi fuerit conſtituta in Stabilibus, præcedente judicis decreto, & cauſſa cognita; & cum interventu Curatoris legitimè impartiti: Nam è contrà, dictis ſollemnitatibus deficientibus in

con-

conſtitutione dotis facta a muliere minore in Stabilibus, ſive in iis, quæ ſtabilium loco habentur, nullus erit locus dotium lucro, facto caſu ſtatuti; & ratio eſt, quia bona immobilia minorum non poſſunt alienari abſque ſollemnitatibus prædictis, & ſi aliter fiat alienatio eſt ipſo jure nulla *l. puto magis §. ne paſſim ff. de rebus eorum*, & in propriis terminis dotis, quod ſcilicet nulla ſit dotatio, quæ apparet facta ſine decreto, eſt *textus in l. lex, quæ Tutores §. 1. Cod. de Admin. tut.*, ibi: *Niſi hac forte neceſſitate, & lege, qua ruſticum prædium, atque mancipium vendere, vel pignorare, vel in donationem propter nuptias, vel in dotem dare in præteritum licebat, ſcilicet per inquiſitionem Judicis, & probationem cauſſæ, interpoſitionemque decreti, ut fraudi locus non ſit*: Quibus concordare videntur *Textus in l. non ſolum, & l. prædia Cod. de prædiis, & aliis reb. minor.*, quos in terminis hujus caſus allegat *Hotomanus in tract. de dotibus*; & meritò, nam videndum eſt, an ſuppetant facultates, & an tanta dote vir dignus ſit, ut dicebat *Baldus in l. nulla Cod. de jure dotium*, & hæc cauſſæ cognitio facienda eſt apud judicem, qui re bene perpenſa, ſuum interponet decretum: ubi autem deficiunt dictæ ſollemnitates, cum mulieris dotatio nulla ſit, nullus poterit eſſe lucro locus, quia non entis nullæ ſunt qualitates *l. ejus, qui in provincia ff. ſi certum petat., & Phanucc. de lucro dotis verb. reſtituenda n. 29.*, ubi ait, quod ſtatutum de lucro dotis non habet locum, niſi dotis promiſſio, & conſtitutio validæ fuerint. Et in propriis terminis hujus quæſtionis ſic tenuit *Baldus in l. 1. col. 1. Cod. ſi advers. dotem, & Paulus de Caſtr. in eadem lege col. 2. in princip.*, ubi hæc ait: *Intellige ergo dictam legem, quando intervenit decretum Judicis, ſi illa mulier habebat prædia, quando dedit omnia bona ſua in dotem, & ſic valuit datio, alias non valuiſſet, & de eis nihil maritus lucraretur ex pacto, vel lege, quia non eſſent dotalia, & pactum non operatur, niſi ſuper dote.* Vide etiam in themate hujus caſus *Romanum conſ. 314.*, & ex recentioribus *Card. de Luca diſc. 135. de dote*, ubi: *n. 5.* præfatam communem opinionem limitat in ca-
71 ſu, quo mulier major facta dotationem ratam habuerit, ut ex titulis Codicis *Si major factus alienationem ratam habuerit*, & in alio tit. *Si major factus ratum habuerit.* An autem mulier minor, quæ etiam cum decreto dotem immodetatam conſtituit viro, cum promiſſione lucri, ſervata forma ſtatuti, adverſus dictum pactum, & ſtatutum poſſit reſtitui, ſaltem ut minuatur dotis lucrum? vide *Roland. qu. 46.*, ubi concludit, quod nulla ſit concedenda reſtitutio adverſus ſtatutum, quia contra legem, cujus ſpecies eſt ſtatutum, nulla competit reſtitutio *l. ſi ſine herede §. Lucius ff. de adminiſtr. tutorum*: Sed quod poſſit reſtitui adverſus conventionem; ſive dotationem facit textus *in l. ſi ex cauſſa, §. in dotis ff. de minor.*, & in terminis propriis reſtitutionis adverſus pactum de dote lucranda *Gomeſ. lib. 2. variarum cap. de Reſtitutione minorum n. 2.*

Nunc autem in quibus bonis lucrum dotis locum habere poſſit, eſt inſpiciendum: Et primo an Statutum de lucro dotis, cui contrahentes ſe ſubjecerint, comprehendat bona ſita extra contrahentium diſtrictum? In quo articulo
72 quicquid, relatis diverſorum DD. opinionibus, dicat *Roland. q. 20. per totum*,

ego exiſtimo, quod ſive mulier dans dotem ſit Civis, ſive extera, bona data in dotem, ubicumq; ſita, comprehenduntur in lucro: Nam ſi ſit Civis, ſubijciendo dotem ſuam ſtatuto propriæ patriæ, cum dos ſit quid univerſale, & tam in bonis ſitis intra diſtrictum, quam extra diſtrictū conſiſtat, utraq; bona ex volūtate non tantum tacita, ſed etiam expreſſa mulieris, ſive alterius dotantis, propriæ Civitatis ſtatuto ſubjecta eſſe dicentur, ea ſcilicet ratione, quia unica determinatio plura reſpiciens determinabilia pariformiter ea debet determinare, & eadem res, prout eſt dos, quæ in jure univerſali conſiſtit, non debet diverſo jure cenſeri *l.4.ff.de Vulgari*: Si vero ſit extera, & generaliter bona ſua dederit in dotem, eam ſubjciendo alicui Statuto, & ex eadem ratione omnia dicta bona in dotem tradita lucro dotis, ſervata forma Statuti, cui eam ſubjecerit, obnoxia eſſe cenſebuntur. Quod videtur comprobaſſe *Reg. de marinis l.2.reſol.56.n.10.* in terminis mulieris exteræ, quæ in eius ſponſalibus conſuetudini Neapolitanæ, *Si qua mulier*, ſe ſubjecerat, ubi ait eam non poſſe in morte de bonis ſuis tam intra, quam extra diſtrictum ſitis, diſponere, niſi de decima tantum parte, & conſentit Phanucc. *de Lucro dotis Gl.9.n.36.*, *& Conſil. de Anna Conſ.92.n.57.l.2.* Nec obſtat quod dicitur tam in terminis ſtatutorum generaliter, quam in terminis conſuetudinum Neapolitanarum, quod ea non comprehendant bona ſita extra diſtrictum, nam hoc procedit quando contrahentes generaliter contraxerint, abſque expreſſione, quòd intendebant dotem ſubijcere alicui ſtatuto; ſecus vero ſi hoc exp[illegible]eſſerint, ut in the[illegible]nate præſentis caſus, nam tunc quæcumque bona tam intra, quam extra territorium poſita ſtatuto prædicto ſubjecta eſſe intelligentur, ut expreſsè explicat *Phanucc.d.Gl.9.n.35.*, *& 36.*, & conſonant dicta per *Card.de Luca de dote diſc.102.n.11.*, ubi in terminis mulieris Beneventanæ, quæ dotem ſuam ſubjecerat conſuetudini Capuanæ, & Nidi, ſtante dicta expreſſa partium voluntate in ſubijciendo bona dictæ conſuetudini, reſolvit utraque bona tam intra territorium ſita, quam extra ſub dicta conſuetudine comprehendi.

In Feudis lucrum dotis locum habere non poteſt, ea ratione, quia Feudum nec à patre in beneficium eius filiæ in dotem concedi poteſt, ut habetur *in cap.*

73 *1.§.donare, qualiter olim feud.poterat alienari*, ibi: *Donare autem, aut judicare pro anima, aut in dotem pro filia dare nullius Curiæ poterat conſuetudine*: Quid ergo ſi filia de feudo fuiſſet inveſtita? in hoc caſu poterit ipſa feudum in dotem dare abſque tamen pacto lucri dotis, ut habetur in cap. 1. *de Inveſtiture, quam Titius accep. à Semproni.*, & tradit *Fachin.l.7.Contr.78.*, & tenuit *Jaſon in Auth.res, quæ C.comm.de Legat.n.25.*, quem ſequitur *Phanucc.de lucr.dotis Gl.[illegible].n.55.*, ibi: *Mulier poteſt feudum in dotem dare, dum tamen illud non det ſub pacto, & conditione lucri*: & ex recẽtioribus tenuit *Card.de Luca de dote diſc.146.n.43.*, ubi ait, quod mulier nubens ſe ipſã dotans poteſt dare feudum in dotem, dummodo non det æſtimatum, & non faciat pactum de lucro dotis in beneficium viri; quod adeo verum eſt, ut ſi tale pactum lucri totius, [illegible] partis feudi fuerit appoſitum, pactum prædictum vitietur, & pro non ſcripto habeatur, ut ibidem *de Luca n.45.*, & latiùs *de Marinis allegat.44.*

Quæ

Digitized by Google

Quæ tamen limita in caſu, quo feudum de ſui natura eſſet alienabile ad quoſcumque, utpote ſi fuerit redactum in allodium, ut notant DD. in cap. 1. *de feud. non habente propriam naturam*; vel niſi de conſenſu Domini cum pacto lucri fuerit in dotem datum, ex regula, quod aſsenſus Domini vim habet inveſtituræ, ex deductis per eundem *de Luca l. cit. n.* 20. *& pluries in diſcurſ. de Feudis, & de Regalibus.* Qualiter autem de jure Regnorum utriuſque Siciliæ dos conſtitui poſſit, in feudo, ſive a Padre, ſive ab alio, ſive a feudataria ſeipſam dotante, vel in proxime ſucceſſura, & qualiter procedat obligatio ſolvendi dotes ſuper feudo, vel eas reſtituendi, & de actione quam filia, vel ſoror feudatarii ſuper feudo habet pro eius dote, vel paragio, vide eundem *de Luca l. cit. n.* 21, 22, *& ſeq.*

Reſpectu vero bonorum emphyteuticorum, cum eorum ſit permiſſa alienatio
74 ex cauſſa dotis præſtandæ a Patre, vel alio, qui dotare tenetur, utpote ex cauſſa neceſſaria, in conſequentiam vir lucrabitur dotem in bonis emphyteuticis conſtitutam, ut expreſsè tenet *Phanucc. Gl. X n.* 56., ubi contra Baldi opinionem *in Auth. res quæ n.* 14., *& in Conſil.* 476., *vol.* 4. hæc habet: *Sed aliud mihi placet, quod ſcilicet reſpectu utilis dominii maritus poſſit de bonis emphyteuticis in dotem habitis lucrari partem, juxta formam Statuti, quia emphyteutica reſpectu utilis Dominii poſſunt per emphyteutam alienari in quibusdam caſibus, etiam irrequiſito Domino; & inter alios, ex cauſſa dotis cum ſit alienatio, non requiritur Domini licentia, ſecundum Speculatorem in tit. de Locat. §. nunc aliqua verſ.* 109., *quia ergo Dominium, & jus utile eſt alienabile, non eſt cur negetur lucrum reſpectu illius juxta Statuti formam.* Hactenus *Phanuccius.* Idipſum docuit *Roland. in eodem tract. q.* 54. *n.* 21., & conſentit *Amedeus de Ponte in tract. de Laudimiis q.* 29. *n.* 7., *&* 8., ibi: *Ex quo infertur, quod non ſolo favore dotis eximitur quis, dum pater, vel mulier dat feudum in dotem, a ſolutione laudemii, prout ſentiebat Petrus Jacobus; ſed etiam quia cauſſa erat neceſſaria, ut quia pater tenebatur dotare, & alia bona non habebat, ex quibus congruè dotare poſſet, & conſequenter in caſibus, in quibus dos de neceſſitate conſtituitur, & pactum lucri dotis apponitur (quod regulariter ſine conſenſu Domini non poteſt apponi Doctores in rubr., & in §. donare qualiter, olim feud. alien. poter.) unde eveniente caſu lucri, non debebitur laudemium, quia ex neceſſitate facta ſit alienatio, ſecus ſi ex voluntate.* Quod procedit ſive dos fuerit æſtimata, vel inæſtimata dummodo fuerit data a patre, vel ab alio, qui dotare tenebatur, ex quo tunc cedit loco portionis hæreditariæ, ex traditis per *Ferrer. ad dec.* 48. *Guidon Pape.*

Quam concluſionem ego limitarem, ſi dos in re emphyteutica non daretur
75 ex cauſſa neceſſaria, ſed ex cauſſa voluntaria, puta ſi dos daretur ab eo, qui dotare non tenebatur. Et ſecundo ſi lucrum dotis locum haberet ex partium conventione, non vero ex vi, & potentia Conſuetudini, vel Statuti, ut deducitur ex traditis per *citatum de Ponte l. cit. n.* 9. & per *Phanucc. l. ſup. cit.*, ubi lucrum dotis in bonis emphyteuticis defert viro ex potentia & efficacia Statuti.

Unum autem hic notandum exiſtimo, quod in caſu, in quo in bonis emphyteuticis

76 ticis lucrum dotis defertur viro ex vi,& potentia Statuti, ſive conſuetudi-
nis,hoc erit intelligendum abſq; Domini directi præjudicio , quoad emphy-
teuſis terminationem,ideoque poſita dotis conſtitutione in bonis emphyte-
uticis , iiſque adhuc lucratis per virum , conceſſio finiri debet eò modo,
quo alias finiretur, ſi in dotem data nō eſſent, quoties emphyteuſis non eſſet
hæreditaria ad quoſcumque tranſitoria ; & idcirco præfatæ concluſionis
effectus , ſcilicet , ut res emphyteutica per viam lucri dotalis tranſire poſ-
ſit in virum , intelligendus eſt tantum quoad pœnam caducitatis evitandam,
ac laudemium non ſolvendum , non autem ut dotalis cauſſa apta ſit conceſ-
ſionem ampliare,& ultra tempus,ſive perſonas in conceſſione comprehenſas
eam extendere,ut poſt *Mantic. de tac. l. 22. tit. 28. n. 41. & Fulginium de emphyt.*
tit. de Alienat. q. 1. n. 262. & ſeq. ſubſtinet *cit. Luca d. diſc. 147. de dote n. 8.*
Quid dicemus de bonis fideicommiſſo ſubjectis, an de his habitis in dotem ma-
ritus lucrum facere poſſit ,juxta Statuti diſpoſitionem ? In hoc diſtinguendi
77 ſunt plures caſus. Primus quando teſtator gravaverit mulierem eius hære-
ditatem reſtituere, conceſſa ei facultate ſe dotandi de hæreditate prædicta:
Secundus,quādo relinquerit mulieri dotem,& in ipſa dote in alterius bene-
ficium ſubſtitutionem appoſuerit . Tertius,quando in bonis relictis appoſi-
tum fuerit expreſſum fideicommiſſum,non conceſſa , neque prohibita alie-
natione ex cauſſa dotis.Quartus, quando expreſsè etiam ex cauſſa dotis ſuo-
rum bonorum alienationem prohibuerit.
Quoad primum caſum , indubiè reſpondendum eſt pro marito , ut ſcilicet
ei,in præjudicium ſubſtituti, lucrum a ſtatuto delatum deferatur,ut expreſ-
78 ſe pluribus rationibus conſuluit Aymon *Cravetta conſ. 186.*, quod incipit,
Præſens Conſultatio; & ratio eſt,quia teſtator permittendo dotationem,vide-
tur permiſiſſe, quod mulier ſe dotet,cum ea conditione de lucrando,quæ de
conſuetudine dotem comitatur,tum quia cenſeri debet , teſtatorem diſpoſi-
tionem ſuam aptaſſe ad formam juris, & ſtatutorum , tum etiam quia per-
mittens antecedens, ſcilicet dotis conſtitutionem,cenſeri debet & voluiſſe
conſequens,quod eſt dotis lucrum, quod ex ſtatuti diſpoſitione maritus con-
ſequitur,ut diſcurrit *Phanucc. l. cit. n. 58.* ; Unde in caſu prædicto dicendum
eſt, ſubſtitutionem a patre , vel ab alio appoſitam intelligi debere de eo,
quod ſupereſt,deducta dote, ad formam ſtatuti,ut faciliter mulier virum in-
venire poſſit.
In ſecundo,rationes,& Doctores ad invicem pugnantes adducit *Phanucc. n. 59.*
& tandem , ſtante expreſſa voluntate teſtatoris in dote fideicommiſſi onus
79 apponentis,concludit contra virum : Ratio autem fundamentalis ea eſſe
videtur,quia potentior eſt expreſſa ſubſtitutio, quam delatio lucri,quæ pro-
venit ex tacita voluntate, quoniam expreſſum facit ceſſare tacitum *l. ex fa-*
cto §. item quero ff. de Vulg.,& proviſio hominis facit ceſſare proviſionem le-
gis, *vulgatis juribus* : Inſuper quia nemo hoc inficiare poterit voluntati
teſtatoris,qui poteſt dotem ſubijcere fideicommiſſo,& providere ne maritus
eam lucretur, nam ſi poterat eam non relinquere , multò magis potuit ſub
conditione relinquere *l. videamus §. jurare ff. de in litem jurand.*, Sicut & po-
teſt

Digitized by Google

teſt in caſu ſtipulationis faciendæ ſtipulari ſibi reddi *l.unic.§.accedit C.de rei uxor.action.* Quod tamen intelligendum eſt de extraneo dotante, vel de patre,& matre dotantibus ultrà limites legitimæ, nam pro eo,quod attinet ad limites legitimæ, ſive paragii,fideicommiſſi onus habetur pro non appoſito *l.quoniam in prioribus C.de inofficioſo teſt.Craſſ.§.legitima q.38.Campeg de dote q.18.p.5.,& Phanucc.l.cit.*

Idem procul dubio dicendum eſt in caſu pacti reverſivi adjecti in capitulis
80 matrimonialibus ſuper dote,nam pactum reverſivum lucrum dotis ceſſare facit. *Roland.de lucro dotis q. 17.* Pactum autem reverſivum, ad hoc ut ſubſiſtat,debet eſſe appoſitum ab extraneo dotante,vel a Patre in dote conſtituta ultra limites legitimę,ſive paragii:et ſi appoſitum fuerit a fratre valebit,ſi fuerit adjectum extra id, quod ad ſororem ſpectat de bonis paternis,& maternis, vel aliis bonis ad ſororem pertinentibus, ſcilicet valebit tantum in eo,in quo ſoror dotata fuerit de bonis propriis fratris,ut ait *de Franchis deciſ.196.,& 491.* ubi Addentes:Niſi tamen ſoror etiam quoad limites legitimæ, vel paragii conſenſerit appoſitioni pacti reversivi,ut ſcribit *Carolus Anton.de Luca in obſervat.ad citat. deciſiones*,ubi explicat, quomodo circa pactum prædictum eſſe debeat mulieris conſenſus.An autem pacto reverſivo non obſtante,mulier de dote teſtari poſſit, vide,quæ conſiderat *cit.de Franchis in deciſ.prædict.* ubi diſcutitur, ſi mulieris conſenſus ſuper dicto pacto cenſeatur præſtitus per viam donationis inter vivos,& irrevocabilis;an vero per viam donationis cauſſa mortis,quæ ſubiacet revocationi.

In tertio caſu facilior eſt reſolutio, quoniam in caſu ſimplicis fideicommiſſi
81 injuncti abſque expreſſa permiſſione, aut prohibitione alienandi ex cauſſa dotis,non cenſetur prohibita dotis conſtitutio, ut expreſſe reſpondet *Juriſconſ.in l.mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebellian.* ibi : *Cum proponeretur quendam filiam ſuam hæredem inſtituiſſe, & rogaſſe eam, ut ſi ſine liberis deceſſiſſet,hæreditatem Titio reſtitueret, eamque marito dotem conſtituiſſe certæ quantitatis,mox decedens ſine liberis,inſtituiſſe maritum ſuum,& quæreretur an dos detrahi poſſet,dixi,non poſſe dici in everſionem fideicommiſſi factum, quod,& mulieris pudicitiæ,& patris voto congruebat,quare dicendum eſt dotem decedere,ac ſi quid ſuperfuiſſet,rogata eſſet reſtituere*. Cui conſonat *textus in vulgata Auth.Res,quæ C.Comm.de Legatis.* Unde ſequitur in ea dote, utpote quæ in caſu prædicto fideicommiſſi vinculo alligata non cenſetur, locum eſſe lucro in beneficium viri,& ſic tenuit *Rolandus de lucro dotis q. 94.n.19.& 22.,& Phanucc.cit.gloſſ.10.n.60:* Imo *Baldus in cit.Auth.Res,quæ* ait,quod in bonis fideicommiſſo ſubjectis liceat mulieri paciſci in beneficium viri de dotis lucro;unde a fortiori dicendum eſt,ſi lucrum deferatur viro ex vi,& efficacia ſtatuti,ſive legis Municipalis,ut argumentatur *Phanuc. loc.cit.n.61* & conſonant dicta *per Card.de Luca diſc.145.de dote n.35.& ſeq.*

Adeo tamen vera eſt præfata concluſio,ut procedat etiamſi fideicommiſſum
82 fuerit inſtitutum in beneficium Eccleſiæ,vel alterius loci pii;nam hoc non obſtante,poterit detrahi dos in beneficium deſcendentium fideicommitten-

tis,& ex lucrabitur vir,ut multis relatis ſubſtinuit *cit.Rolan.q.57.n.14.*quos ſecutus fuit *Phanuccius loco cit. n.63.* ubi hanc opinionem dicit eſſe communem,ea ratione,quia dos datur ad ſubſtinenda onera matrimonii, & pro alimentis conjugum,& liberorum;favor autem alimentorum etiam cauſſæ piæ debet prævalere,ut conſuluit *Ludovic.Romanus con.267.*

Quod quidem intelligendum eſt ad perpetuam ſubſtitutorum excluſionem, a-
83 deout,ſi eadem bona,tempore conditionis in fideicommiſſo adjectæ,reperiantur denuò perventa ad perſonam gravatam de reſtituendo, ea tamen non erunt obnoxia reſtitutioni in beneficium fideicommiſſarii, ut de mente *Accurſii,Bartoli,Fulgoſii,& alior.*refert *cit.Phanucc.l.cit n.62.*& in propriis terminis lucri dotalis,*de Luc.diſc.137.de dote n.5,* & late fundat *Merlin. de legit. l.b.3. tit.1.q.9.n.45.& ſeq. Fuſar.de ſubſtit.q.531.n.9.*:Cujus concluſionis ea ratio adduci poteſt,quia,aut favore dotis,pro eo , quod reſpicit dotis quantitatem,fideicomiſſum non cenſetur appoſitum,ut *ex cit.leg. mulier §. cum proponeretur ff.ad Trebell.*,aut,quia per dotis conſtitutionem fideicommiſſum fuit extinctum,& ideo reviviſcere non poteſt,ex quo,quod ſemel extinctum eſt,non reviviſcit,etſi ceſſet,vel deficiat cauſſa extinctionis *l.qui res, §.aream ff.ſolut matrim.*& res,quæ ſemel facta eſt alienabilis ſemper durat alienabilis *l.Pater §.Quindecim ff.de Legat. 3.* Quæ tamen intelligenda ſunt,ſi dicta bona denuò pervenerint ad gravatum, ex ſucceſſione , donatione , vel alio titulo accidentali dependenter ab ipſa muliere dotata:Secus vero,ſi ad eundem gravatum pervenerint,in vim pacti reverſivi appoſiti,ſive a teſtatore in teſtamento,quando conſideravit ſuarum deſcendentium dotationem in bonis fideicommiſſo ſubjectis,ſive etiam ab eodemmet gravato tempore dotationis , nam in hoc ſecundo caſu bona reincident in priorem cauſſam, & erunt obnoxia reſtitutioni,perinde ac ſi nunquam a fideicommiſſo ſejuncta fuiſſent,ut recte conſideravit *cit.de Luca d.diſc.145. de dote n.102.verſ. Quod autem*,ubi etiam cautelam tradit teſtatoribus pro fideicommiſſi redintegratione,ut dum ordinant fideicommiſſum, adiiciant pactum reverſivum in dotibus,quæ ex diſpoſitione *cit. Auth.Res,quæ* fœminis deſcendentibus è bonis fideicommiſſo ſubjectis erunt conſtituendæ.

Cæterum in hac materia dotis conſtituendæ de bonis fideicommiſſo ſubjectis,
84 plura notanda erunt; & primo non licere mulieri, vel alteri dotanti , in præjudicium fideicommiſſi,dotem exceſſivam conſtituere , nam hoc non præjudicabit ſubſtitutis,nec in eorum præjudicium plus lucrabitur maritus,quam important termini dotis congruæ,inſpecta qualitate mulieris,viri,& uſus regionis,ut pluribus allegatis docet *Phanucc.loc.cit.n.71.*nam nō debet eſſe in poteſtate fideicommiſſarii,ſub prætextu dotis,fideicommiſſum evertere,ut cum *Fuſario d.q.531.n.190.*ait*Card.de Luca loc.cit n.88.*

Secundo diſpoſitio *cit.Auth. Res quæ,* & lucrum dotis conſtitutæ in bonis fi-
85 deicommiſſo ſubjectis procedet in fideicommiſſo ordinato per adſcendentes tantum,non autem per Collaterales , quamvis fratres , vel patruos , & multo minus per omnino extraneos,quoniam textus loquitur de liberis,ut communiter firmant Interpretes *in d.Auth.Res quæ,Fuſar.q.531.n.95.* & *ſq.*

ſeq., *& q.532.n.38.& ſeq.*, *Peregr.de fideicomm.art.42.n.49.*, *ibique Cenſalis, verſ.quinto declaratur*, *de Franch.dec.241.*; *Hodiern.ad Surd dec.62.Faber in C. lib.6.tit.71.defin.10.* Quæ concluſio licet nullam patiatur difficultatem reſpectu fideicommiſſi ab extraneo inſtituti, juxta ſenſum diverſorum DD. limitari poſſet in fideicommiſſo ordinato per Fratrem, aut Patruum in caſibus, in quibus tenentur dotare; ut videre eſt penes *Menoch.de præſumpt.189 n.39.*, *& ſeq & Fuſar.cit q.531.n.100*: quos citat *Card.de Luca loc.cit.n.60*

Tertio notandum erit, procedere prædicta omnia, ſi mulier tempore dotatio-
86 nis alia non habuerit bona propria, & libera, cæterum ſi bona libera habuerit, licitum ei non eſt, pro dote fideicommiſſum minuere, ut clare habetur *ex cit.l.mulier §.cum proponeretur*, & docent DD. in *d.Auth.*; & ratio eſt, quia proviſio *Authenticæ prædictæ* eſt remedium ſubſidiarium, quo conceditur mulieri, in defectum aliorum bonorum, ſe dotare de bonis fideicommiſſo ſubjectis, unde bonis liberis exiſtentibus, præfatum remedium locum non habebit: Quod etiam procedit, etiamſi pater, vel alius adſcendens expreſſe permiſerit dotationem in rebus fideicommiſſi, nam adhuc cenſebitur permiſiſſe in ſubſidium, & non aliter, ut fundat *de Luc.d.diſc.145.n.66.* Hinc *Rolandus q.58.de lucro dotis* ait, quod ſi mulier habens bona libera dotem ſibi conſtituerit de bonis fideicommiſſo ſubjectis, facto caſu lucri, excluſoq; viro a lucro, ex cauſſa fideicommiſſi, licet eidem viro contra hæreditatem mulieris agere de evictione; ut hoc modo ſibi ſatisfieri poſſit de dotis lucro, juxta formam ſtatuti; prout etiam placuit *Baldo in conſ.469.vol.4.* & *Aymoni Cravett.conſ.19.col.fin.* & melius *in conſ.136.in fin.*, & conſonant tradi-
87 ta *per Card.de Luca diſc.137.& 138. eod.tit. de dote*. Cui autem incumbat onus probandi, ſi tempore dotationis adfuerint bona libera, vel non, vide diſtinctionem adductam *a Fuſario d.q.531.n.225.* quem ſequitur *Luca ad dec 141. Præſ.de Franch.*

Sed pro validitate dotationis in re ſubjecta fideicommiſſo an requiratur aliqua ſollemnitas, ſive Judicis decretum, exiſtimo ego non requiri, quia præfatis circumſtantiis concurrentibus, dotatio ſit in bonis fideicommiſſo ſub-
88 jectis, lege permittente, idemq; ſentit *Peregrinus de fideicomm.artic.42.n.44*, ubi ſic habet: *Sed utrum cum in caſibus privilegiatis, & a jure permiſſis conceditur alienatio rerum fideicommiſſo ſubjectarum, requiratur decretum judicis, qui de ea re cognoſcat: Equidem apud nos decreta ſæpius frequentata, & practicata fuere; Quandoque tamen abſque decreto aſſignata fuere bona fideicommiſſaria, & aliquando etiam alienata, pretio in dotis cauſſam verſo; & ſimiliter quandoque vidi alienari pro dotium reſtitutione bona fideicommiſſaria abſque alio decreto: Porrò licet decretum in alienationibus rerum minorum & Eccleſiarum ſit neceſſarium, ad textum l. magis puto §. ne paſſim ff. de rebus eorum, & in auth. Hoc jus porrectum Cod.de ſacroſ.Eccl.*, *& aliter alienatio facta ſit ipſo jure nulla, dictis jurib.cum concordant.: Attamen in re hac decretum neceſſarium non eſt, adeout ejus omiſſione actus reddatur nullus, ſed ſufficit ad ejus validitatem conſtare, tunc non extitiſſe bona libera, ex quibus dotium neceſſitati conſulere potuiſſent, & ſatis conſtabit; vel docente fideicom-*

Digitized by Google

miſſario extitiſſe bona libera, vel docente poſſeſſore nulla bona extitiſſe. Hactenus *Pellegrinus.* Et conſentit *Reg. Roſa in prax. decret. civil. cap. de decretis, quæ in alienat., commut., ſive ſubrogat. rer. fideic., vel alter. vinc. ſubject. fieri ſolent,* ubi *n. 11. & 19. in terminis pragm. primæ tit. de vincul., ſeu condit. in contract, vel teſt. appoſit. amovendis*, ait ſollemnitates dictæ Reg. Pragm. non requiri, quando agitur de dote conſtituenda, & in omnibus caſibus, in quibus Doctores ſunt concordes, ut poſſit fieri alienatio bonorum fideicommiſſo ſubjectorum, & ſic tradit fuiſſe deciſum per S. Conſ. ſub die 7. menſis Maii 1705. in terminis dotis D. Thereſiæ Fajenza, in cauſſa decreti quod expeditur pro D. Nicolao Fajenza cum Domino D. Cajetano Argento tunc temporis Advocato celeberrimo Curatore vocatis dato in Banca de Alexio, Mobilia Scriba.

Verum in caſu, quo a fideicommittente expreſſè vetitum fuerit poſſe alienari ejus bona, etiam ex cauſſa dotis, quicquid docuerint Alexander, & alii,
89 quos refert, & ſequitur *Covarruvias variar. reſol. cap. 4. n. 10, verſu tertio*, ea prævaluit opinio, ut ſi fideicommiſſum a Patre, vel alio adſcendente inſtitutum fuerit, quacunque prohibitione non obſtante, liceat a fideicommiſſo in beneficium filiarum, ſive aliarum deſcendentium dotem detrahere; cujus ratio eſt, quia ſicuti pater non poteſt ſe exonerare a debito naturali dotandi filias, cum vivit, *l. Qui liberos ff. de ritu nuptiar*; ita nec in ultima voluntate, ſubiiciendo bona ſua fideicommiſſo, & prohibendo expreſſim alienationem, etiam ex cauſa dotis: Quod etiam videtur expreſſe voluiſſe *Juſtinianus in Novell. de Reſtitutione, & ea, quæ parit, &c. §. quamobrem,* ibi *Sancimus itaque ſecundum hunc modum excipi modis omnibus a reſtitutione Nuptialia documenta, & ſuper his factas alienationes, atque hypothecas, vel ſi gravata ſit perſona aut viri, aut mulieris reſtitutione tali, liceat ei nuncupatam antenuptialem donationem offerre, nihil quantum in illis verbis reſtitutione valente, & ſi mulier reſtitutione gravetur, non impedimentum ad dotis oblationem fieri; ea enim, quæ communiter omnibus proſunt iis, quæ ſpecialiter aliquibus utilia ſunt, praeponimus:* Ex quibus verbis manifeſtè patet ex legis diſpoſitione, non vero ex conjecturata Teſtatoris mente, in favorem dotis tolli vinculum fideicommiſſi, ex eo quia expedit Reipublicæ, bonum publicum, quod ex mulierum dotatione dependet, privatorum fideicommiſſariorum commodo anteponere: cujus textus diſpoſitione idem voluit *Fachineus 4. controv. 48, Craſſus verbo, Fideicommiſſum, q. 57*, & ſic deciſum per Curiam Delphin. tradit *Guidon Pape dec. 96, & Card. de Luc. cit. diſc. 145. de dote n. 18,* ubi *n. 94.* diſcutit, an, & quando ſperni poſſit Teſtatoris præceptum de non danda dote ex bonis fideicommiſſo ſubjectis, niſi de ſolis fructibus.

Unde, cum, prohibitione licet expreſſa Teſtatoris non obſtante, liceat de bonis fideicommiſſo ſubjectis, filiabus, ſive aliis fideicommittentis deſcendentibus
90 dotem conſtituere, in ea locum habebit ejus lucrum in beneficium viri, ex quo ubicumque dos eſt legitimè conſtituta, locus erit dotis lucro ex Statuti diſpoſitione, ut in propriis terminis hujus caſus loquitur *Phanucc. l. cit. n. 77.* licet aliud dicat in caſu fideicommiſſi inſtituti ab extraneo, vel collaterali,

in

Digitized by Google

in quibus diſpoſitio præſtæ *Auth.* non habet locum, ut ſupra diximus.

In augumento dotis, non aliter quam in dote principali, in caſu Statuti etiam verificabitur dotis lucrum, tum quia diſpoſitum in principali locum etiam
91 habet in eo, quod adjectum eſt *l. hæredes palam §. ſi quod ff. de teſtam.*, tum etiam quia juxta regulam legalem, non poteſt eadem res diverſo jure cenſeri. Quibus accedit, quod generaliter diſpoſita in dote locum etiam habent in dotis augumento, *ut in Auth. de æqualit. dotis, & in l. etiam Cod. de jure dotium* ubi ſtipulatio concepta pro dote ad dotis augumentum, ſive additamentum extenditur, & facit *textus in l. Inter ſocerum §. cum inter ff. de Pactis dotal.* ibi: *Nec ſeparabitur portio dotis additamenti cauſſa data, ſi poſtea nihil aliud conveniat*, ubi *gloſſa* verbo, *ſeparabitur*: vide in terminis, *Roland. de lucro dotis q.* 100, ubi ait ita etiam communiter ſentire DD., & ab iis in facti contingentia non eſſe recedendum.

Idem prorſus juris erit in jocalibus, aliiſq; mobilibus promiſſis tempore Capitulorum matrimonialium, & traditis, nam hæc videntur eſſe appendices
92 dotis, & idcirco diſpoſita reſpectu dotis, in eis etiam locum habere debent, ut loquitur *cit. Roland. q.* 5, & *Caſ. 30. Lutr. dec.* 184. n. 43.

Sed quid dicendum eſſet, ſi conſtante matrimonio ſuper dote fuerit aſſecurata uxor, vel eadem dos fuerit eidem uxori reſtituta, ut in terminis *deciſ.* 199.
93 *Afflict.*, & *de Marinis lib. 1. reſol. 20. n. 9.*, an erit locus dotis lucro, mortua uxore poſt triennium ſine filiis, vel intra triennium liberis ſuſceptis, ut in noſtro Statuto? Et quidem in his enarratis caſibus dotis aſſecuratæ, ſive reſtitutæ locum etiam eſſe dotis lucro, reſolvit *Phanucc.* verbo *ſoluto*, ubi aſſignat rationem, quia non obſtante tali aſſecuratione, vel reſtitutione, dos illa non deſinit eſſe dos, nec per eas cenſetur vir circa dotis lucrum ſibi præjudicaſſe, ejuſdemq; opinionis fuit *Angelus in §. dotes Auth. de Nuptiis, & Bertacchinus in ſuo Repertorio*, verbo *Maritus dotem lucratur*.

Quibus poſitis, opportunum cenſemus procedere ad aliorum dubiorum enodationem, quæ in hac materia lucri dotalis occurrere ſolent, inter quæ non
94 inutilis erit indagatio, an legatum factum ab uxore in beneficium viri computetur in dotis lucrum: In qua quæſtione *Roland. q.* 96. vulgatam ſequens diſtinctionem de debito dependente ex cauſſa voluntaria, & neceſſaria, ait locum eſſe compenſationi in caſu prædicto, ex quo lucrum dotis dependet ex diſpoſitione legis municipalis, ſive Statuti, ac proinde ex cauſſa neceſſaria; unde ſicuti in caſu legitimæ debitæ filio ex legis diſpoſitione, legatum factum filio a patre in legitimam computatur, *l. omnimodo Cod. de inoffic. teſtam.*, ita etiam legatum factum ab uxore in beneficium viri, cui ex diſpoſitione Statuti dotis lucrum debetur, computabitur in lucrum, ut loquuntur *Mantica de conject. ult. volunt. lib. 10. tit. 2. n. 7; Menoch. de præſumpt. lib. 4. in 2. p. præſumpt. 109. n. 35.*

Contrarium tamen tenet *Fachineus lib. 5. contr. 36.* per textum, qui videtur expreſſus in caſu ſimili in *l. unic. §. ſcimus Cod. de rei uxor. action.*, ibi: *Sciendum itaque eſt, edictum Prætoris, quod de alterutro introductum eſt in ex ſtipulatu actione ceſſare, itaut uxor & a marito relicta accipiat, & dotem, niſi ſpeciali-*

ter

ter pro dote maritus ea dereliquit, cum manifeſtiſſimum ſit, teſtatorem, qui non hoc addidit, voluiſſe utrumque conſequi; Unde citatus Fachineus deducit, quod ſi non pro dotis lucro expreſſe reliquerit uxor marito, tunc & legatum maritus recipiat, & dotem conſequatur; Si vero pro dotis lucro reliquerit, alterutro debeat eſſe contentus, ubi citatus Doctor non inhæret vulgatæ diſtinctioni de debito neceſſario, & voluntario, imo eam acerrime impugnat *controv.33.lib.5*, ubi pro excluſione præfatæ diſtinctionis allegat multa jura, idemque ait tenuiſſe *Cujacium lib.3.obſerv.15, Duaren.in comment.l.ſi cum dotem §.ſi pater ff.ſolut.matrim., & Coraſium 3 Miſcellan.1.*

A pari, quæri ſolet inter DD. an legatum mobilium, vel in pecunia factum a marito in beneficium uxoris cenſeatur factum in compenſationem lecti vi-
95 dualis, & veſtium lugubrium, quæ ex univerſali fere conſuetudine debentur uxori de bonis viri? & communiter tenent DD., cenſeri factum in compenſationem, prout in anno 1683 fuit deciſum per S.Conſ. in cauſſa D. Penelopæ Caracciolo cum hæredibus D. Thomæ Carafa, quam deciſionem refert *Cap.Latr.dec.94.lib.1*, & conſentit *Molfeſ.tom.2.p.6,q.11.n.33*: Prout etiam legatum alimentorum factum a viro uxori cenſetur factum in compenſationem intereſſe dotium, & antephati, ut tradit *Rovitus conſ.25. lib.1.* Quod fuit obſervatum in hac Civitate annis retro elapſis in controverſia vertente inter hæredes qu. D. Alexandri Melchiori cum Magnif. D. Thereſia Vincenti ejus uxore, in qua uti amicabiles compoſitores ita decidimus ego, & U.J.D. Dominus D. Nicolaus Vincenti Neapolitanus Baro Belfortis, & Dragonis in Provincia Licienſi, vir quidem doctrina, eruditione, ac ſuaviſſimis moribus excultus, & omnibus laudibus cumulatiſſimus.

Contingit etiam dubitari an Statutum de lucro dotis habeat locum, ſi ſponſa de præſenti moriatur, antequam fuerit cognita, quod idem eſt, ac dicere, an
96 Statutum deferens in certo caſu dotem viro, præmoriente uxore, locum habeat in matrimonio rato tantum, an vero requiratur omnino quod matrimonium ſit conſummatum? Articulum hunc latiſſime diſputant *Phanuc.de lucro dotis gl.2.num.29, & ſeq. & Roland.in eod.tract.q.106*, qui tandem diſtinctionis fœdere quæſtionem conatur dirimere *n.36, & ſeq.* Mihi tamen ea placet opinio, ut lucrum dotis non deferatur marito, niſi in caſu matrimonii conſummati, quia juxta communem loquendi modum, tunc vere conjuges dicuntur maritus, & uxor, cum matrimonium eſt conſummatum, ut ait *Gloſ. in cap.ex publico, & in cap.initiatus cauſa 27. q.2, §. juxta hæc*: Hinc juxta ſenſum Divi Ambroſii, & Theologorum, matrimonium inter *B.* Virginem, & S. Joſeph, in quo omne carnale deſiderium prorſus abfuit, fuit verum matrimonium quoad ſanctificationem, non vero quoad ſignificationem: Quod eo magis dici debet in caſu noſtri Statuti, in quo mentio habetur de filiis ex communi procreatione ſuſceptis, quod quidem, niſi de matrimonio per carnis copulam conſummato haud poterit interpretari; eandem ſententiam tenet *Card.de Luc.diſc.35.de dote n.11*, ubi eam veriorem, & magis receptam appellat, & *in ſumma de dote n. 443*. Procedere tamen poſſet contraria opinio, ſi per virum non ſteterit, quominus matrimonium conſūmaretur, forte

quia

Digitized by Google

quia uxor potius voluerit monaſterium ingredi, quam matrimonium con-ſumare,vel alia ratione viro noluerit adhærere,ut conſiderat *cit.Roland.q.106.n.40*,& faciunt ea,quæ idem Author conſiderat in fine dictæ quæſtionis,quo ſenſu intelligenda ſunt dicta per *Gramm.not.dec.3.n.88.& 89* , *& per Fachineum lib.5.contr.49*;ubi de ea quæſtione , an legatum puellæ relictum, ſi Sejo matrimonio fuerit copulata,debeatu ,ſi matrimonium tantum ratū, ſive contractum ſit,non vero etiam conſummatum,ſuper quo artic.vide etiam *Cap.Latr.dec.182.n.23,& 24*.

Quid autem erit dicendum,ſi matrimonium initum fuerit cum ſeptuagenaria vel alterius ætatis muliere,quæ apta non ſit ad ſobolem procreandam? Du-

97 bitat *Roland.q.103.a n.1.ad 11*,ſed *n.12,& ſeq.* concludit, in dicto caſu locum eſſe dotis lucro,quia cum ſeptuagenaria, & decrepita ritè conſiſtit matrimonium,*l.Sancimus C.de Nuptiis*;nec ætas,& nec ſterilitas ſuit impedimento nuptiis,quia impotentia coeundi accidentaliter cauſata matrimonium non invalidat,ut ajunt DD.*in cap.2 de frigid.& maleſic.* Aliter tamen erat de jure antiquo Romanorum,vigore ſcilicet Legis Juliæ,& Papiæ,quæ lata fuit anno Urbis 763 Papio Mutilo,& Q.Poppæo Conſulibus , cujus vigore cautum fuit,ne mulier quinquaginta annis minor ſexagenario nuberet,neve vir minor ſexaginta quiquagenariam duceret,ut notat Lactantius *lib.1.*ex Senecæ verbis:*Quid ergo eſt,quare apud Poetas Salaciſſimus Juppiter deſierit liberos tollere?Utrum ſexagenarius factus eſt , & illi lex Papia fibulam impoſuit?An impetravit jus trium liberorum?*Et Apulejo in judicio objectum fuit,quod Pudentilla ei ætatis ſexageſimo ad libidinem nupſiſſet , videlicet contra legem Papiam:Cui Capiti Claudius abrogavit , ut notat Svetonius in Claudio:*Capiti Papiæ Poppeæ legis a Tiberio Cæſare , quaſi ſexagenarii generare non poſſent,edicto abrogavit*:& conſonat Ulpiani locus in fragmentis *tit.16,& Lipſius lib.3.Annalium Cornelii Taciti*.

Diverſum tamen eſſet,ſi matrimonium contractum eſſet cum viro,qui ex im-

99 potentia naturali impotens eſſet ad generandum,de quo loquitur titulus Decretalium *de frigid.& maleſic.*,vel contractum eſſet cum muliere ita arcta,ut mulier fieri non poſſit,ut loquitur *Ulpianus in l.quæritur §.mulierem ff.de Ædilit.Ed.* Nam cum in his matrimonium non conſiſtat , nec dotis lucrum poteſt locum habere,& ſi per multos annos in ſchemate matrimonii vixerint,ut docent *Roland.q.104,& Pvanuc.gloſſ.3*.

Quia autem diximus antecedenter,ex expreſſa noſtri Cap.diſpoſitione locum fieri lucro dotis in caſu mortis mulieris,viro ſuo ſuperſtite , quæri poteſt ,

100 an hoc procedat non tantum in caſu mortis naturalis mulieris,verum etiam in caſu mortis civilis?Mors autem civilis dicitur contingere,cum quis ſervus pœnæ effectus eſt,vel alias libertatem amiſit, vel ſi ei aqua , & igni interdictum eſt,vel in inſulam eſt deportatus,ut *tit.Inſtit.de capitis dim nut.§.1,& 2*:Quia autem per capitis diminutionem matrimonium non diſſolvitur,etſi loquamur de media,& maxima capitis diminutione,ut in *Auth.de Nuptiis §.diſtrahuntur* , remanet ut præſens quæſtio in eo tantum caſu exemplificari poſſit,in quo mulier vitam monaſticam elegerit in aliqua reli-

gione

gione incapaci ad poſſidendum bona,& in ea profeſſionem emiſſa fuerit; in qua quæſtione *Roland.q.95* eam ſequitur ſententiam,ut in dicto caſu,morte naturali non expectata,locus ſit dotis lucro in beneficium viri,pro qua opinione allegat *textum in l.Deo nobis C.de Epiſc.& Cleric.*,additq; rationem, quia profeſſa in Monaſterio dicitur mortua mundo,quod adeo verum eſt,ut teſtamentum ejus,qui profeſſionem emiſit in Monaſterio incapaci, ad requiſitionem hæredis in eo inſtituti aperiri poſſit, perinde ac ſi naturaliter mortuus eſſet,ut loquitur *Bartolus in Auth.ſi qua mulier n.11. verbo ex prædictis venio C.de ſacroſ.Eccl.& Jaſon ib.d.n.26. & 58.* Sed *Phanuc. de lucro dotis,verbo, poſt mortem a n.12* multis allegatis contrariam ſequitur ſententiam,pro qua etiam videtur eſſe *Bald.Novell.in tract. de dote p.7. privil.11.,& Ancharanus conſ.273.& 478*,quos vide.

Succedit alia utilis quidem,& quotidiana indagatio, utrum ſcilicet uxor in præjudicium lucri dotalis de dote teſtari poſſit? Quod idem eſt,ac quærere,
101. an Statutum,quo vir in aliquo caſu, uxore præmoriente, lucratur dotem,locum habeat,ſive uxor deceſſerit ab inteſtato,ſive ex teſtamento, in quo alteri,præter quam marito,dotem reliquerit.Et quidem in hac indagatione indubitanter,& reſolutive dicendum eſt, Statutum prædictum in utroque caſu locum habere, & uxorem in præjudicium viri, cui ex Statuto dotis lucrum defertur,teſtari non poſſe:Ratio autem eſt, quia tale lucrum datur a Statuto viro propter onera matrimonii,unde militare debet tam in caſu,quo decedit uxor ab inteſtato,quam ſi ex teſtamento, quia ubi eadem ratio,eadem debet eſſe juris diſpoſitio *l.Illud ff.ad l.Aquiliam* Inſuper, quia ſi uxori licitum eſſet in præjudicium Statuti,& lucri dotalis teſtari de dote,jam prorſus vana,& inutilis redderetur diſpoſitio Statuti, ex quo ſemper in poteſtate mulieris eſſet,eius teſtamento, diſpoſitioni dicti Statuti derogare,& lucrum viro delatum tollere,quod quidem maximum eſſet abſurdū.Patet ſimiliter a pari,quia quarta,quæ iuxta diſpoſitionem *Auth.Præterea C.unde vir,& uxor*,debetur coniugi inopi ſuperſtiti ex bonis alterius coniugis locupletis defuncti,locum habet tam condito teſtamento,quam ab inteſtato,& ſic contra voluntatem coniugis defuncti, ut de communi teſtatur *Corneus conſ.4.col.2,& 4 vol.4*:Et ſimiliter medietas bonorum antiquorum,attenta Conſuetudine Civitatis Neap., quæ incipit, *Etſi teſtator*, ipſo iure defertur agnatis ſuperſtitibus,itaut de ea Agnatus decedens diſponere non poſſit;unde idem etiam dicendum eſt in caſu lucri dotis, quod ex diſpoſitione Statuti defertur marito,ut illud locum habeat, ſive ab inteſtato decedat uxor, ſive ex teſtamento, & proinde quod ea de dote diſponere non poſſit in præiudicium viri:Et faciunt ea,quæ pro hac etiam opinione deducunt *Phanucc.de lucro dotis,gloſſ.15,& Roland.q.82*,ubi *n.1* ait,hoc inter DD.abſq; controverſia procedere,& neminem ex Doctoribus reperiſſe, qui huic opinioni adverſatus ſit.Vide *Morotium in Reſp.19*,quod incipit, *In cauſſa Perilluſtris*,& addentes *ad deciſ.196,& 491.Præſ.de Franch.*

Cum conſenſu tamen viri bene poterit diſponere,ut ait *Roland.d.q.82.n.13*,& conſentit *cit.Phanucc.d.Gloſſ.13.n.5*,ubi dubitat, an ſemel per virum præ-

ſtito

Digitized by Google

102 ſtito conſenſu uxori,ut de dote teſtari poſſit,iterum poſſit per eundem virum revocari; & in eam inclinat ſententia,ut amplius tevocari non poſſit. exemplo eius,quod dicit Baldus *in l.1.C.de Sacroſ.Eccleſiis* de conſenſua præſtito a Patrefam.eius filio de condendo teſtamento; ut illum conſenſum poſtea retractare non poſſit , ubi citat *Joann.Andream in addit. ad Speculat. in tit.de Inſtrumentorum editione §.porro;*& facit ratio, quia quæ ab initio ſunt voluntatis ex poſt facto ſunt neceſſitatis *l.ſicut C.de obligat.*, *& action.cum concordant*; & in propriis terminis huius caſus vide *Socin. Conſ.61.n.9,verſ. ſi diceret aliquis l.1.Lupum in Rubr.de donat.inter virum, & uxorem §.47.limit.1.,col.3.*

Cæterum idem *Phanucc.l.cit.n.6.*quærit,quid juris reſultet ex huiuſmodi conſenſu a viro præſtito eius uxori? & dicit , quod *Bartolus in l.cum quis decedens ff.de Legat.3.*voluit,quod conſenſus præſtitus leganti rem meam,ope-
103 retur,quod ſi volo rem meam petere , propter conſenſum præſtitum repellar exceptione,ſed non ut ille, cui res eſt legata de conſenſu meo contra me agere poſſit ad illam rem legatam,quia inter illum legatarium , & me conſentientem nihil geſtum eſt , licet cum teſtatore aliquid geſtum eſſe dicatur. Verum contra hanc *Bartoli* opinionem conſiderat *Phanucc.* , quod ex huiuſmodi conſenſu præſtito reſultat quoddam mandatum uxori teſtatrici,& actio mandati competit teſtatori,eiuſque hæredi contra conſentientem, quam actionem hæres poteſt legatario cedere , & ſic etiam legatarius poterit per viam actionis ſua jura experiri,argum. *l.quidam filium ff.de Hered.inſtituen.*:Pinguiùs autem operaretur viri conſenſus , ſi ultra ſimplicem permiſſionem teſtandi,promitteret vir rem præſtare,quæ ab uxore legatur, prout ſequens *Jaſonem* docet *citatus Phanucc.l.cit.*

Sola autem præſentia viri in teſtamento uxoris non arguit ipſius viri conſen-
104 ſum, qui ei præjudicialis ſit reſpectu lucri dotis , quia ſola præſentia in præjudicialibus non nocet *l.Cajus C. de Pignorat.action.l.quidam ex parte ff. de Eviction* ,ubi *Gloſſa, verbo afluerunt*; Sed una cum præſentia intervenire debet aliquis actus poſitivus deſignans conſenſum, ut notat *Phanucc.ibidem n.8.*,unde una cum præſentia exiſtimarem, quod ſat eſſet , ſi vir Notarium pro rogando teſtamento,vel Judicem,vel teſtes vocaſſet,vel vocari feciſſet, vel alias ſuam voluntatem expreſſiſſet circa teſtamentum uxoris, circa quæ vide quæ tradit *Jaſon in l.Quæ dotes ff.ſolut.matrim.n.68.uſque ad finem*, ubi plura conſiderat .

Hinc ad omnes difficultates ſubmovendas,& ut uxor non obſtante pacto lucri,
105 vel Statuto,de dote in parte ſaltem teſtari poſſet,cautela eſſet, ut mulieres in capitulis matrimonialibus aliquid ſibi reſervarent de dote,ne totaliter inteſtabiles efficerentur,ut in terminis Statuti Florentini *l.2.rubr.29.* deferentis dotem viro pleno jure in caſu mortis uxoris ſine filiis, tradit ſæpius practicari *Card.de Luca diſc.208 de dote*,qua reſervatione facta,vel aliter conceſſa per virum facultate diſponendi,nulla intrat difficultas, ut mulier de portione dotis reſervata teſtari poſſit.

Qua reſervatione facta , ſi mulier poſtea, nulla facta diſpoſitione decederet ab

inteſtato,difficultas ſubintrare poſſet,ad quem ſcilicet dicta portio reſervata pertinere debeat,ad virum nempe, an vero ad hæredes ab inteſtato mu-
106 lieris.Pro cuius dubii reſolutione,difficultas ſtat in verbis, quorum vigore permiſſa apparet mulieri facultas diſponendi, nam ſi ab uxore in capitulis matrimonialibus tempore conſtitutionis dotis reperiatur facta reſervatio alicuius ſpeciei, vel quantitatis,tunc bona reſervata, ex quo nunquam tranſiere in virum,dicentur permanere in dominio uxoris,& per conſequens, non facta de eis diſpoſitione ab uxore,dicta bona reſervata pertinebunt ejus hæredibus ab inteſtato:Aut vero tempore dotationis integra dos tranſivit in virum,cum facultate tamen in beneficium uxoris diſponendi de certa portione dictæ dotis,& tunc non facta diſpoſitione ab uxore, quæ ex hoc apparet uti noluiſſe facultate ſibi conceſſa diſponendi, integra dos remanebit in beneficiũ viri, ut bene more ſuo diſtinguit *citatus Luca d. tr. d. ſc.203.n.3., & 4.*; licet ipſe attenta diſpoſitione dicti Statuti Florentini inclinet in opinionem in favorem viri; & faciunt de dicta *per Theſaurum deciſ.97., & per de Franch.deciſ.45.,& 600.*,ubi *Carol.Ant.de Luca.*

Remanente autem dote ex cauſſa lucri in beneficium viri poſt ejus uxori mortem,remanet inſpiciendum, an dos prædicta dicatur eſſe de hæreditate,
107 ipſius mulieris defunctæ;cujus articuli indagatio confert ad plurima, ut infra videbimus:Et quod de mulieris hæreditate non ſit cenſenda facit *Textus in l.licet 27.Cod.de jure dotium*, ibi: *Licet dos penes maritum remanſerit, pro rebus tamen hæreditariis, ſucceſſores, non maritus quondam ſollemnibus penſitationibus parere debent*; Ex quo textu habetur mulieris hæreditatem non conſiſtere in dote, ſed in aliis bonis,quæ extra dotem ſunt,& ad mulieris hæredes ſpectant. Idipſum tenet *Roland.qu.90. per totam*, ubi pluribus fundat, lucrum dotis, quod uxore præmoriente, viro defertur,vigore ſtatuti, de hæreditate mulieris non eſſe dicendum.

Ex qua concluſione educitur primo, quod æs alienum contractum per mulierem, & remanſum in ejus hæreditate, non ſuper dote, ſed ſuper aliis bonis
108 mulieris ad ejus hæredes ſpectantibus ſolvendum ſit, ut recte infert *Salicetus* in ſumma legis prædictæ,ibi;*Onera hæreditaria ſpectant ad hæredes,non ad maritum dotem lucrantem*;niſi tamen conſtituta,vel impoſita ſint,ſuper ipſis corporibus in dotem datis,ut notat *Gloſſ.in l.prædia,verbo Penſitationibus.*

Quæ licet ita ſint, non procedent tamen in caſu æris alieni contracti pro infirmitate uxoris, nam expenſæ pro hac cauſſa factæ nullo pacto repeti poſ-
109 ſunt a viro, ut expreſsè diſpoſitum reperitur *in l. quod in uxorem Cod. de Negot.geſtis: Quod in uxorem tuam æram erogaſti, non a ſocero repetere, ſed affectioni tuæ debes expendere*, ubi *Gloſs.& Bartolus*,& late *Fontanell.de Pactis Nupt.clauſ.6,gl.2.,p.5., & Surdus de Aliment. tit.1. qu.33.*. Quod adeo verum eſt,ut teneatur vir uxorem alere,& ei medelas ſubminiſtrare,etiamſi uxor ad eum acceſſerit indotata, *ut citat. Surdus d.tract. de Alimentis tit. 6.qu.3.n.76.*. Et ſi ea dotem habeat, eamque lucratus ſit vir,ratione pacti, vel ſtatuti, dicto lucro privandus eſſet, ſi ei debita alimenta, & medicamina non ſubminiſtraſſet, vel ſi circa hæc fuiſſet negligens,vel ſi maritus nul-

lum

lum medicum, vel imperitum adhibuiſſet, ut pluribus allegatis tradit *Ro-
doerius conſ.39.n.87., & ſeq.*

Non diſſimulandum tamen, quod propoſitio prædicta eſſet limitanda, ſi mu-
lier longo tempore infirmaretur, adeoque inhabilis ad matrimonialia obſe-
110 quia, & ſervitia eſſecta ſit, dotiſque fructus nequaquam ſufficerent pro
medelis; nam eo caſu maritus repetere valeret, quod ultra dotis fructus ex-
pendiſſet, ut deciſum refert *Peguera dec.167.*, & late *Fontanella tom.2.clauſ.
6.gl.2.p.5.n.8., & Theſaur.qq.Forenſ.p.2.q.52.*, qui dicit, hanc ſententiam
placuiſſe Senatui, etiamſi maritus eſſet dives, eandemque ſententiam tenet
Pellicc.ad Conſuet.Averſæ cap.3.n.513.; Et cum de facto hæc quæſtio acci-
diſſet in S.C. fuit cum eſſectu viro relaxata quædam dotis pars, teſte *Thoro
in compend.deciſ.tom.2., verb.expenſa facta in infirmitate.* Quod citatus *Ro-
doerius cum Fontanella* arbitratur procedere, etiamſi maritus proteſtatus
non ſit, ſuumque repetendi animum non declaraverit: ſubdit tamen, melius
eſſe, ſi proteſtatio præcedat, per textum *in l. Neſennius ff. de Negot. geſtis.*
Ego tamen exiſtimo, hoc poſſe verificari, ſi dotis lucrum non verificetur in
beneficium viri; nam ſi è contra vir, ratione ſtatuti, lucratur dotem; ſatis
remanet ſibi conſultum, nec opus eſt, ut dotis partem retineat, cum eam
integram habeat; & faciunt adducta per *Campegium de dote p.2.q.61.*

Diverſum tamen dicendum eſt in expenſis funerum uxoris, nam ſi hæc dece-
dat, relicta dote, quæ non lucratur, ſed reſtitui debet per virum, tunc in
111 eum, ad quem dos pervenit dat Prætor funerariam actionem; & ſi forte
maritus de ſuo expenderit in funere uxoris, eidem competit repetitio, cum
non teneatur de ſuo extinctam conjugem ſepelire *l. in eum 16.ff.de Relig.
& ſumpt.funer. Reg. Galeata contr.juris lib.2. contr.36. n.17. Thorus in com-
pend.tom.3.p.2.verb.Maritus, cui uxor, & cit. Rodoer. d.conſ.39. a n.2 ad 6.*, ubi
etiam ſubdit expenſorum in hac cauſa competere repetitionem marito, etſi
tempore, quo expendidit, proteſtatus non ſit: Si vero dos per virum, ſive
ex pacto, ſive ratione ſtatuti lucrata fuerit, tunc diſtinguendum erit, quod
aut mulier aliud non habet, niſi dotem, & a viro onus funerum uxoris ſub-
ſtinendum erit *l.Neratius §.ſi maritus eod.tit.*, ibi: *Si maritus lucratur do-
112 tem, convenitur funeraria, pater vero non*: Si vero ultra dotem, alia in ejus
hæreditate bona remanſerint, *Celſus* ſcribit, ex dote, quæ penes virum re-
manet, & cæteris mulieris bonis, quæ apud patrem, ſive alios ejus hære-
des remanſerint, eam pro portione funerandam eſſe, veluti, ſi in dote cen-
tum ſint, in ejus autem hæreditati ducenta, in ejus funere, duas partes hæ-
res, & unam partem vir conferet, ut habetur *in l.Celſus 22.cum ſeq.ff.cit.tit.,
& l.Quod in uxorem Cod.de Negot.geſtis Rodoer.loc.cit.n.21.*

In caſu vero, quo uxor moriens nihil in dote habuerit, ex quo ad virum ac-
ceſſerit indotata, ſtatuitur *in l.quod ſi nulla 28.ff.cit.cit.tit.*, per patrem, ſive
113 per alios ejus heredes omnem impenſam præſtandam eſſe: Si autem hæ-
redes non habeat, nec pater ſolvendo ſit, tunc ad dictas expenſas tenebitur
vir in quantum facere poteſt, ne in ejus injuriam cadaver uxoris ſuæ inſe-
pultum relinquatur, ut ſcribit *Juriſconſ. in d. l. quod ſi nulla, & Phanuc*

§l.12.verbo, expenſa autem funeris. Quæ autem veniant nomine expenſarum funeris, vide *citat. Rodoerium d.conſ.39.n.9.10., & 11.*, ubi diſſidentes Doctorum opiniones conciliat.

Ratio autem diſcriminis inter expenſas medicaminum, ſive ultimæ infirmitatis, & expenſas funerum, ea videtur eſſe, quia donec vivat uxor, ea eſt a-
114 lenda ſumptibus viri, & medicamina, aliæque impenſæ pro ea infirma habentur loco alimentorum, unde a viro maritali, conjugalique affectione ſupportandæ ſunt, juxta *citat. Textum in l. quod in uxorem*: Secus autem eſt in expenſis funerum, nam hæ contingunt, ſoluto matrimonio, quo tempore nulla conſideratur viri obligatio, cum viri obligatio ultra matrimonii tempus extendenda non ſit, ut cum *Fontanella*, & aliis benè diſtinquit *cit. Rodoerius loc. cit. n.33.*

Id, quod autem diximus ſupra, ſcilicet, ut æs alienum in hæreditate mulieris remanſum ab ejus hæredibus exolvendum ſit, non autem à viro, notandum
115 eſt, ut procedat, ſi ultra dotem, mulier alia bona reliquerit extradotalia; ſed ſi bona extradotalia non reliquerit, tunc diſtinguendum eſt, quod aut ſermo eſt de creditoribus hypathecariis, & res procedet ſine dubio, nam ſemper fiet executio ſuper bonis in dotem datis obnoxiis hypothecæ anteriori in beneficium creditorum, ex claro, & indubitato axiomate, quod prior in tempore eſt potior in jure, & in propriis terminis dotis antecedenter alteri hypothecatæ, eſt expreſſus *textus in l. Mævia ff. ſoluto matrimonio.*

Si vero erimus in caſu creditorum in actione perſonali, licet contra creditorem opponi poſſit, quod creditor in actione perſonali adverſus poſſeſſorem
116 bonorum ſui debitoris, nec in ſubſidium recurrere poſſit, cum id permittatur tantum in caſu hypothecæ; maritus autem, conſtante matrimonio, rerum dotalium nedum dicitur poſſeſſor, ſed dominus *vulgata l, Doce Ancillam Cod. de rei vendit. l. de his Cod. de jure dot.*

Tamen contrarium reſponderi debet, per textum *in l. mulier bona ff. de jure do-*
117 *tium*, in qua habetur, quod licet maritus, cui omnia ſuæ uxoris bona in dotem data ſunt, quaſi ejuſdem mulieris hæres, ad debita ante matrimonium contracta exſolvenda, conveniri non poſſit; tamen illud, quod eſt æris alieni in patrimonio, vel hæreditate mulieris in dotem datum non videtur, ibi: *Sed non plus eſſe in promiſſione bonorum, quam quod ſupereſt, deducto ære alieno*; Certum eſt enim, quod ea verè dicuntur eſſe bona, quæ ſuperſunt, ære alieno deducto, *ut in l.2.§.illud ff. de collat. bonorum l. fin. §. ubi autem Cod. de bonis, quæ liberis*; unde deducitur, quod pro concurrenti quantitate debiti in actione perſonali ſuper bonis dotalibus poteſt fieri executio ad inſtantiam Creditoris, ut in diverſis Tribunalibus deciſum teſtatur *de Marinis lib.2.reſ.63.*. Quod tamen intelligendum eſſe, tradit *de Franch. deciſ. 636.* dummodo ſuper reliquo patrimonio mulieris extra dotem diſcuſſio facta fuerit, ubi ſic deciſum tradit per S Conſ.; qua diſcuſſione facta, & aliis bonis extra dotem non repertis, rectè in bonis dotalibus executio procedet, quibus conſentit *Cancer. variar. reſolut. p.1. cap.13. tit. de empt., & vendit. nu. 38.*. Quo modo autem in caſu prædicto agendum ſit contra virum, via exe-

cu-

cutiva ſcilicet, an vero via ordinaria, reſolvit *de Luca ad diſtam deciſ. de Franch.*, ubi ait quod procedendum ſit via ordinaria, quia via executiva non poteſt exerceri contra tertium poſſeſſorem, & ad rem facit deciſio Senatus Barcinonenſis, quam refert *Fontanella de Pactis Nupt. clauſ.5. gloſſa 1.part.3. n.22.*

Si vero ageretur de debitis contractis per mulierem, conſtante matrimonio pro iſtorum ſolutione vir conveniri non poſſet, ut docet *de Marin. loc.cit.n.*
118 7; Quod procedit etiam in cauſſa criminali, ut *Caſpar Theſaur. qq. Forenſ.lib.4.qu.3.*, ubi refert, quod cum quædam mulier, conſtante matrimonio, pro delicto per eam patrato, in certa ſumma ad partis offenſæ beneficium, & in beneficium fiſci pro certa pœna fuiſſet condemnata, volentes pars, & fiſcus pro ſummis prædictis ſuper rebus dotalibus agere, fuit uterque excluſus, & deciſum non eſſe virum ſuper dote pro cauſſis prædictis moleſtandum.

Ex præfata autem concluſione, quod dotis lucrum non dicatur eſſe de hæreditate uxoris, deducitur etiam alia illatio, ſcilicet, quod dotis lucrum ſi fue-
119 rit viro delatum vigore ſtatuti, & poſtea idem vir, dicto lucro non agnito, deceſſerit, tranſmittit idem lucrum ad ejus hæredes: Cujus ratio principalis eſt, quia lucrum defertur viro, vigore contractus capitulorum matrimonialium, in quibus dos ſubjecta fuit diſpoſitioni alicujus ſtatuti, quæ autem ex contractu deferuntur, etiam non agnita tranſmittuntur ad hæredes; *§.ex conditionali Inſtit.de verb.obligat.leg. neceſſario §. quod ſi pendente ff.de peric., & commod.rei vend.leg.unic.*, ubi *Gloſſa, in verbo Antiquitas Cod.ut actio ab hæred., & circa hæred., de Marin.lib.1.reſol.86.*, & in terminis lucri dotalis *Roland.qu.47. Phanucc.gl.4.n.7., & ſequ.*

Diverſum autem prorſus eſſet, ſi dotis lucrum haberetur tanquam de hæreditate mulieris, namque jure hæreditario, ſive ex ultima voluntate deben-
120 tur, ſi agnita non ſint, ad hæredes non tranſmittuntur *leg.un.§.ſin autem Cod.de Caduc.toll.*, & vulgata eſt juris regula, quod hæreditas delata, & non agnita non tranſmittitur ad hæredes, & perinde eſt, ac ſi non fuiſſe delata *leg.ſi ex pluribus ff.de ſuis, & Legit.l.unic.§.in Noviſſimo Cod.de caduc. tollen.*: Hinc eſt, quod ſubſtitutio ad ſubſtituti hæredes non tranſmittitur *leg.qui liberis § hæc verba ff. de vulgar.*, & in terminis fideicommiſſi non agniti eſt deciſio ſecunda *Reg.Capic.Latr.*. Quæ autem circa hoc ſit diſcriminis ratio inter contractum, & ultimam voluntatem, exponit *Gloſſ.in d.§. ex conditionali*, ſcilicet quod in contractibus, ſive ſtipulationibus intervenit factum contrahentis, ſive ſtipulantis volentis ſibi proſpicere, & ſuo hæredi, *ut in l.ſi pactum ff. de probat.*; Quod non eſt in legato, vel in alia ultima voluntate, in quibus nullum hæredis, vel legatarii factum intervenit, quam diſcriminis rationem expendit *citat.de Marin.loc.cit. n.4.*

Patet igitur ex prædictis, in quibus caſibus, vigore noſtri ſtatuti ſit locus dotis lucro, præmoriente uxore, ſcilicet ea decedente poſt triennium a die ma-
121 trimonii, filiis ſuſceptis, vel non ſuſceptis, vel etiam ante triennium filiis jam natis, ac viva eorum matre defunctis, nam alias ſi vir uxori præ-

de-

deccedat, in nullo caſu fiet locus dotis lucro, ut diximus *n.28.*, ex diſpoſitione *Textus in leg.3 Cod.de pactis convent. ſuper dote*.

Quid ergo erit dicendum, ſi uno caſu, vel ictu vir, & uxor deceſſerint, puta
incendio, ruina, fulmine, vel naufragio; quis eorum prior deceſſiſſe præſu-
122 mi debeat? Si enim prius uxor præſumitur deceſſiſſe, in præfatis caſibus
ſtatuti, locus erit lucro dotis in beneficium hæredum viri; Si verò prius
præſumetur deceſſiſſe vir, dos pertinebit ad hæredes mulieris: Et quidem
in hac quæſtione, ſi probari poterit, quis eorum prior, licèt momento, deceſ-
ſerit, res eſt ſopita; ſi vero hoc nullatenus probari poſſit, præſumetur prius
deceſſiſſe uxorem, & locus erit lucro dotis in beneficium viri, ut expreſſè
ait *Triphoninus in leg. qui duos, § ſi maritus ff. de rebus dubiis*, ibi: *Si maritus, & uxor ſimul perierint, ſtipulatio de dote, ex capitulo, ſi mulier in matrimonio deceſſiſſet, habebit locum; ſi non probetur, illa ſuperſtes viro ſuo fuiſſe*, & concordat textus in *leg. ſi poſſeſſor §.1. ff. de Religioſis, ubi Gloſſa*, & facit eadem *Gloſſa in d. §. ſi maritus, verbo de dote, Tiraquell. de legibus connub. lib.1. gl.1. num.58.*

Contrarium tamen, ſcilicet, quod ſola iſta præſumptio non ſufficiat, ad hoc ut vir dotem lucrari poſſit, tenent *Covarr. variar. lib.2. cap.7. n.10.*, *Roland. de lucro dotis qu.60.*, & *Phanucc. gl.4.*, ubi ajunt, quod cum delatio lucri dotis ſit quid exorbitans in jure, ut ei locus fiat, manifeſtè, & non per præſumptiones probari debet viri ſuperviventia, quæ fundamentum eſt hujus actionis, quæ ſuperviventia ſi non fuerit probata, ex defectu probationis actor ſuccumbet, ut ait *citat. Phanucc n.1.*, ibi: *Hæredes igitur mariti, ſi ad hoc lucrum agunt, non ſolum, mulierem eſſe mortuam, ſed etiam quod ante virum mortua ſit, probare tenentur, alioquin in cauſſa ſuccumbent, ex regula juris, actore non probante, &c. & ille, qui nititur prioritate temporis, tenetur illam probare*: Hactenus *Phanucc.*, quam opinionem ſequitur *Carol. Anton. de Luca ad deciſ.454. de Franch. num.7.*

Eadem controverſia eſſe poſſet in caſu matris decedentis una cum filio; nam
ſi ſupponetur matri filium ſupervixiſſe, ac poſtea, vivo patre deceſſiſſe, ac-
123 quiret pater ſuæ uxoris bona, non quidem ex capite lucri dotalis, ſed uti
hæres filii, qui matri ſuæ ſucceſſit: Si vero ſupponetur filium prædeceſſiſſe
matri ſuæ, fiet & locus lucro in beneficium viri, juxta noſtri Capituli diſpoſitionem: Cum autem dignoſci non poterit, quis eorum prior animam emiſerit, diſtinguunt Juriſconſulti, ſi filius erat Pubes, aut Impubes: Si enim erat pubes, iſque ſimul cum matre naufragio, vel alio ſimili caſu perierint, ait *Labeo in leg. cum pubere ff. de rebus dubiis*, *humanius eſt credere, filium diutius vixiſſe*; ſi vero filius erat impubes, præſumitur filius prius mortuus, ut ait *Cajus in leg. cum mulier 24 ff. eod.*. Idem prorſus dicendum eſt, ſi filius cum patre mortuus fuerit *leg. ſi duos, §. ſi Lucius Titius ff. eod.*: Inde eſt, quod ſi quis gravatus fuerit reſtituere hæreditatem, ſi deceſſerit ſine filiis, iſque una cum filiis impuberibus mortuus fuerit, fiet locus ſubſtitutioni, quia præſumitur, filios impuberes patri prædeceſſiſſe, *ut Peregr. de fideicom. art.43. n.51. Fuſar. de ſubſtit. qu.416.*, & *Addentes ad dec.455. Præſid. de Franch.*

Dif-

Difficultas eſſe poſſet in aggreſſura latronum, in quo caſu impuberes filios ſupervixiſſe parentibus, erit dicendum, licet quidam ex eis eſſent in cuna-
124 bulis, & ita judicatum fuiſſe, tradit *Charonda lib. 1. reſponſ. cap. 51.*, & 52, ea ratione, quia præſumi debet latrones prius adortos fuiſſe parentes, tanquam fortiores, ut docet *Barry lib. 17. tit. 12. num. 31.*; quamvis contrarium velint *Maſcard. de probat. concl. 6.*, &c. & alii, quod refert *Peregr. loc. cit. n. 51.* Quid autem dicendum eſſet, ſi teſtator una cum hærede ſimili caſu decederent? in eo caſu teſtamentum caducari ait *Andreolus contr. 163.*, quem ſequitur *de Luca ad dec. 455. P æſ. de Franch. n. 6.* Diverſum eſſet in donatione a viro in beneficium uxoris facta, nam ad finem convalidandi donationem, præſumetur donantem prædeceſſiſſe *leg. ſi inter virum ff. de rebus dubiis.*

Si verò non caſu ruinæ, vel naufragio, ſed uxor utpote in adulterio depræhenſa, fuerit a viro interempta, an in beneficium viri verificari debeat do-
125 tis lucrum? Affirmat *Bartolus in l. ab hoſtibus §. penult ff. ſolut. matrim.*, quem ſequuntur Angelus, Jaſon, & alii *in comment. ad legem prædictam*, & alii, quorum præcipuum fundamentum eſt; ex quo maritus fecerit vindictam lege permittente; & cum certum ſit, uxorem ob adulterinum dotem amittere *leg. conſenſu Cod. de repud.*: Negat vero *Baldus in ead. l. ab hoſtibus §. penult.*, quem ſequitur Caſtrenſis circa finem, ubi ait Baldi opinionem veriorum eſſe, & comprobat *Zaſius ibidem n. 7.*, ubi ait, hanc *Baldi* opinionem contra *Bartolum* eſſe communiter receptam, & ſequuntur *Covarruvias de ſponſalibus part. 2. cap. 7. n. 7.*, & *Julius Clarus §. Homicidium qu. 22. verſ. & hæc concluſio*, aliique, quorum ea peculiaris ratio eſt, quia qui propria authoritate ſibi jus dicit, etiam lege permittente, legis commodum non conſequitur, & allegant textum *in l. interdum §. qui furem ff de furtis*, ubi diſponitur, quod ſi quis ſibi jus dicit in perſonam furis, perdit actionem dupli, vel quatrupli. Alii autem diſtinctionis fœdere has diſſidentes opiniones conciliare conati ſunt, quod ſcilicet aut agitur de lucro ex legis, ſive ſtatuti diſpoſitione, aut ex conventione; ut in primo caſu locus ſit lucro; in ſecundo verò non item, quia hic caſus a muliere, vel alio dotante in ſponſalibus non potuit prævideri, vel cogitari, cujus opinionis ſunt *Campegius de dote p. 5. qu. 5. Roland. de lucro dotis qu. 63. n. 36.*, vel prout de mente aliorum Doctorum diſtinguit *de Marinis reſol. 263. num. 3.*

Quid dicendum? ex noſtris Baldi opinionem ſequitur citat. *de Marinis n. 6.*, & *ſeq.*, ubi ſubdit non poſſe per virum utrumque conſequi, ſcilicet, quod ei liceat uxorem in adulterio repertam occidere, & etiam ejus dotem lucrari, ex quo utrumque in jure cautum non reperitur, pro quo effectu examinat diſpoſitionem *textus in l. conſenſu Cod. de repund.*, & *in l. Gracchus ff. ad l. g. Juliam de Adulter.*, pro qua etiam opinione ſunt duæ deciſiones S. Conſ., una ſcilicet, quam refert *Urſill. ad deciſ. 265. Affl. n. 53.* & alia, quam de anno 1569 refert *Altimar. ad Rovit. tom. 3. conſ. 1 n. 44.* Non diffiteor tamen citatum de *Marinis* impugnari a *Carolo Antonio de Luca ad deciſ. 673. P. æſ. de Franch. n. 5.*, & *ſequ.*, & ab *Andreolo contr. 336.*, ubi viriliter impugnat adducta per *citat. de Marinis*, quos vide.

Dubi-

Dubitari etiam utiliter poterit, quid ſi fuerit dos a muliere ejus viro, ſive ſocero ſoluta, factuſque fuerit caſus, quod ſuperſtite viro, in ejus patris pote-
125 ſtate exiſtente, uxor deceſſerit, an dotis lucrum acquiratur patri, itaut tempore eius mortis inter omnes ejus filios dividendum ſit, vel exiſtimandum ſit proprium, & præcipuum dicti ejus filiiſfam., qui Nuptias contraxit? Caſus hic mihi occurrit in facto in cauſſa quorundã de Porto terræ Faicchi, in quo conſului, dotem lucratam juxta tenorem ſtatuti, uti peculium adventitium filii exiſtimari debere, ac proinde in ea patrem non, niſi uſumfructum repræſentare, & proprietatem eſſe propriam filii, & pro effectu prædicto, tempore mortis patris uſumfructum apud filium cum proprietate conſolidari, nec ſubjectam eſſe collationi, ſive diviſioni inter fratres, patris coheredes; motuſque fui expreſſis juris diſpoſitionibus *in l.1. 2., & 4. Cod.de bonis, quæ liberis*, in quibus diſponitur, quod omnia, quæ filiofamilias obvenerunt quocumque titulo, vel jure ex ſubſtantia ejus conjugis, ei quærantur quoad proprietatem, patri vero quoad uſumfructum, cuius etiam opinionis fuit *Baldus Novell.de dote part.6. privil.37.per totum*, & *Phanucc.de lucro dotis gl.8.n.24.25., & ſeq.* Nec diverſificari poterit reſolutio, ſi pater, & non filius onera matrimonii ſubſtinuerit; nam, ut ait Phanucc., ſi ratione expenſarum in oneribus matrimonii ſupportandis lucrum unicè deferretur, ſequeretur abſurdum, quod ſi alius feciſſet illas impenſas, etiam deberet dotem lucrifacere, quod nemo dixerit.

Unde eſt, quod nullatenus in jure ſubſtineri poteſt opinio *Ludovici Romani in conſ.406*, & *Decii in conſ.60*, & aliorum exiſtimantium, hujuſmodi lucrum uti profectitium exiſtimandum eſſe, & ad patrem pleno jure ſpectare, nam eis contradicit aperta iuris diſpoſitio in *l.cum quis uxori ff.de dote præleg.* ibi *Si quis cum a* Nuru *ſua dotem accepiſſet, filium ſuum hæredem inſtituerit, eumq; rogaverit quicquid ad eum ex hæreditate perveniſſet, reſtituere, mox uxoris morte dotem fuerit lucratus, id non reſtituet, quod ex dote percepit, quia matrimonii cauſa id lucratus eſt, non ex patris judicio*. Ultra quam quod abſurdum videri debet amplius de hoc diſputare, tum ratione dictarum iuris diſpoſitionum *in cit.tit.Cod.de bonis, quæ liberis*, tum etiam quia ex nova Juſtiniani Conſtitutione *in l.cum oportet 6.C.cit.titulo*, expreſsè, & generaliter ſtatutum eſt, quod bona undecumq; per filium quæſita, ſive etiam ex ſuis laboribus, ſive etiam quocumque alio titulo (dummodo non ex patris ſubſtantia) uti peculium adventitium debeanr reputari, ac in eis patrem aliud repreſentare non poſſe, niſi ſolum uſumfructum.

Communicabitur tamen cum fratribus dotis lucrum, ſi cum fratre dotem lucrifaciente ſocii fuerint omnium bonorum, quod & in cæteris ſociis omni-
117 um bonorum æque dicendum eſt, ut habetur in *l.5.§.1. ff. pro Socio*, ibi: *Cum ſpecialiter omnium bonorum ſocietas coita eſt, tunc & hæreditas, & legatum, & quod donatum eſt, aut quacumque ratione acquiſitum communioni acquiritur*. Cui conſonat *text.in l.ſi fratres §.ſocium ff.eodem*, ibi: *Socium univerſa in ſocietatem conferre debere, Neratius ait, Si omnium bonorum ſocius ſit*: Et expreſsè in terminis lucri dotalis *in l.67.ff.eod.*; *Quid ſi eo tempore*

quo

quo diſſolvitur ſocietas,in ea cauſa dos ſit, ut c ertum ſit,ea m,vel partem ejus reddi non oportere,dividere eam inter Socios Judex debet;Quem textum in terminis huius caſus adducit,& ponderat *Roland.de lucro dotis,q.111*, ubi pro hac ſententia multos allegat:Quando autem ſocietas omnium bonorum inter fratres,ſive inter alios inita cenſenda ſit, conſule *Arnold. Vinnium in §.2.Inſtit.de Societate,Petrum Ubaldum in tract.de duobus fratribus p.3.n.31. & Conſil.Joſephum de Roſa conſult.8.*

Dixi,communicari dotis lucrum inter fratres, ſive inter alios , ſi ii omnium
bonorum ſocii ſint;nam alias,ſi ſimpliciter inter fratres,ſive inter alios i-
128 nita ſit ſocietas,aliter certè dicendum eſſet;ſi enim inter eos non qui-
dem omnium bonorum,ſed ſimplex ſocietas interceſſerit,ſubiicientur com-
munioni ea tantum lucra,quæ ex quæſtu,ſive negotiatione proveniunt,non
autem quæ ex legato,hæreditate,vel donatione,ut habetur *in l. Coiri cum
ſeq.ff.eod*,& tradit *Gomeſ.tom.2.cap.5,n.4.*

Unde eo minus locus erit communicationi lucri dotis inter fratres , ſi inter eos nulla,ſive omnium bonorum,ſive particularis co..ta ſit ſocietas,ſed tantum inter ſe indiviſas poſſederint parentum hæreditates,ut tradit *Papinianus in l.ſi fratres ff.eod.*,ibi: *Si fratres parentum indiviſas hæreditates ideo retinuerint,ut emolumentum,& damnum in his commune ſentirent , quod aliunde quæſierint in commune non redigetur*;cui concordat *text.in l.4.C. comm. utriuſq;Jud. Antonius Faber in C.eod.tit.defin.3,& cit.Vinnius d.§.2. n.2.*

Remanet indagandum,an vir,in cuius beneficium fuit factus caſus lucri dotis
poſſit illud repudiare in præiudicium Creditorum?Et quidem *Phanucc. de*
130 *lucro dotis gl.8,n.16.& ſeq.*tenet,poſſe repudiari,quem ſequitur *de Franch*
*dec.101.n.5.*ex vulgata ratione , quæ in repudiatione ſimilium lucrorum
aſſignari ſolet,quia vir lucrum repudiando ſuum non diminuit patrimoni-
um *l.non fraudantur ff.de reg.jur.*, ibi : *Non fraudantur Creditores , cum non
acquiritur a debitore,ſed cum quid de bonis diminuitur* ; & faciunt deducta
per *Gomeſ.tom.2.cap.3.n.24.verſ.ex his.*Sed hoc impugnatur ab *Ho..ern. q.
35.ad l.Hac Edictali n.24*,quem ſequitur *de Luca in obſerv ad deciſ.* 101. *de
Franch.n.27*,ea ſcilicet ratione , quia lucrum dotis delatum viro vigore
Statuti contractum matrimonii præcedentis,non ex Statuto, ſed ex contra-
ctu debetur,& proinde tanquam plenè viro quæſitum in præjudicium eius
creditorum non poterit repudiari.

Non poſſe tamen,conſtante matrimonio,per virum in beneficium uxoris re-
mitti,utpote ad finem eam ſibi conciliandi,deducitur ex *text.in l.vir mulieri*
131 *ff.de donat.inter virum,&c.*,cui conſonat *text.in l.ſi liberis ff de pactis do-
talibus*,ubi eſt caſus ſecundum gloſſam,quod ſi mulier dedit centum in do-
tem viro,hoc pacto,ut idem vir dictam dotem lucraretur , & hæc mulier
diſceſſit de domo viri,& fingens ſe iratam,cum eo redire noluerit , niſi hoc
pactum remitteretur,concluditur ibi,quod ſi pactum remiſſum fuerit , non
valet remiſſio,quem textum pro hac opinione adducit *Roland.q.48.*

Admiſſa autem ea opinione,quod lucri,ſive juris delati , & adhuc non agniti poſſit fieri repudiatio in præjudicium creditorum,tenendum eſt,hoc in fo-

132 ro fori tantum admitti poſſe;cæterum nemo poteſt tuta conſcientia hæreditates ſibi delatas,aut legata repudiare in odium ſuorum Creditorum, ut tradit *Layman in ſua Theolog.mor.de Juſtitia lib.3.tract.5.cap.6. n. 6*, ubi ait,ſimiles debitores occaſiones ſibi oblatas pro creditoribus ſatisfaciendis repudiantes peccare contra juſtitiam,prout etiam voluit *Molina tom.2.diſp.135,Rocch.diſp.83.tom.1.& P.Affl.contr.*18.*n.*5,ea ſcilicet ratione, quia debitor non ſolum tenetur ſolvere creditoribus de iis,quæ habet, ſed tenetur aſſumere media conſueta,& facilia,quibus ſolvere poſſit; ſicuti a pari qui tenetur miſſam audire,tenetur etiam pro dicto effectu Eccleſiam ſe conferre,et ſi careret veſtibus,peccaret,ſi oblatas ſibi ab amico recuſaret, & qui caret breviario peccat contra obligationem recitandi officium,ſi ab aliis ſibi commodatum renueret,& qui callet artem,ſive lucroſum officium tenetur in conſcientia illud exercere,quando poteſt ſine indecentia de emolumentis dictæ artis,ſive officii ſuis creditoribus ſatisfacere, ut recte diſcurrit *de Luca ad d.decif.de Franch.à n 8.ad* 12.

Privatur vir lucro dotis,ſi intra annum luctus aliam uxorem duxerit *argumento legis primæ cum ſeq.C.de ſecundis nuptiis*;nam pœnæ ſecundo nuben-
133 tium,quæ locum habent in muliere,procedunt etiam in viro; & caſu, quo,vigore alicuius Statuti,dotem lucrifaceret vir,etiam liberis ſuperſtitibus,ſi idem vir ad ſecundas nuptias convolaverit, tenetur reſervare filiis primi matrimonii dotis lucrum occaſione primæ uxoris ſuſceptum, nec de eo poterit diſponere,ut ſentit *Roland.q.*86,& *Rhanucc.gl.*8.*n.*13.*cum ſeq.*ubi ait,nil decentius eſſe,quam ut talia lucra ad eam prolem veniant,unde provenerunt,& nil indignius,quam ſi tranſeant ad extraneos. Idem ſentit *Molfeſius p.*3.*q.*22.*n.*11.In facti contingentia vide *Sanchez de matrim. diſp.* 89. *n.*32,ubi *n.*30.refert contrarium ſentientes.

Privatur etiam vir lucro dotis ſi uxorem ſuam veneno, vel alio modo intereemerit,ut ait *Juriſc.in l.ſi ab hoſtibus,§.ſi vir uxorem ff ſolut matrim.*,ibi:*ſi vir*
134 *uxorem ſuam occiderit,dotis actionem hæredibus uxoris dandam eſſe*; *Proculus ait,& recte;Non enim æquum eſt virum ob facinus ſuum dotem ſperare lucrifacere.*Item privabitur dotis lucro,ſi ab altero occiſam, ejus necem non vindicaverit,ut in *l.ei,qui*,ubi DD.*ff.de iis, quibus ut indignis*. Vel ſi culpa,& ſævitia viri fuerit ſeparatum matrimonium, & uxor extra viri conſortium vivere coacta fuerit,ut in terminis *Socinus jun. conſ* 27. *vol.* 1. Inſuper privabitur vir dotis lucro,ſi uxori ſuæ alimenta denegaverit, quia denegando alimenta,eam necare videtur,ut *in l.necare ff.de liberis agnoſc.*; ad quem caſum referri poſſet,ſi vir ab uxore diſceſſerit eam non providendo de alimentis,quo caſu *Paulus de Caſtr.*dixit ſe conſuluiſſe contra virum, ut in eius *conſ.*17,& tenuit *Rhanucc.d.gl.*14.*n.*8.Nec erit locus dotis lucro, ſi vir uxorem ſuam vulneraverit,niſi tamen poſtea vir cum ea fuerit reconciliatus,quia tunc ultimus tractatus attenditur, ut pluribus deducit idem *Rhanuc.d.gl.*14.*n.*6:vel ſi uxori infirmæ medicum non adhibuerit, nam maritus tenetur ſubvenire uxori non ſolum de alimentis,ſed etiam de medicinis,& cæteris neceſſariis,ut dicebat *Baldus,in l.quod in uxorem Cod.de negot. geſtis*

geſſit:Quid autem ſi medicum imperitum adhibuerit?Conſule *cit. Phanuc. ibid.n.9*,ubi tradit praxim circa probationes faciendas per hæredes uxoris, ut virum excludant a lucro dotis,quem vide in facti contingentia.

An autem Statutum de lucro dotis exiſtimari debeat favorabile,ex quo homines allicit ad matrimonium,quo nihil in jure eſt favorabilius:vel potius ſit
135 odioſum,uti correctorium juris communis,dubitat *Phanuc. de lucro dotis gl.1.per totam*:Sed *Roland.q.2*.concludit reputari ſolere odioſum,& proinde ait eſſe ſtrictè,& propriè juxta verborum ſenſum interpretandum, nec admittere largiorem interpretationem,etiam ex identitate rationis, & citat *Soc.jun.conſ.27.col.penult.vol.1*;& quidem nemo inficiare poterit illud eſſe odioſum,& exorbitans,ex quo mulieris hæredibus aufert dotem, eiq; adimit facultatem teſtandi contra regulas juris civilis,ut conſiderant DD.*in l. ſi vero §.de viro ff.ſolut.matrim.*,inter quos *Card.de Luc.diſc.35.de judic.num.66*,niſi tamen ageretur de Statutis conditis,& obſervatis ante introductionem juris civilis,nam tunc in eis ceſſarent termini correctionis,& exorbitantiæ,ut fuſius diximus *in diſſert.proem.n.31*,ex eod.*de Luc. diſc.1. de ſervit.n.8,& ſeq.,& diſc.1.de ſucceſſionib.ab inteſt.*

Quod autem Statuta ſimilia in jure ſubſiſtant, & ab eis recedendum non ſit tam in conſulendo,quam in judicando,patet ex eo, quia cum jus in materia dotium,ſive ſucceſſionum ſit merum jus poſitivum,indubiè poteſt per aliud jus poſterius corrigi, & emendari;Hinc dicunt DD., quod cum legitima matri debita in bonis filii ſit de jure poſitivo,poteſt ea per Statutum tolli; &
136 ſollemnitates in teſtando introductæ,imo ipſa teſtandi facultas,quæ ſunt de jure poſitivo,poſſunt per Statutum minui,augeri,vel abrogari; & idcirco ſtatui poteſt,quod teſtamentum fieri poſſit coram tribus, vel quatuor teſtibus,ut apud *Roland.de dotis lucro q.1*.Cui conducit alia ratio,quia ſi per pactum fieri poteſt,ut dos,præmoriente muliere,remaneat penes virum,ut *in l. dotale 15,& in l.penult. ff.de fundo dotali*;eo magis hoc fieri poteſt per Statutum,ut rectè arguit *cit.Roland.d.q.1.n.7,8, & 9*, & faciunt deducta per *Card.de Luc.diſc.134.de dote,& de Judiciis diſc 35.n.44.*, & quæ fuſius diximus *in dicta diſſertatione proemiali n. 32, & 33*. Et hactenus de dotis lucro juxta antiquam conſuetudinem huius Civitatis.

AD CAPUT LXXIV.

De Tertiaria Vini.

OBSERVATIO

1 *Quo tempore, & pro qua neceſſitate fuerit introducta gabella Tertiariæ vini in Civitate Calatiæ.*
2 *Quid contineatur ſub dicta gabella.*
3 *Vinum Campanum in magna æſtimatione apud veteres.*

ANno 1459 pro reparatione murorum huius Civitatis principaliter, & ſucceſſive pro aliis neceſſitatibus ejuſdem,mediante aſſenſu Regis Ferdinandi I., impoſita fuit in hac Civitate gabella tertiariæ vini exigenda ab ejus Civibus,ad ſimilitudinem gabellæ Tertiariæ vini, quæ exigitur
1 Capuæ;& pro effectu prædicto ad pœnam unius auguſtalis injunctum fuit

vigore hujus Capituli,Civibus eiuſdem,ne eorum vinum venderent ad men-
ſuram minutam,niſi de licentia Conductoris dictæ gabellæ;Unde educi po-
teſt,gabellam prædictam,vigore præſentis Capituli, exactam fuiſſe etiam
de vino,quod percipiebatur de vineis,& arbuſtis huius Civitatis: Noſtris
autem temporibus gabella prædicta,juxta tenorem præſentis Capituli,non
eſt in uſu,nam exigitur tantum de vino extero,quod ad minutum,ut vulgo
dicitur,venditur in hac Civitate,ſive exteri ſint,ſive Cives dicti vini vendi-
tores:Nihil tamen exigitur ab iis, qui dictum externum vinum vendunt
menſura cadi,ſive alia minori menſura,quæ non excedat menſuram ſtatu-
tam in præſenti Capitulo.

Annis retro elapſis, vigore cuiuſdam toleratæ Conſuetudinis, jus erat con-
ductori gabellæ prædictæ exigere denarium unum pro qualibet amphora
vini,ultra id,quo valebat vinum,attenta aſſiſia Civitatis Capuæ; Sed tene-
batur dictus conductor in eius taberna vendere vinum Campanum,vel loco-
rum adjacentium,puta Averſæ,Recalis,&c.,& ſtante dicto augumento,quo-
libet anno gabella prædicta quantiplurimi vendebatur; Sed quia aliquibus
ab hinc annis placuit Civibus in publico parlamento tollere augumentum
prædictum ſuper pretio dicti vini,idcirco noſtris hiſce temporibus gabella
prædicta parum eſt in fructu in beneficium hujus Univerſitatis,& tempore
quo pro eius locatione accenditur candela,tenues recipiuntur oblationes;
juſq;eſt conductori vendere vinum cuiuſcumq; Regionis, ſive Campanum,
ſive Averſanum,ſive alterius cuiuſvis Regionis, juxta aſſiſiam Civitatis
Capuæ:Juſque etiam eſt exigendi ab aliis venditoribus dicti vini externi
ad menſuram minutam,aſſes ſeptem cum dimidio pro quolibet cado; ſed
non habet jus prohibendi alios a venditione dicti vini exteri,niſi etiam ip-
ſum jus prohibendi fuerit comprehenſum in venditione dictæ gabellæ.

Cur autem vini Campani major æſtimatio in hac Civitate?puto,quia Campa-
ni vini ſemper magna habita fuit ratio,apud antiquos, ut patet ex *Cajo,&*
3 *Ulpiano in l.74,& ſeq.§.2.de verbor.oblig.*,& ex *Juſtiniano in §.33.Inst.de*
actionib.,nec non ex *Horatio l.1.ode 20.,Martiale lib.9.Epigram.12,74*,& a-
libi;unde *Plinius l.3 cap.5:Hinc Fælix illa Campania eſt; ab hoc ſinu incipi-*
unt viniferi colles,& temulentia nobilis ſucco per omnes terras inclyto,atque
(ut veteres dixere) ſummum Liberi patris cum Cerere certamen: Et Lucius
Flor.*lib.1.cap.16:Omnium non modo Italia,ſed toto orbe terrarum pulcherrima*
Campaniæ plaga eſt,nihil mollius Cœlo,bis floribus vernat,nihil uberius ſolo,
ideo Liberi,& Cereris certamen dicitur. Sub cujus nomine veniebat etiam
Maſſicum vinum, de quo *Horatius lib.1.carmin.,& Virgil.lib.7.Felicia Bac-*
cho Maſſica:Nec non & vinum Falernum,de quo *Tibull.lib.1,Eleg.10*, ibi:
Non tibi ſi Bacchi cura,Falernus ager,& alibi:*Fumoſos veteres proferre Fa-*
lernos.Maſſicus enim mons eſt Campaniæ intra Falerni agri fines a reliquiis
exciſſæ Sinveſſæ ad Calliculam uſq;ſe protendens;Falernus autem ager il-
lud occupat ſpatium,quod inter Savonem Fluvium mediat, & Vulturnum,
ac inter Campanum Pontem,& Stellatem agrum,ut ex *Anton. Sanfelice in*
ejus Campania.Non diſſimulo tamen a Theophilo Campanum vinum inter
peſ-

peſſima vina numerari, ſed hunc reprobat *Vinnius in comment. ad dictum §. 33. de Actionibus, verbo, & ſpecialiter Campanum, &c.*

AD CAPUT LXXV

De exemptione Clericorum a ſolutione Gabellarum.

OBSERVATIO

1 *Clerici ſunt exempti ab omnibus impoſitionibus, & gabellis*

2 *Etiamſi ſpontè ad gabellarum, aliarumque impoſitionum ſolutionem ſe obligaſſent, nec ad eas tenentur.*

3 *Non erunt exempti ſi emant ultra uſum ſuarum perſonarum, & unius famuli, vel conſaguinei.*

4 *Quid ſi domi habeant filios legitimos, & naturales?*

5 *Non erunt tamen immunes ab ea impoſitione, quæ fieri contingeret pro publica aliqua neceſſitate tangente intereſſe etiam Eccleſiaſticorum, ubi deciſio* Regiæ Cameræ

6 *Sed in caſu prædicto non poſſent cogi, niſi ab eorum Epiſcopo, vel alio legitimo ſuperiore*

Quia in antecedenti Cap. dictum fuit, omnes Cives huius Civitatis abſque ulla differentia qualitatis, & conditionis teneri ad ſolutionem retroſcriptæ Gabellæ tertiariæ vini, ſubditur in hoc Cap., ſub dicto generali Civi-
1 um nomine Clericos non comprehendi, ac proinde immunes eſſe a ſolutione dictæ gabellæ. Quod quidem ad tollendas altercationes, optima ratione declaratum fuit, nam Clerici laicorum Statutis non ligantur, & exempti ſunt a ſolutione quarumcumque gabellarum, itaut eas a Clericis exigentes in excommunicationis ſententiam incurrant, ut *in cap. non minus, & cap. adverſus de immunit. Eccleſiarum*. Quod adeo verum eſt, ut nec
2 ſpontè poſſint Clerici gabellas ſolvere, niſi Summi Pontificis acceſſerit authoritas, *ut in cap. exigit de Clericis in 6., & poſt Innoc. Abb.*, *& alios* deducit *de Marinis in obſerv. ad deciſ. 53. R. Reverter.*, ubi ita per Collaterale Conſilium, facta relatione per Reg. Cam. determinatum teſtatur, in cauſſa cuiuſd. Clerici Civitatis Bitonti, qui cum ſponte ſe Univerſitati obligaſſet quaſdam impoſitiones ſolvere, ad hoc ut Civitas illa è manibus Ducis Sueſſæ, qui eam emerat, ſe redimeret, cum demum ſolvere recuſaſſet; & è contra Univerſitas allegaret, Clericum ſpontè ſe ad prædicta obligaſſe, facta de his relatione in Collaterali Conſ., fuit deciſum, quod Univerſitas ab exactione præd. ſe abſtineret, & conſonant dicta *per Vincentium de Anna Allegat. 13. per totum*, & deciſa per Reg. Cam. ſub die 10 Maii 1536 penes de *Marinis arreſt. 34.* in cauſſa Capituli, & Cleri Civitatis Ariani cum Univerſitate Civitatis prædictæ.

Quod tamen cum moderamine, & declaratione intelligendum eſt; licet enim Clerici ſint immunes a ſolutione gabellarum, tamen eis licitum non eſt e-
3 mere de comeſtibilibus ultra uſum ſuarum perſonarum, & unius famuli juxta taxam factam per Reg. Cam. Arreſt. 6535 & ſi loco famuli Clericus penes ſe habuerit conſanguineum, qui ſibi pro neceſſitatibus deſerviat, eadem immunitas conceſſa videri debet pro dicto conſanguineo, ut alio decreto deci-

ſum

ſum teſtatur *dictus de Marinis arreſt.*155. Si autem ultra unum famulum, alios domi habuerit, pro eis nulla gaudet immunitate, ut in *arreſt.*204. Quod intelligendum eſt, ſi alii famuli eſſent Cives, ſcilicet de eadem patria Clerici, nam è contra ſi eſſent exteri, etiam gauderent, juxta diſtinctionem habitam *d.arreſt.*204. Quid autem ſi Præsbiteri domi habeant filios legitimos, &
4 naturales, an pro eorum uſu gaudere poſſint immunitate? fuit deciſum, ut gaudere debeant, ut in *arreſt.*611: Secus vero ſi filii eſſent naturales tantum ut in *arreſt.*303.

Sed ſi neceſſitas, propter quam impoſita fuit gabella, reſpiceret non tantum laicorum, ſed etiam Clericorum utilitatem, tunc Eccleſiaſticæ perſonæ ad
5 gabellæ ſolutionem etiam tenerentur, nec locus eſſet allegatæ exemptioni, ut pluribus exemplis demonſtrant DD. inter quos *Bartolus in l. Nullus C.de curſu publ.l.*10., ubi loquitur de gabella impoſita pro redimenda vexatione vel incurſione hoſtium, qui patriam deprædari volebant; & conſentit *Abb. in d.cap.Non minus n.*19., ubi loquitur de prava ſocietate ſatagente evertere, & conſumere Civitates, & Territoria, in quibus Eccleſiæ ſuas habent poſſeſſiones; Quibus adde Ancharan. *in eod. cap.non minus §. quo circa n.*8., ubi hæc habet: *Eſt advertendum, quod ex prædictis, quæ proximè tetigi, poſſet dari generalis doctrina, quod ubicumque tractatur de communi utilitate Clericorum, & laicorum ſimul, & permixtim, Clerici tenentur contribuere ſimul cum Laicis; unde audivi fuiſſe conſultum, quod ad aggeres, qui fiunt iuxta mare, vel flumina propter timorem inundationis poſſeſſionum, tenentur pro poſſeſſionibus ſuis contribuere Clerici, ſicut laici, propter commune periculum; idem forte ad evitandas rapinas, incendia, captivitates, & alia multa mala ex adventu alicuius ſocietatis hoſtiliter contra Civitatem ſe pecunia redimentem, aliter reſiſtere non valentem; hic enim ut laicorum, ita Clericorum verſatur utilitas propter damna in eorum poſſeſſionibus, ſicut laicorum infligenda; ubi ergo commodum, ibi onus.* Hactenus *Ancharanus*: In caſus contingentia vide *cit de Marinis d. deciſ.*53.*R.Revert.n.*6., ubi hanc concluſionem firmatam ait præcipuè à Theologis, & Canoniſtis, inter quos *Card.Zabarella in Clement.*1.*de vita, & Honeſt.Clericorum, n.*17, *Molina de Juſtit. & jure tract.*2.*diſput.*672. *& Layman Theol.moral.tom.*2.*tract.*9.*cap.*6.*n.*7. *& alii innumeri, quos citat & ſequitur in obſerv.ad dictam deciſ n.*6. Quibus adde ex noſtris *Marthamde Juriſd.p.*4. *centur.*1.*caſu* 1.*n.*1., *& ſeq., & caſu* 9.*n.*8., 19., *&* 23., *& Vinc.de Franch.deciſ.* 9.*n* 3., *&* 4.; iuxta quæ decidit R. Cam. ſub die 24 Octobris 1554 in cauſſa Capituli, & Cleri Civitatis Melphitti cum Univerſitate dictæ Civitatis, ubi decidit perſonas Eccleſiaſticas dictæ Civitatis teneri cum hominibus dictæ Civitatis contribuere in reparatione murorum Civitatis prædictæ, ut in Arreſt.158 penes *de Marinis*.

Non eſt tamen omittendũ, quod in præfatis caſibus, quibus a Clericis licet pro
6 publica neceſſitate, vel utilitate aliquid exigere, exactio prædicta non poteſt fieri per miniſtros laicos, ſed ab eorum Epiſcopo, vel alio ſuperiore Eccleſiaſtico ad hoc compelli debent; nec circa hoc poteſtas ſecularis in aliquo ſe poteſt intromittere, ut poſt *Innocentium in dicto cap.non minus*, & alios

lios tenuit Epiſcopus *Riccius tom.3.Prax.Eccleſiaſt. cap.134*, quem vide.

AD CAPUT LXXVI

De Vineis.

OBSERVATIO

1 *Diſpoſitio hujus Cap. eſt longè poſterior diſpoſitionibus aliorum capitulorum citra materiam damni dati*

2 *Imponuntur pœnæ contra damnificantes in vineis juxta diverſitatem animalium, & temporis*

3 *Pœna contra homines damnificantes in vineis*

4 *Vigore huius cap. pro damnis datis in vineis licet recurrere ad Bajulum, ſive ad Curiam loci*

5 *Caſus, in quibus pro damnis licet recurrere ad Curiam loci.*

NEmini mirum videri debet, ſi poſt tot capitula de damnis datis, longum poſt intervallum extra ordinem, hic inſeratur titulus *de Vineis*, ſive de
1 damnis datis in Vineis, qui, ut ordo expoſtulabat, inter alia capitula de damnis inſeri debebat; nam hoc ideo factum fuiſſe arbitror, quia præſens capitulum latum fuit ſuccedentibus annis, longè poſt capitula prædicta, & proprie in anno 1470, in quo pro evitandis damnis in Vineis conſtructis in territorio hujus Civitatis, ſtatutum fuit, quod ſi exiſtentibus clauſis territoriis, in quibus ſunt vineæ, competenti clauſura, animalia aliena, ſive Civium, ſive exterorum ingreſſa fuerint dicta territoria, ſine cuſtode, eorum Domini, ſive cuſtodes teneantur ad infraſcriptas pœnas, ſcilicet pro quolibet Bove domito, ſive indomito, & aliis animalibus hujus ſpeciei teneantur ad pœnam unius auguſtalis applicandam Curiæ Bajulari, ſive Cu-
2 riæ Capitanei, ad arbitrium Domini vineæ, ſcilicet, ubi primò expoſita fuerit querela per damnificatum; & quod circa hoc ſtari debeat juramento damnum paſſi, dummodo fuerit bonæ opinionis, & famæ: Eademque pœna ſtatuta fuit reſpectu aliorum animalium, qui gregatim paſcuntur, ſcilicet reſpectu ovium, caprarum, porcorum, nec non reſpectu equorum, aſinorum, aliorumque ſimilium: Cum declaratione, quod pœnæ prædictæ unius auguſtalis pro quolibet ex dictis animalibus locus eſſe debeat, non in omni parte anni, ſed a primo die menſis Aprilis uſque, & per totum menſem Octobris, nempè quia præfatis temporibus majus damnum vineis poteſt irrogari, quia a principio menſis Aprilis incipiunt florere vineæ, & ſucceſſivè ſunt in fructu; tranſacto vero menſe Octobris, & pro reliqua anni parte uſque, & per totum menſem Martii, quia in vineis non ſuperſunt fructus, ex quo damnum minoris conſiderationis eſſe debet, ſtatutum fuit, ut pœna debeat eſſe minor, & quod excedere non poſſit mediotatem Auguſtalis: Et ex quo canes etiam in vineis, tempore, quo uvæ maturæ ſunt, non exiguum damnum irrogare poſſunt, ſtatutum fuit, ut pro quolibet cane damnificante in vineis, à die octava menſis Auguſti uſque, & per totum menſem Septembris ſolvi debeat pro pœna ab ejus domino tarenus unus: Et per eo, quod attinet ad damni emendationem, in omnibus præfatis caſibus fuit proviſum, ut ſtetur appretio duorum Expertorum, ut ex litera dicti Capituli.

In-

Inſuper fuit ſtatutum, ut ſi quis ſive maſculus, ſive fœmina, major tamen annis decem, damnum intulerit in vineis, furando uvas, ſive alios fructus in
3 eis ſiſtentes, teneatur ad pœnam tarenorum quatuor applicandam ſive Bajulo, ſive Curiæ Capitaneo, ſcilicet ubi prius fuerit reclamatum. Si vero damnificans fuerit minor annis decem teneatur tantum ad pœnam tarenorum duorum,

Et ad præcavenda damna, quæ generaliter irrogari poſſunt in fructibus cujuſcumque generis, ſtatutum fuit, ut nullus paſtor, ſive animalium cuſtos a menſe Maii uſque, & per totum menſem Octobris aſportare poſſit haſtam longam, vulgo perticam, ſub pœna unius Auguſtalis applicanda uti ſupra, ſed tantum, quod eis licitum ſit aſportare clavam, ſive baculum longitudinis palmorum ſex, & non ultra.

In cujus capituli diſpoſitione hoc videtur eſſe ſpeciale, ut damnificatis ad eorum libitum liceat recurrere ad Curiam Bajularem, ſive ad Curiam Capi-
4 tanei; Quod ſtatutum fuit ad finem evitandi damna, & ut faciliùs pœnæ exigerentur: Cæterum in aliis cauſis damnorum illatorum, regula eſt, ut ad Curiam Bajuli ſit recurrendum, & quod is privativè quoad Curiam loci jurisdictionem habeat in cauſſis prædictis, ut fundavimus *cap. 46.*: Niſi tamen Bajulus negligens eſſet in procedendo, quæ negligentia ex eo convinceretur, ſi infra octo dies a die decretationis, damni emendationem non procuraverit, quo caſu licitum eſt ad Curiam loci recurrere, ut diximus
5 *in obſerv. ad cap. 24.*; Vel niſi damnum illatum eſſet dolo malo, & cum aſſiſtentia cuſtodis, quo caſu datur electio damnificato ad quem velit recurſum habere, ſive ad Capitaneum, ſive ad Bajulum, ut diximus *cap. 25.*, & firmavimus auctoritate *Capibl. ſuper pragm. 8. de Beron. part. 1. num. 367.*

AD CAPUT LXXVII.

De Colligentibus Spicas, & de Societate Animalium.

OBSERVATIO

1 *Nimis inhumanum eſt expellere homines, vel mulieres a collectione ſpicarum, quæ cadunt poſt terga meſſorum*
2 *Idipſum cautum erat in diverſis locis in lege Moyſis*
3 *Et comprobatur de jure Civili, ac diverſis deciſionib. noſtrorum Tribunalium*
4 *Explicatur textus* in l. Sylva §. Stipula de Verborum ſignificatione
5 *Non ſervatur præſens capitulum, quoad prohibitam immiſſionem animalium in Stipulis uſque ad diem 22. Julii.*
6 *Servatur tamen quoad prohibitam immiſſionem ignis in Stipulis uſque ad præfatam diem*
7 *Alia ſequentia duo Cap. Municipalia non indigent declaratione*
8 *Diſcutitur, & defenditur ol.us uſus hujus Civitat. circa ſocietatem animaliũ*
9 *Diluuntur objecta contra dictum uſum.*
10 *Illud vere eſt lucrum, quod ſupereſt, deducto omni damno, ſicut e contra*
11 *Socii inter ſe dolum, & culpam præſtare tenentur*
12 *De furto animalium quando, & in quibus caſibus Socius teneatur*
13 *Sustinetur in jure uſus Civitatis reſpectu pretii deſtinandi per unum ex Sociis, data alteri electione*

In-

IN paupertatis favorem, & ut mulierculæ, aliique magna ægeſtate preſſi
colligendo in agris alienis ſpicas derelictas poſt terga meſſorum, tanquam
micas è divitum menſis, victum ſibi ſaltem pro tempore quærere poſſint,
prodiit diſpoſitio hujus capituli, in quo ad inſtar delicti, eorum coercetur
1 inhumanitas, qui eos è propriis agris expellere non verentur; nimis enim
abſonum, & humanæ ſocietati contradicens cuilibet videri debet, nec in
hoc eorum neceſſitatibus ſubvenire, & belluarum vitam hominum indivi-
duis anteponere: Inde eſt, quod *Levitici* 19. n. 9. præcepit Dominus. *Cum meſ-
ſueris ſegetem terræ tuæ non tondebis uſque ad ſolum ſuperficiem terræ, nec re-
manentes ſpicas colliges, nec in vinea tua racemos, & grana decidentia con-
gregabis, ſed pauperibus, & Peregrinis carpenda dimittes*: Et cap. 23. n. 22.:
*Poſtquam autem meſſueritis ſegetem terræ veſtræ non ſecabitis eam uſque ad
ſolum, nec remanentes ſpicas colligetis, ſed pauperibus, & peregrinis dimitte-
2 tis eas, ego Dominus Deus veſter.* Et conſonat locus *Ruth. cap. 2. n. 3.*, & 7. 3
& de jure Civili eſt *Textus in l. Sylva, §. ſtipula ff. de verb. ſignif.*, ubi Inter-
pretes. Quod & moribus noſtris comprobatum eſt, ut ait *Capibl. in pragm.
8 de Baron. ſect. 1. n. 364.*, ubi ait, omnibus ſpicas colligere licere, ſalvis gre-
gniis, & germinibus, ut ipſe loquitur, & ſic tradit deciſum per S. Conſ. pro
Univerſitate Zuſini cum ejus Barone, quam deciſionem convallat, & ſe-
3 quitur *de Angelis de delict. cap. 34. n. 29.*, & alias deciſiones recenſet, *No-
varius de Gravam. tom. 2. cap. 41.*, & ita etiam memini per idem S. Conſ. fuiſ-
ſe deciſum in anno 1712, patrocinante D. Joſepho Sparani Advocato in
Neapolitanis ſubſellis tunc temporis nemini ſecundo.

Pro quo effectu in eodem Capitulo injungitur, non licere poſt ſecatas ſegetes
uſque ad diem S. Mariæ Magdalenæ apponere animalia in agris, nec ſtipu-
las comburere, unde educitur tempore promulgationis preſentis capituli, in
uſu fuiſſe ſpicas a meſſoribus derelictas colligere, non tamẽ tẽpore, & die-
bus, quibus ſegetes demetuntur, ſed poſt eas ſecatas, imo in aream aſporta-
tas, ad finem evitandi pauperum depredationes in gregniis, ſive manipulis
meſſorum; ſi enim immediatè poſt meſſorum terga licitum fuiſſet ſpicas
colligere, cur tandiù differri debuiſſet in ſtipulis introductio animalium?
Quod & temporibus *Paulli Juriſc.* etiam in uſu fuiſſe, colligitur ex verbis
4 citati *Textus in l. Sylva §. ſtipula*, ibi: *Stipula illecta, ideſt ſpicæ in meſſe de-
jectæ, nondum lectæ, quas ruſtici, cum vacaverint, colligunt.* Qui modus u-
tinam temporibus noſtris in his regionibus ſervaretur; nam non verifica-
rentur tot deprædationes, & furta in gregniis, & in ſtipula nondum ſeca-
ta, cum tanto Colonorum, & Dominorum meſſis detrimento, ex quibus
continua ſcandala, jurgia, & quandoque cædes proceſſerunt.

Ex quo autem in noſtris pertinentiis inolevit uſus colligendi ſpicas tempore
quo ſegetes deſecantur a meſſoribus, non ſervatur præſens capitulum quoad
5 prohibitam immiſſionẽ animaliũ in agris uſque ad diem vigeſimam ſecundã
menſis Julii, ſed communiter ſervatur, ut poſt deſecatas ſegetes, eaſque in
areas deductas, licitum ſit cuilibet animalia immittere. Quod & de conſue-
tudine totius Regni procedere ait *Maſſilius ſuper Conſuetud. Neapol. tom. 3.*

part.18.qu.11.n.1.,& 6.,imo ex quadam facultate introducta jure cujuſdam Conſuetudinisuniverſalis permiſſum eſſe tam Civibus,quam exteris in ſtipulis, vulgo reſtuciis, poſt traductas ſegetes animalia introducere,teſtatur *de Luca ad deciſ.301. Præſ. de Franch. n.6.*, & nos fuſius deduximus *in obſerv.ad cap.27.*, ubi etiam egimus de bannis, quæ quotannis fieri ſolent ad inſtantiam huius Civitatis, ne cuilibet licitum ſit tempore,quo ſegetes demetuntur, vel eædem adhuc ad areas non ſunt traductæ, animalia cujuſcumque ſpeciei immittere.

Servatur tamen diſpoſitio hujus capituli quoad prohibitam combuſtionem ſtipularum uſque ad præfatam diem 22 menſis Julii; unde nemini jus eſt ante
6 dictam diem in eis ignem immittere, niſi de licentia Domini Gubernatoris: Quæ prohibitio eo videtur fulciri fundamento, quia ante dictam diem, vel ſegetes adhuc reperiuntur in territoriis convicinis, vel in areis,in quibus ex combuſtione vicinarum ſtipularum non modicum damnum cauſſari poteſt; & proinde exiſtimarem,licentiam ipſam non ſemper pro libito impartiendam eſſe, ſed in illis tantum territoriis, & locis, in quibus nullum eſt periculum officiendi vicinis.

Subſequuntur poſtea duo alia capitula, in quibus aliud non habetur niſi quæ-
7 dam taxa circa ſolutionem juris Plateæ, ſive datii, circa quæ nihil duximus obſervandum,cum omnia plana ſint, nec ulla indigeant declaratione.

Unde pro hujus operis coronide reſtat tantum,ut aliqua videamus de alio uſu hujus Civitatis,qui verſatur circa ſocietatem animalium, qui quidem uſus non eſt in ſcriptis redactus, ſed a tempore antiquiſſimo pariformiter reperitur obſervatus non tantum in hac Civitate, ejuſque territorio, ſed etiam in oppidis finitimis etiam aliorum Dominorum ditioni ſubjectis.

Conſiſtit autem in quodam contrahendi modo, quo Dominus Animalium,ſive Bovum ſive Equarum,ſive aliorum pecorum ea appretiata tradit alicui ru-
8 ſtico, cum pacto diviſionis lucri in fine ſocietatis; & ſimiliter ea lege,quod ſi contingat in fine ſocietatis aliquod adeſſe damnum in ſorte, ſive in pretio animalium collatorum,extra culpam cuſtodis,ſive ſocii, periculum, ſive damnum commune ſit. Qui contrahendi modus etſi ab aliquibus improbari videatur, tamen illum eſſe ſubſtinendum, ac omni juris ratione fulciri ſequentibus exiſtimo.

Et primo huic opinioni apertè favet textus *in l.cum duobus § quidam ff.pro Socio*, ubi ſic habetur: *Quidam ſagariam negotiationem inierunt, alter ex his ad merces comparandas profectus in latrones incidit, pecuniam perdidit, Julianus dicit damnum eſſe commune, ideòque pro ſocio actione,damni partem dimidiam agnoſcere debere,tam pecuniæ,quam cæterarum rerum*:Et paulo infra:*Proinde etſi naufragio,quid perierit, cum non alias merces,quam navi ſolerent advehi, damnum ambo ſentient: nam ſicuti lucrum, ita damnum quoque commune eſſe oportet, quod non culpa ſocii contingat.*

Et apertius in proprio caſu animalium apppretiatorum collatorum in ſocietatem *in §.damna ejuſdem legis*,ibi: *Damna,quæ imprudentibus* (ideſt ingnorantibus, vel nõ prævidentibus) *accidunt,hoc eſt dãna fatalia,ſocii non coguntur*

præ-

præſtare; ideoque ſi pecus æſtimatum datum ſit, & id aut latrocinio, aut incendio perierit, commune damnum eſt, ſi nihil dolo, aut culpa acciderit ejus, qui æſtimatum pecus accepit.

Pro qua ſententia facere videtur etiam alius *Textus* in *l. ſi non fuerint ff. pro Socio*, ubi pactum hujuſmodi valere dicitur inter ſocios, ut qui operam confert, damnum non ſentiat amiſſionis pecuniæ, quam pactionem in eo caſu iniri poſſe, explicat *Juriſc.*, quando ſcilicet tanti pretioſa eſt opera, ut plus valeat, quam pecunia in ſocietatem collata, ergo, inducunt Doctores, ubi pactum tale non intercedit, nec tanti eſt opera, ut prævaleat pecuniæ, damnum pecuniæ, ſive ſortis debet eſſe commune. Nec de jure Canonico videtur pactum prædictum improbari, ſed potius approbari, ut ex reſcripto *Innoc. 3. in cap. per veſtras de donat. inter virum &c.*, quod pro hujus ſententiæ fundamento allegant Navarrus, aliique.

Ratio autem fundamentalis ea eſſe videtur, quia in themate noſtri caſus, ut plurimum, animalia, quæ in ſocietatem conferuntur longè majoris exiſtimationis ſunt, quam opera, quam in eis regendis, cuſtodiendiſq; ruſticus contribuit; nam ſi ſupponamus animalium Dominum duodecim vaccas in ſocietatem contuliſſe, earum valor ſaltem aſcendit ad ducatos centum octuaginta; Opera autem ſive induſtria longè minoris eſt, cum conſiſtere non poſſit, niſi in cibariis, & ſalario unius famuli, qui eas cuſtodiret, ex quo ſimilium animalium alimenta in herba conſiſtunt, quæ in communi omniū uſu ſunt; & ſi quid contingat impendi in paſcuis, ſida, ſive in glandibus, id communi ſociorum impenſæ cedat: Hinc cum opera Ruſtici longè minoris ſit conſiderationis, ac eſt animalium proprietas in ſocietatem collata; & è contra idem ruſticus æqualiter participet de lucro, mirum, & injuſtum videri non debet, ſi in interitu capitalis, vel partis, ſocius ruſticus pro medietate contribuat; eo magis quia ſortis, ſive capitalis periculum nimis rarum eſt, cum animalium peſtes rarò ingruant, & animalia ſeneſcentia, vel quæ non ſunt apta ad generationem, ſive ad laborem, a prudenti ſocio vendi ſoleant, ne pereant in Stabulo.

Quod etiam alia ſuadet ratio quia ſi damnum animalium in ſocietatem collatorum non eſſet commune, Dominus animalium duplici afficeretur damno, nempe amitteret fructus animalium, ſive fructus pecuniæ, qua empta ſunt animalia, & ſimul amitteret ipſam animalium proprietatem: è contra vero alius ſocius non niſi fructus laboris amitteret; quod quidem eſſet injuſtum, & contra naturam ſocietatis, quæ tam in lucro, quam in damno æqualitatem inter ſocios expoſcit, ut in cit. *lege ſi non fuerint, & in l. verum ff. pro ſocio*.

Quibus accedit, quod præfatum pactum periculi reſpectu medietatis animalium vires ſuſcipit a pacto aſſecurationis, quod in præfato contractu, juxta Moraliſtarum ſenſum, ſupponitur interveniſſe: Quod quidem pactum ex omni capite ſuſtineri debet, ex eo quia ruſtici periculum compenſatur cū quantitate fructuum, ſive lucri, quam percipit, quam tamen, habita proportione eius operæ, longè inferioris reſpectu animalium in ſocietatem collatorum, percipere non deberet; cum certū ſit, ſocieiatis lucrum pro portione col-

collatorum in ſocietatem eſſe dividendum, ut ſcilicet pro ea parte ſocius lucrum capiat, quam revera in ſocietatem contribuit, ut *in d. l. ſi non fuerint ff. pro ſocio*.

Et idcirco præfatus contrahendi modus merito ſuſtineri debet; prout eum ſuſtinent, & approbant *Salicetus, Fulgoſius, aliique in l. 1. Cod. pro Socio. Socin. Senior in conſ. 265. lib. 2.*, & ſtante dicto pacto aſſecurationis, communiter illum approbant Moraliſtæ, inter quos *Layman in ſua Theol. mor. lib. 3. tract. 4. cap. 2. n. 4. verſ. ulterius, & verſ. hujuſmodi, Buſſemb. lib. 3. tract. 5. cap. 3. dub. 14. aliique*.

Quibus non obſtante ea, quæ in contrarium adduci ſolent, nam locum habent in
9 eo caſu, quo opera, ſive ſocii induſtria æquivaleret rei in ſocietatē collatæ, ut communiter loquuntur contrariæ ſententiæ DD., vel ut melius dicam, ſi tanti prætioſa eſt opera, ut plus Societati conferat, quam pecunia, ut in caſu *cit. l. ſi non fuerint*, ſi ſcilicet ſocius, qui operam contribuit, ſolus naviget, ſolus peregrinetur, pericula ſubeat ſolus, quibus caſibus, recte Caſſius reſpondit, valere pactionem, ut ad damnum ſortis ſocius non teneatur, cujus ſententiam ſecutus fuit *Sabinus, & Juſtinianus in §. de illa Inſtit. de Societ.*

Nec ſimiliter obſtat Bulla Xiſti V., quæ incipit *Deteſtabilis Avaritia*, in qua ſtatuitur, ſortem, finita ſocietate, eſſe reddendam, & periculum ejuſdem ſortis apud ejus dominum remanere; nam reſpondetur cum *P. Maſtrio in ſua Theol. moral. diſp. 5. q. 3. artic. 4. n. 138.*, Pontificem illud intellexiſſe tantum habita ratione contractus ſocietatis præciſè, non verò habita ſimul ratione contractus Aſſecurationis, qui cum licitus ſit, & contractui ſocietatis poſſit ſimul adeſſe, nullo pacto dici poteſt per dictam Conſtitutionem improbari atque ita Bullam prædictam ait explicari, & interpretari per *Reginaldum, Bonacinam, Leſſium*, alioſque, & ita etiam eam interpretatus fuit *Amicus diſput. 24. Sect. 3.* ubi de præfata Bulla multa dixit notatu digna, eamque tenuit non adverſari huic receptiſſimæ concluſioni, quam in praxi tradit quotidiè ſervari.

Dixi, finita ſocietate, damnum ſortis, ſive pretii animalium pro medietate in-
10 ter ſocios dividendum; Quod tamen intellige primo, ut procedat, ſi nullum ex ſocietate lucrum adfuerit, nam ſi lucrum ex ſocietate pervenerit, tunc compenſato prius damno, id quod ſupereſt, inter ſocios dividendum erit, nam illud propriè pro lucro reputatur, quod, deducto omni damno, & impenſis ſupereſt, quemadmodum è contrario damnum non intelligitur, niſi deducto omni lucro *l. Mutius 30. ff. pro ſocio*; itaq; ſi inter duo inita ſit negotiatio diverſarum ſpecierum, & in una E. G. fuerit damnum quinquaginta aureorum, in altera fuerit lucrum centum aureorum, facta lucri, & damni compenſatione, reperientur tantum eſſe in lucro quinquaginta, quæ ex lege Societatis, inter ſocios erunt dividenda, ut *§. 2. Inſtit. de Societ. in fin.* ubi *Vinnius: verbo, In alia re lucrum, in alia damnum*, & *P. Maſtrius ibid. n. 131.*

Secundo intellige, ut procedat, ſi animalia in ſocietatem collata, ſive eorum
11 aliqua deceſſerint morte naturali, vel caſu fortuito, ſive etiam culpa leviſſima ſocii; nam ſecus eſſet, ſi ea dolo, vel culpa lata ſocii, ſive culpa levi inte-

te-

Digitized by Google

terierint, tunc enim ad integram damni ſatisfactionem ſocius teneretur, ut
expreſſe habetur *l. ſocius ſocio ff. cit. tit.* ibi: *Socius Socio etiam nomine culpæ
tenetur, ideſt deſidiæ, atque negligentiæ, culpa autem non ad exactiſſimam di-
ligentiam redigenda eſt: Sufficit enim talem diligentiã communibus rebus ad-
hibere, qualem ſuis rebus adhibere ſolet;* Et in *l. merito §. venit ff. eodem*, ibi: *u-
trum ergo tantum dolum, an etiam culpam præſtare ſocium oporteat? quæritur,
& Celſus l. VI. digeſtorum ſcribit, ſocios inter ſe dolum, & culpam præſtare o-
portere:* ſub nomine autem culpæ, culpam levem tantum venire intelligen-
dum eſt, *ut in l. 5. §. 2. ff. commod. l. 23. ff. de regul. juris*: eo magis, quia contra-
ctus ſocietatis inter eos contractus computatur, qui utriuſque contrahentis
utilitatem reſpiciunt, in quibus quis de culpa levi teneri debet, non etiam
de leviſſima, ut ajunt DD. *in § 2. inſtit. Quibus modis re contrahitur obligatio*,
& inter eos *Vinnius ſuper §. præd. & cit. P. Maſtrius loc. cit. n. 133.*

De furto autem animalium an teneatur ſocius, qui operam contribuit? Indu-
12 bie dicendum eſt, quod teneatur, quia furta ut plurimum culpâ ſocii eve-
niſſe præſumuntur, quod adeo verum eſt, ut ſocius in præfato caſu omnem
diligentiam adhibuiſſe probare teneatur, ut inquit *Vinn. in d. §. 2. n. 5. in fin.* &
in terminis propriis eſt *tex. in l. cum duobus §. damna ff. cit. tit.*, ibi: *Quod ſi a
furibus ſurreptum ſit, proprium ejus detrimentum eſt, quia cuſtodiam præſtare
debuit, qui æſtimatum accepit, hæc vera ſunt, ſi modo ſocietatis contrahendæ
cauſſa paſcenda data ſunt.* Quod tamen non eſſet, ſi in furto culpa tantum
leviſſima ſocii conſiderari poſſet, utpote ſi ſocius omnem in cuſtodiendo
rem in ſocietatem collatam adhibuiſſet diligentiam, quam ſcilicet quilibet
diligens pater familias adhibuiſſet, vel ſi latrocinio, ſcilicet incurſu ho-
ſtium, vel latronum coadunatorum res fuiſſet ſubtracta, nam tunc dam-
num erit commune, ut in *eodem §. damna in princ.* In quibus autem caſibus
verificari dicatur culpa lata, & in quibus culpa levis, vel leviſſima, necnon
caſus fortuitus; vide citatum *Vinnium* ibidem, ubi omnes caſus, quam dili-
gentiſſimè examinat.

Quod autem vigore ejuſdem noſtri uſus habetur, ut finita ſocietate, ſocius,
3 qui operam impendit, teneatur ſtatuere pretium animalium, id nullam ha-
bet contradictionem in jure noſtro, ex quo electio datur alteri ſocio anima-
lium Domino, ut vel animalia recipiat, vel pretium a ſocio appretiatum:
Quod quidem factum videtur ad tollendas altercationes in animalium ap-
pretio; perinde ac ad tollendas alterationes inter fratres, licitum eſt fratri
majori nato partes bonorum communium facere, data aliis fratribus, ha-
bita ratione ætatis, partium electione, argumento ducto ex *textu in cap. 1.
de Parochiis*, & juxta ea, quæ fuſe tradit *Capyc. Latr. dec. 28. in princ.* Qui-
bus poſitis, huic operi finem duximus imponendum ad laudem, & gloriam
Omnipotentis DEI PATRIS, FILII, ET SPIRITUS SANCTI, ac
ſemper Virginis Matris MARIÆ, & Sanctorum Stephani, & Ferdinan-
di hujus noſtræ Civitatis Tutelarium.

F I N I S.

INDEX

IAI 1534932

INDEX

A

Abſens tempore promulgationis banni, an excuſetur a pœna banni.Obſ.5. n. 3.pag.72.

Actuarii Curiæ Civitatis Calatiæ tenentur exigere ſalarium actorum juxta taxam antiquam renovatam ordine S.C.Obſ.42.n.1.pag.127.

Actuarii quid exigere debeant pro copia,ſive exaratione proceſſus.ibid.n. 2.pag.127.

Actuarii non poſſunt exigere ultra pandectam,nec etiam a ſponte dantibus. ibid.n.3.pag.127.

Actuarii unicum tantum ſalarium debent exigere,ſi unico decreto,& proceſſu plures reperiantur condemnati vel inquiſiti.ibid.n.4. pag.127.

Actuarii unum debent conficere proceſſum,etſi pro uno,eodemq.delicto plures reperiantur inquiſiti. Quid autẽ ſi unum decretum plura contineret capita?ibid.n.5.,& 6.p.127.,& 128.

Actuarii, circa ſalariũ actorum debent ſtare conſuetudini; ſed nunc generaliter tenentur ſtare pandectæ M.C.V. ibid.n,7.,& 8.pag 128.

Actuarii pro fidejuſſionibus,an ratione periculi poſſint pro arbitrio exigere? ibid.n.9.pag.128.

Actuarii quando teneantur in caſu fidejuſſionis nõ idoneæ.ibid.n.10.p.129

Actuarius non tenebitur,ſi particularis aliqua fidejuſſio capta fuerit de ordine Judicis. ibid.n.11.p.129.

Actuarius tenetur deferre juramentum teſtibus ante depoſitionem, etiamſi teſtis ſit mulier prægnans. ibid.n.12. pag.129.

Actuarii dicta teſtium tenentur integra extendere tam pro fiſco,quam contra fiſcum.ibid.n.13. p.129.

Æquitas rigori juris ſemper anteponenda. Obſ.51.n.2.pag.141.

Aeris ſalubritas opprimè neceſſaria hominum conſervationi. Obſ.37. n.1. pag.122.

Aeris ſalubritatem, & Civitatis munditiem ſeriò curarunt majores noſtri ibid.n.2.pag.123.

Æris nomine quid veniat in terminis ſtatuti de lucro dotis.Obſ.73. n.115. pag.220.

Æs alienum remanſum in hæreditate uxoris a quo debeat ſatisfieri.ibid.n. 115.116.117.,& 118.p.220.,& 221.

Alluvione prædium additum ſecus viam eſt ejus, qui ex alia parte viæ prædia poſſidet. Obſ 20.n.4.p.102.

Animal ſi reperiatur in actu damni, & ejus Dominus in cõperto non ſit, quæ praxis erit ſervãda.obſ.25.n.9.p.108

Animalia ſi alienas arbores corroderint,quæ erit pœna.Obſ.26.n.1.p.108.

Animalia non poſſunt immitti in agros pendente tempore, quo triticum ad areas nõ eſt traductũ,ubi de bãnis circa hæc emanari ſolitis.Obſ 27.n.4.5, & 6.p.109.,& 110.obſ.76.n.5.p.232

Animalia plurium Dominorum ſi unita ſub uno Cuſtode damnum dederint, una tantum pœna exigi poterit. Obſ. 29.n.8.p.112., & obſ.71.n.4.p.175.

Appellatio in cauſſis damni dati non admittitur,niſi quoad actum devolutivum. Obſ.25.n.7. p.108.

Appellatio a decreto Curiæ Bajulationis fit ad Capitaneum loci, & ab eo ad Judicem ſecundarum cauſarum, ibid.n.8.pag.108.

Aquæ publicæ,quæ ſint, & quæ privati juris? obſ.1.n.7.pag.63.

Aquarum extractio prohibebatur a fonte, qui erat in platea Civitatis, ad alium finem, quam pro Civium uſu. obſ.15.n 3 pag.95.

Arbor horti mei ſi ita radices egerit, ut eæ parieti vicini præjudicent, quid ſit faciendum, & quid ſi rami

ejuſ-

ejuſdem arboris protendant ſupra domum. Obſ.4.n.5.p.70.

Arborum evulſores, quomodo puniantur vigore noſtri Cap. municipalis; & quid ſi avulſio facta ſit ad vindictam. Obſ.52.n.1., & 2.p.142.

Aſſiſiæ impoſitio cui incubat in hac Civitate. Obſ.53.n.17.p.148.

Aſſiſiam non ſervantium, quæ ſit pœna? ibid.n.18.p.148.

Aſſiſiam tenentur ſervare omnes venditores comeſtibilium, & etiam conductores Tabernarum Baronum.ibid. n.19.p.148.

Aſſiſiæ controventio quomodo probetur n.21.p.148.

Aſſiſiæ controventionis pœna cui applicetur. ibid.n.22.pag.149.

Aſſiſiæ impoſitionem ſi negligant officiales Univerſitatis, poſſunt eam imponere officiales Juſtitiæ.ibid.nu.23. pag.149.

Aſſiſiæ limites an ſint ſervandi in exteris tranſeuntibus.ibid.n.24. p.149.

Aſſiſiæ tenentur ſtare vini venditores. Cap.57.n.1.p.150.

Atellani cum Calatinis inhabitare juſſi in Introd.n.12.pag.14.

Attilius è Calatia ortus primo Conſul, poſtea Dictator populi Romani.ibid. n.8.pag.8.

Attilii Calatini geſta, & encomia ex Cicerone, aliiſque ibid.

Attilii ſepulchrum in agro Calatino. ibid.p.9.

Attilii Cenotaphium Romæ extra portam Capenam. ibid. p.9.

B

Bajulationis Judices quolibet menſe tenentur providere ſuper accuſationibus damnorum, & pœnas imponere. Obſ.44.n.1. p.131.

Bajuli ſi intercipiant in actu damni animalia damnificantia, an ſit eis credendum? Obſ.9.n.8.p.80.

Bajuli infra quot dies teneantur procurare damni emendationem. Obſ.24.n 1.p.105.

Bajulus non poteſt exigere pœnam, niſi ſatisfacto damno, ibid.n.2.p.106.

Bajulis non licet exequi facere contra Cives, niſi pro pœna, & damni emendatione ibid n.3. p.106.

Bajuli in quibus caſibus puniri poſſint. ibid.n.4.p.106.

Bajuli non poſſunt convenire cum dominis animalium, nec eos fidare pro damnis futuris.ibid.n.5 p.106.

Bajuli quibus cauſis damnorum illatorum non poſſunt petere cauſæ remiſſionem. Obſ.25.n.4.p.107.

Bajulorum, ſive Alguzeriorum ſalarium taxatur. Obſ.34.n.1. p.118.

Bajulus ſi male ſe gerat in officio, & convictus fuerit de mendacio, qualiter puniatur. Obſ.46. num.4. pag. 133.

Banna pro aeris ſalubritate conſervanda ligant etiam Eccleſiaſticos. Obſ 6.n.7.p.73.

Blaſphemiæ pœna juxta noſtrum Cap. Municipale, ſtante ejus tenuitate ceſſit ab uſu. Obſ.14. n.1. p.92.

Blaſphemiæ pœna, quæ erat de jure Divino, & poſtea de jure Canonico, & quæ de jure Civili;& quæ ad præſens ſervetur.ibid.n.2.3., & 4.p.92., & 93.

Blaſphemiæ in delicto Judex debet procedere ex officio;& in caſu negligentiæ etiam puniri poteſt.ibid n 5.p.93

Blaſphemia in Deum, & B. Virginem gravius punitur,quàm Blaſphemia in Sanctos.ibid.n.6.p.93.

Blaſphemia hæreticalis Judex competens eſt Eccleſiaſticus privativè quoad alios Judices.ibid n.7.p.93.

Blaſphemia hæreticalis, quæ ſit.ibid.n. 8.p.94.

Blaſphemia, quæ hereſim non ſapit, de jure communi erat delictum mixti

fo-

ſori, & dabatur locus prævent.ioni, ſed hoc non ſervatur in Regno. ibid. n.9.p.94.

C

Calatia una ex antiquioribus Campaniæ Civitatibus. in Introduct.n.1.p.1.
Calatia una ex Civitatibus Oſcorum. Ibid.n.2.p.2.
Calatia inter Nobiliores Campaniæ Civitates. Ibid.n.3.p.3.
Calatia Municipii dignitate inſignita. Ibid n.4.p.3.5 & in Diſſ.proœm. nu.5. p.48.
Calatia propriis legibus, Inſtitutiſque utebatur. Ibid.n.5.p.4.
Calatia in Samnitum poteſtatem. Ibid. n.7.p.6.
Calatia, & Atina a Romanis captæ. Ibid.
Calatia, & Sora a Samnitibus expugnatæ. Ibid.p.7.
Calatiæ mœnia a Romanis inſtauratæ. Ibid.p.7.
Calatia una in Campania, & diluuntur objecta. Ibid.n.10.p.11.
Calatia aliquando Præfectura. Ibid. nu. 11.p.13.
Calatia, Socialis belli tempore, cum Romanis fuit. Ibid.n.13.p.15.
Calatia Colonia temporibus Auguſti. Ibid.n.15.p.15.
Calatia Eccleſia in primis naſcentis Eccleſiæ temporibus Epiſcopatus dignitate inſignita. Ibid.n.18.p.19.
Calatiæ ſtatus mutatus tempore Wandalici belli. Ibid.n.20.p.20.
Calatia ſolo everſa, & iterum ædificata. Ibid.
Calatia a Juſtiniano Caſſinenſi Cœnobio addicta. Ibid.n.21.p.21.
Calatia intra fines ducatus Beneventani, ubi de præfati Ducatus extentione Longobardorum temporibus. Ibid. n. 22.p.22.
Calatia ſub Principatu Capuano, ubi de extensione Principatus prædicti. Ibid. n.29.p.22.
Calatia Suevorū temporibus ſub immediata Regū poteſtate. Ibid.n.34.p.34
Calatia a Diopoldo occupata, & exinde Friderico Imperatori reſtituta. ibid.
Calatia a Pontificiis obſeſſa, & a Friderico ab obſidione liberata: Ibid.n.35. p.35.
Calatiæ, Ordo diviſus erat a plebe ante tempora Friderici. Ibid.n.36.p.35.
Calatia a Carolo I. Andegavenſi Guilielmo Glignetto conceſſa. Ibid.n.38. pag.36.
Calatia a Glignettorum familia ad Sanſeverinates Comites pervenit. Ibid. n.39.p.37.
Calatia a Ludovico Pannoniæ Rege expugnata. Ibid.
Calatia ab Alphonſo Rege obſeſſa, & ad deditionem coacta Ibid.n.41.p.38
Calatiæ Alphonſus inhabitavit. Ibid.n. 42.p.38.
Calatia multa adhuc retinet antiqui ſplendoris, & præſtantiæ in Diſſ.proœm.n 11.pag.51.
Calatini agri extenſio.in Introduct. n.6. p.5.
Calatini tempore Samnitici belli populo Romano addicti. Ibid.n.7.p.6.
Calatini poſt Cannenſem cladem ad Annibalem defecerunt. ibid.n.9. p.10.
Calatini redeunt ad Romanos. Ibid.
Calatini Auguſto obſequentiſſimi. Ibid. n.16.p.56.
Calatinorum Religio ante Chriſti adventum. Ibid.n.17.p.17.
Calatini poſt Salvatoris adventum non diu ſub Idolorum ſervitute permanſerunt. Ibid.n.18.p.19.
Calatini Imperatoribus poſt Auguſtum devotiſſimi, n.19.p.20.
Calatini Comites de Sanguine Principū Longobardorum. Ibid.n.25.p.24.
Campania devaſtata ſub adventu Longobardorum. Ibid.n.22.p.22.

Dotis lucrum an habeat locum ſi ea conſtituta fuerit a muliere minore? & quid ſi ea major facta dotationem ratam habueritn.70.& 71.p.204,&205

Dotis lucrum an habeat locum in bonis in quocumq; loco ſitis.n.72.p.205.

Dotis lucrum non habet locum in feudis, niſi tali pacto Dominus directus conſenſerit.ibid.n.73.p.206.

Dotis lucrum locum habebit in bonis emphyteuticis, citrà tamen præjudicium directi Domini, quoad emphyteuſis durationem.ibid.n.74.ad 76.p.207.&208

Dotis lucum an locum habeat in bonis fideicommiſſo ſubjectis? diſtingue plures caſus à n.77.ad 84.p.208.ad 210.

Dotis lucrum quando habet locum in bonis fideicommiſſo ſubjectis, procedet tantum ſi fideicommiſſum inſtitutum fuerit ab aſcendente, non vero ab alio, qui dotare non tenebatur.n.85. p.210.

Dotis lucrum in bonis fideicommiſſo ſubjectis locum non habebit, ſi tempore dotationis mulier habuerit bona libera; ubi cui incumbat onus hoc probandi.n. 86., & 87. p.211.

Dotis lucrum ſervata forma pacti, vel ſtatuti locum habebit in quocumq; caſu ipſa dos fuerit legitimè conſtituta. n.90.p.212.

Dotis lucrum procedit in augumento dotis, prout etiam in jocalibus, quæ ſunt dotis appẽdices.ibid.n.91,&92.p.213

Dotis lucrum habet locum in dote aſſecurata.n.63.p.213.

Dotis lucrum an compenſetur cum legato facto ab uxore; ubi an legatum mobilium factum a viro compenſetur cum lecto viduali.n.94,& 95.p.213, & 214.

Dotis lucrum non habet locum in caſu matrimonii non conſumati. ibid.nu.96. p.214.

Dotis lucrum locum habebit in matrimonio inito cum ſeptuagenaria, vel alia decrepita muliere: ubi quomodo præfata matrimonia improbata fuerint per legẽ Juliã,& Papiam. ib.n.97 p.215.

Dotis lucrum non habet locum, ſi matrimonium fuerit initum cum viro, vel muliere inhabilibus ad coeundum ibid. n.99.p.215.

Dotis lucrum procedit non tantum in caſu mortis naturalis mulieris, verum etiam in caſu mortis civilis; & quomodo hoc cõtingere poſſit.ib.n.100.p.215

Dotis lucrum delatum viro an dicatur eſſe de hereditate uxoris, & per conſequens an ſit obnoxium creditoribus uxoris.ibid.n,107. p.218.

Dotis lucrum ſi deferatur marito, is non tenebitur ad onera hæreditaria, niſi onera ſint conſtituta ſuper dote.ibid.n. 108.p.218.

Dotis lucrum ſi non defertur viro, is non tenebitur ad funeris expenſas.nu.111. p.216.

Dotis lucrum ſi defertur viro, is ad præfatas expenſas tenebitur. Et quid ſi uxor ultra dotem habuerit extradotalia? n.112. p.219. & quid ſi ad virum acceſſerit indotata? ibid.n.113.p,219.

Dotis lucrum delatum viro, etſi non agnitum tranſmittitur ad ejus hæredes ibid.n.120.p.221.

Dotis lucrum quibus caſibus vigore noſtri uſus deferatur ibid. n.121. p.221.

Dotis lucrum an habeat locum, ſi mulier in adulterio deprehenſa fuerit a viro occiſa.ibid.n.125.p.223.

Dotis lucrum an deferatur viro exiſtenti ſub patria poteſtate.ibid.n.126.p.224

Dotis lucrum delatum viro communicatur etiam fratribus ſub vera, & univerſali ſocietate exiſtentibus: Secus ſi ſocietas fuerit tantum particularis; & multo minus ſi indiviſas tantum inter ſe poſſederint parentum hæreditates. ibid.n.128., & 129 p 225.

Dotis lucrum viro delatum an poſſit ab eo repudiari in præjudicium creditorum n.30.p.225., & n.132.p.226.

Dotis lucrum conſtante matrimonio non poteſt a viro in uxoris beneficium re. mitti.ibid.n.131.p.225.
Dotis lucro in quibus caſib us privetur vir.ibid.n.133.p.226.
Divus Stephanus Epiſcopus Calatinus, ejus vita,& miracula. In Introduct.n. 26.p.34.
Divus Ferdinandus hiſpanus Epiſcopus Calatinus,ejuſq;cultus in Eccleſia Ca. latina,& Capuana.ibid.n.28.p.29.
Divus Anſelmus in villa Sclavia conſe. dit.ibid.n.29.p.31.
Divus Franciſcus Aſſienſis Calatiæ cœ. nobium extruxit.ibid. n.37.p.36.
Divi Stephani Epiſcopi Corporis inven. tio.ibid.n.48.p.42.
Dominicus Maria Corſi S.R.E.Cardina. lis.ibid.n.57.p.47.

E

Epiſtolas ſcribens nomine Univerſitatis abſq;mandato omnium eorum, ad quos ſpectat juxta capitulum noſtrumMuni. cipale gravi coercetur pœna ; ubi an pœna dicti capituli ſit nimis rigida. Obſ.61.n.1.,& 2.p.154.
Excellentiſſimi Domini D. Franciſci Ca. raſa Colubrarii Principis eximiæ vir. tutes. In Introduct.n.43.p.39.

F

Ferdinandus I. Aragonenſis juxta Cala. tiam,& Theleſiam caſtra metatus fuit in introduct.n.43.p.39.
Ferdinandus Pontislatonæ oppidum ſtri. cta obſidione vallavit,a qua tandem diſcedere fuit coactus. ibid.
Feſtus dies quàm variè apud diverſas gentes computatur. Obſ 70.n.6.p.174.
Fida unde dicta.Obſ.47.n.1. p.134.
Fida,& Diffida exactio debet fieri juxta uſum regionis,nec alterari poteſt : Et quid ſi uſus prædictus deficiant? ibid. n.7.,& 8.p.134.,& n.16.p.137.
Fidari debent,qui fidari ſoliti ſunt.ibid. n.9.p.136.
Fidans pro uno anno ejus animalia , non cenſetur affidaſſe etiam pro anno ſe. quenti Obſ.47.n.15.p.137.
Fidare ſolvere non debet poſſidens præ. dia in territorio alterius Baronis,ſi in eis animalia detineat.ibid.n.17.p.137.
Fila ex lana , & lino deducere proprium eſt mulierum probarum , & laudabi. lium. Obſ.40.n.1.,& 2.p.125.
Fovea, quæ ſiccandorum agrorum cauſſa fit, quomodo fieri debeat vigore noſtri capituli municipalis. Obſ.8.n.6.p.76.
Foveam faciens in confinio prædii ſui quantum ſpatium tenetur relinquere. ibid.n.7.p.76.
Fovea ſi fiat inter duo prædia diviſa a. ctione communi dividundo; nullũ ſpa. tium erit relinquendum.ibid.n.9.p.77.
Fovea an debeat menſurari tempore ven ditionis fundi.ibid.n.10.p.77.
Fovea non poteſt fieri in locis publicis. ibid.n.13.p.77.
Foveas in publico facere cauſſa reponẽ. di triticum non licet,niſi aliud ſerve. tur de conſuetudine.ibid.n.14.p.78.
Fratres uterini,an ſorores uterinas a ſuc. ceſſione excludant.Obſ.73.n.61. p.201.
Fructus comedere ex arboribus prædii a. lieni licitum erat de lege Moyſis , non licebat autem eos foras adducere.Obſ. 9 n.1.p.78.
Fructus ex alienis prædiis non licet co. medere de jure Civili , & de communi uſu regionum . Quid autem vigore no. ſtri capituli minicipalis?ibid.n.2.& 3 p.78.,& 79.

G

Gabellæ tertiariæ vini quo tempore Ca. latiæ introducta fuerit.Et quid conti. nuatur ſub dicta gabella. Obſ.74. n.1. & 2.p.227.,& 228.

H

Hebræorum rigor circa vacationem ab operibus in die feſtivo. Obſ.70. n.5. p. 173.
Herbagia territoriorũ particularium an vendi poſſint a Barone poſt ſecatas ſe.

Digitized by Google

geteſ? Obſ.48.n.2.p.138.
Herbagia prædicta vendi poſſunt, ſi pro Barone aſſiſtat poſſeſſio centenari a, vel immemorabilis,ubi an pendente probatione dictæ poſſeſſionis, detur manutentio? ibid.n.3.4.,& 5.p.139.
Herbagiis venditis non licet introducere animalia in locis ubi ſunt hortus, & arbuſta,nec in locis, in quibus ſunt glandes,& ſpicæ.ibid.n.6.& 7. p.139. & 140.
Hæreditas Matris binubæ decedentis ab inteſtato quomodo ſit dividenda inter filios primi, & ſecundi matrimonii? Obſ. 73. n. 60.p.201.
Honeſtè vivere inter præcepta juris naturalis cōnumeratur.Obſ.68.n.1.p.167
Honeſtè vivere ſi oportet,cur permittuntur.Scorta, & Lupanaria. ibid.n.3.p. 167.
Hortulos habere prope domus conducit pulchritudiniCivitatis.Obſ.4.n.1.p.69
Hortulos intra Athenas inſtituit Epicurus,& in hortulo ſcholam habuit.ibid. n.2.p.70.
Hortulos intra Civitatem Babiloniæ Semiramis haberi juſſit.ibid.n.3.p.79.
Hortuli mei fructus ſi cadent in curtim vicini,an mihi licitum ſit eos colligere. ibid.n.4.p.70.
Hortulorum damna vindicantur diſpoſitione noſtri capit.Municipalis ſub tit. de damnis datis in hortis, &c.Obſ.5. n.1.p.71.
Hortus ſi non ſint clauſi ſufficienti clauſura, erit tantum locus ſolutioni damni,non etiam pœnæ.ibid.n.2.p.71.

I

Ignis in ſtipulis, quo tempore immitti poſſit.Obſ.77.n.6.p.234.
Incendens, ſive comburens, ſtipulas in territoriis arbuſtatis punitur pœna unius Auguſtalis. Obſ.32.n.1.p.115.
Incendens ſtipulas in die ventoſo gravius punitur; & quid ſi ventus poſt immiſſionem ignis ſupervenerit.ibid.n 2., & 3. p.115.
Incendium ſi fuerit appoſitum dolo malo in Civitatibus, vel Oppidis inhabitatis,augebitur pœna uſque ad mortem. ibid.n.4.p.115.
Incendium ſi fuerit immiſſum in campanea,vel paleari, quæ erit pœna.ibid.n. 5.p.115.
Incendium ſi fuerit cauſatum culpa lata, vel levi,quid erit dicendum?n.6. pag. 115.
Incendium ſi fuerit cauſatum culpa leviſſima, incendens tenetur tantum ad damni emendationem,ubi differētia inter culpam leviſſimam in committendo, & inomittendo. Et quid in caſu fortuito?ibid.n.7.8,& 9.p.115.&116.
Incendium ſi fuerit a famulo appoſitum, ejus dominus tenebitur tantum civiliter, & non criminaliter; verum ipſe aget contra famulum ad intereſſe.ibid. n.10.p.116.
Inciſores arborum fructiferarum, quæ pęna puniantur de jure 12.tabularum, & de jure civili? Obſ.18.n.1.p.100.
Inciſores arborum puniuntur pœna unius Auguſtalis de noſtro jure municipali, ſi inciſio facta fuerit in terris cultis. Ubi quæritur, an d. pœna ſit commenſurata delicto.ibid.n 2.& 3.p.100.
Inciſores arborum ſi damnum grave irrogaverint,ceſſabit pœna capitul aris, & erit locus pœnæ extraordinariæ. ibid.n.4.p.100.
Inciſio arborum ſi facta fuerit ad vindictam,& de nocte augebitur pœna.Obſ. 18.n.6.p.100.
Inciſores vitum majori pœna puniuntur. ibid.n.7.p.101.
Iniuriæ reales, ſive leves percuſſiones quomodo coerceantur de jure 12. tabularum.Obſ.11.n.1.p.81.& n.4.p.82.
Iniuriæ reales quomodo a Prætoribus vindicentur. ibid.n.2. p.82.
Iniuriæ reales puniuntur etiam actione

 tri.

criminali prodita ex L. Cornelia nu.3. p.82.
In iniuria reali, an actione civili intentata, criminalis intentari poſſit, & è contra? Obſ.95. n.15.p.162.
Iniuria reali affectus ſi noluerit uti diſpoſitione noſtri Capituli, poterit agere prout de Jure: ubi, quæ ſit pœna de jure prodita in injuriis realibus. Obſ. 65.n.13.& 14.p.162.
Iniuriæ reales, ſive leves percuſſiones, ex quibus ſanguis non effluit de univerſali conſuetudine puniuntur pœna pecuniaria.Obſ.11.n.5.p.82.
Iniuriæ reales abq; ſanguinis effuſione vigore noſtri Capituli puniuntur pœna unius Auguſtalis.ibid.n.6.p.82.,& n.12.p.162.
Iniuriæ realis gravior erit pœna, ſi ex ea cauſſatus fuerit tumor, ſive carnis ſciſſura; prout magis gravabitur, ſi membrum fuerit mutilatum, vel cicatrix apparens remanſerit.d.Obſ.11. n. 7.,& 8.p.82.
Iniuriam non probans punietur eadem pœna,qua accuſatus plecti debuiſſet; niſi accuſans juſtam habuiſſet accuſandi cauſam.ibid.n.9., & 10.p.83.
Iniuriæ verbalis pœna vigore noſtri Capituli municipalis eſt medietas Auguſtalis.Obſ.65.n.1.p.159.
Iniuria verbalis dividitur in convitium, & contumeliam.ibid.n.2.p.150.
Iniuriam verbalem irrogans tenetur ad dictam pœnam ſi fuerit inceptor rixæ. ibid.n.3.p.159.
Iniuriam verbis factam an liceat verbis repellere.ibid.n.4.p.159.
Iniuriæ veritas an excuſet iniuriantem. ibid.n.5.p.160.
Iniuria lata cum proteſtatione non iniuriandi an excuſet a pœna? ibid. n.6. p. 160.
Iniuriæ pœna in canendo palinodiam ceſſit ab uſu.ibid.n.7. p.160.
In iniuriis verbalibus vigore noſtri Cap. poteſt procedi ex officio; ſecus vero de Jure.ibid.n.8. p.161.
Iniuriæ verbalis ſi fuerit expoſita querela, etſi poſtea fuerit remiſſa, adhuc Judex poterit procedere.num.9.p. 161.
Iniuria ſi fuerit illata Judici, uti Judici, idem Judex in ea erit competens in procedendo.Obſ.67.n.5.p.164.
Iniuria ſi fuerit illata Judici uti perſonæ privatæ,ipſe Judex non erit competens in procedendo. ibid. num. 6. p. 164.
Iniuria lata Judici, uti Judici, idem Judex poterit procedere etiam contra non ſubiectos: Et quid in Clerico.ibid. n.7.,& 8.p.164.
Inſtrumenta fundi auferens ex agro alieno, non animo furandi, ſed tantum eis utendi, punitur diſpoſitione noſtri capituli municipalis. Obſ.41.num.1.p. 126.
Inſtrumenta ruſticorum non poſſunt capi in vim executionis.ibid.n. 3. p.126.
Inſtrumentorum ruſticorum nomine,quid veniat. ibid.n.2.p.126.
Ire, agere, ambulare per aliena prædia nemini licet.Obſ.20.n.1.p.102.
Ire,agere per aliena prædia licitum erit, ſi via eſſet invia, vel alluvione diruta.ibid.n.3.p.102.
Judex quando dicatur ſedere pro Tribunali? Obſ.67.n.9.p.165.
Judicantium dignitas,& præſtantia,quanta ſit. Obſ 67.n.1.,& 2.p.163.
Judices Bajulationis non poſſunt exequi ſacere pro pœna, niſi diſcuſſa accuſatione. Obſ.46.n.2.p.133.
Juramento inventoris quomodo,& quando ſtari debeat.Obſ.9.n.4.p.79.
Juramento inventoris quandoq; ſtari debet ſed accuſatus poteſt contra juramentũ contrarium probare.ib.n.5.p.79

Digitized by Google

Juramento inventoris ſtari poteſt,ſi agatur de damno modico,& ſi denuncians ſit bonæ opinionis,& famæ.ibid.num.6 pag.79.

Juramentum contra veritatem non præſumitur in cauſis modicis. ibid.n.7.p.80.

Juramento damnum paſſi ſtari debet, ſi damnum ſummam tarenorum duorum non excedat. Si verum excedat, debet ſaltem adhiberi unus teſtis. obſ.45. n. 1.& 2.p.132.

Juramentum in qua cauſa,& quibus præſtari poſſit.obſ.60.n.1.p.154.

Juramentum deſertur potius reo, quam actori,ſi omnia ſint paria. ibid.n.2. p. 154.

Juramentum poſtquam fuerit præſtitum, & juramento cauſa deciſa, amplius cauſa tractari non poteſt;& quid ſi jurans falſum dixerit?ibid.n.3. p.154.

Ius Quiritium diverſum erat a jure Latii, & a jure Italico ; & quæ illorum differentia?in Diſſ.Proem.n.1.p.49.

Ius municipiorum quale fuerit;ac de eodem diverſa in corpore juris civilis monumenta.ibid.n.3.& 4. p.50.

Ius Civile Romanorum tempore quo a Iuſtiniano fuit in novam formam redactum,Italia diverſarum externarum nationum ſubjacebat imperio. ibid.n. 27.p.57.

Ius Civile Romanorum poſt Iuſtinianum ſeptigentum ferè annorum ſpatio ſepultura,& oblivioni traditum,& licet tempore Lotharii Imperatoris fuerit repertum, tamen non ſtatim fuit pro lege ſervatum.ibid.n.28.p.58.

Ius Civile Romanorum,tempore,quo fuit repertum,Campania, & magna Italiæ pars ſub Normandorum degebat poteſtata.ibid.n.29.p.58.

Jus Civile Romanarum per viam voluntariæ acceptationis, & conſuetudinis fuit receptum in Italia, & in hoc Regno,& in una regione citius, & in alia tardius.ibid.n.30.p.58.

L

Laniones, & eorum officium,& quæ ſervare debeant vigore noſtri Capituli municipalis.obſ.95.n 12.p.144.& 145 & n.8.ad 13 p.146.& 147.& n.16.p. 148.

Laniones quomodo vendere teneantur carnes.ibid n.3.4.& 5 p.145.

Laniones non poſſunt vendere carnes infectas morbo aliquo epidemico,vel peſtilentiali : Et quid in hoc caſu ſervandum ſit?ubi de diriſſima animaliũ lue,quæ contingit in anno 1712. ibid. n.6.& 7.p.145.

Laniones ,ſive Macellarii cogi poſſunt ad eorum officium exercendum ibid.n. 14.p.147.

Laniones an, & quomodo tenentur ſtare aſſiſiæ in tribus diebus quinquageſimæ ibid.n.15 p.147.

Lapides,vel calcem ex alieno fundo ſubfurantes qua pœna puniantur vigore noſtri Capituli mucicipalis? Obſ.54.n. 1.p.143.

Lapides in fundo dotali inciſi,ſi nõ renaſcantur,non ſunt in fructu, ſecus, ſi renaſcantur.ibid.n.2.p.143.

Lapides cadere ex alieno fundo non licet niſi aliter ſervetur de conſuetudine.ibid.n.3.p.143.

Lecti nomine quid veniat in materia lucri dotalis.obſ.73.n.32.p.180.

Libelli famoſi pœna,quæ ſit.obſ.65.n.10 p.161.

Libelli famoſi pœna quandoque eſt capitalis.ibid.n.11.p.161.

Longobardorum jus quando in Italia introduci cœpit.obſ.69.n.1. p.169.

Longobardorum jus magna prudentia,& diſcretione latum.ibid.n.2.p.169.

Longobardorum ius quandiu viguit in Italia, & præcipuè in hoc Regno citerioris Siciliæ, ibid. n. 3. & 4. p. 169.
Longobardorum ius ubi ſervabatur cum iure Romano, ſæpe oriebantur controverſiæ, quodnam ius potius ſervari deberet, ibid. n. 5. p. 169.
Longobardorum ius viguit Calatiæ præcipuè in contractibus mulierum, & quid ſpeciali capitulo municipali circa hoc fuerit ſtatutum? n. 6. 7. 170.
Longobardorum ius multis ab hinc annis in Regionibus noſtris receſſit ab uſu. ibid. n. 7. pag. 170.
Longobardorum ius quid ſtatuerit circa mulieres, earumque contractus. ibid. a n. 8. uſque ad 14. p. 170. ad 172.
Longobardorum ius in noſtro Regno quoad omnia exolevit. ibid. n. 19. p. 172
Lucrū illud propriè dicitur, quod ſupereſt deducto omni damno. Obſ. 77. n. 10. p. 175.
Ludentium receptatio prohibetur, ſi ludant ludis prohibitis. Obſ. 13. n. 4. p. 91.
Ludentium receptatores ſunt odio digni, & legibus expoſi. ibid. n. 3. p. 91.
Ludi diverſorum delictorum ſunt origines. ibid. n. 6. p. 91.
Ludus antiquus, qui dicebatur ad Zardū prohibebatur noſtro capitulo municipali, & quæ anni tempora a d. prohibitione excipiebātur? ibid. n. 1. & 2. p. 90
Ludus prædictus ex hominum memoria exolevit, ibid. n. 3. p. 91.
Ludus Caſei intra Civitatem prohibetur eodem cap. municipali, ibid. n. 7. p. 91.

M

Mœnia Civitatis ſacra ſunt, nec ea licet violare, nec ſordida immittere. Obſ. 15. num. 5., & 6. p. 95.
Mœnia Calatiæ à Romanis renovata, ibid. num. 7. pag. 96.
Menſuræ in lapide inſculptæ in foro, & platea Civitatis Calatiæ pro regula aliarum menſurarum. Obſ. 16. num. 8., & 9. pag. 98., & 99.
Menſuræ antiquæ, quæ in uſu erant apud Romanos explicantur, ibid. num. 10. pag. 99.
Meretrices vetitæ erat in lege Moyſis. Obſ. 68. n. 4. p. 168.
Meretrices apud Gentes permiſſæ, & quādoque inter perſonas Sacras computatæ, ibid. n 5. p. 168.
Molendina plura fuerunt, & ſunt in territorio Calatino Obſ. 1. n. 3. p. 62.
Molendina, furnos, & trapeta cuilibet licitum eſt in ſuo facere, niſi adeſſet conſuetudo in contrarium legitimè præſcripta, vel alterius privilegium, ibid. n. 4. pag. 62.
Molendina non dicentur poſſidere Barones privativè, quoad alios, ex hoc ſolum, quod in eorum inveſtituris reperiantur Clauſulæ, cum molendinis, &c. ibid. num 5. pag. 62.
Molendina ſi quis ſolus habeat in aliquo oppido, non levis erit conjectura juris prohibendi in ejus beneficium, ibid. n. 6. pag. 63.
Molendina quilibet poterit facere in ſuo, ſi ea fecerit in aquis privatis non vero in aquis publicis, niſi aliud ſervetur de conſuetudine ibid. n. 7 p. 63.
Ad molendina Baronum, vel Univerſitatis non poſſunt cogi accedere vaſſalli, niſi in contrarium aſſiſteret conſuetudo, vel privilegium, ibid. n. 8. p. 64.
Molitorum ars antiquiſſima, & hominibus neceſſaria, Obſ. 1. n. 1. p. 61.
Molitorum ars inter lætas artes connumerata, ſed ob molitorum fraudes quādoque inter artes contemptibiles, & viliores, ibid. n. 2. p. 62.
Molitores infra viginti quatuor horas tenentur molere fruges, alias licitum eſt ab eorum molendinis recedere, quocumque privilegio, vel conſuetudine non obſtantibus: ibid. n. 9. p. 64.
Molitores cogi poſſunt accipere fruges
mo-

Digitized by Google

molendas ad pondus, & juxta idem pondus reddere farinā.ibid.n.10.p.64.
Molitores tenentur molere fruges eorum qui prius venerunt.ibid.n.11.p.64.
Morgincap *nomine quid veniat de jure Longobardorum Obſ.69.n.94.p.170.*
Molitores an molire poſſint die feſtivo? ibid.n.12.p.64.
Munditiem Civitatis curare Romæ ad Ædiles Curules pertinebat, & apud Græcos Patritium erat officium.Obſ.6. n.8.p.73.
Mundualtus erat Tutor perpetuus, qui de jure Longobardorum mulieribus dabatur.Obſ.69.n.10.p.171.
Municipia hac ſpeciali pollebant prærogativa,ut propria poſſent habere jura. Introd.n 5.p.5.& *diſſert.proem.nu.8. p.51.*
Municipia ex hac prærogativa decidiſſe dicendum non erit, ex quo temporis tractu in ſubjectionem inciderint.ibid. n.9.p.51.
Municipia præfatam facultatem condendi propria jura etiam ſub Principibus ſibi ipſis conſervarunt.ibid.n.10.p.51.

N

*Nocturnum tempus eſt circūſtantia gravans in delictis.Obſ.22.n.2.p.*103.
Nocturnum tempus quando dicatur?ibid. n.3.p.103.
Notorium unde dictum, & quot modis committi poſſit.Obſ.67.n.3.& 4.p.163
Notorij praxis,& quomodo in eo debeant deponere teſtes.ibid.n.10.& 11.p.165
Notorii in delicto tutius erit acta in ſcriptis redigere.ibid.n.17.p.165.
Notorii pœna cui applicetur?ibid.nu.13. p.166.
In Notorio quando appellari poſſit.ibid. n.14.p.1.
Notorii in cauſa an judex poſſit ſuſpectus allegari.ibid.n.15.p.166.
Notorii in cauſa, an Judex poſſit arbitrari pœnam,ſi ea de jure non eſt determinata?ibid.n.16.p.167.
In Notorio an ſit neceſſarium, ut delinquens arreſtetur.ibid.n.17.p.167.
Nummorum penuria magna erat apud antiquos,& idcirco diverſæ leges pænales exoleverunt.Obſ.11.§.2.n.4.& 6.p.88.

O

Oblatio melior quanta eſſe debet.obſ.43. n.4.p.130.
Oblatio melior, quæ priorem in decima, vel ſexta excedit debet eſſe attenta quantitate conductionis unius anni:& quid ſi conductio in plures annos facta ſit pro diſſimilibus quantitatibus? ibid.n.5.& 6.p.131.
Obſervantia capitulorum municipalium facienda eſt ex bono,& æquo. obſ.51. num.1.p.141.
Oleum dulciſſimum educitur ex olivetis territorii Calatini.obſ.53.n.1.p.168.
Operarius ſi fuerit impeditus pluvia,vel alio impedimento exigit mercedem pro rata temporis.Obſ.38.n.4.p.124.
*Operariorum merces ſtatuta vigore noſtri capituli municipalis ſub tit.*de operariis, *ſtante ejus tenuitate receſſit ab uſu.obſ.70.n.1.p.173.*
Operarii die feſtivo exercentes ſe circa opera ſervilia puniri poſſunt.ibid.nu. 2.p.173.
Opera ſervilia, quæ ſint? d.n.2.3.& 4.p. 173.

P

Piſtores unde dicti, & quo tempore Romæ introducti.obſ.58.n.1.p.151.
Piſtores,quæ ſervare debeant?ibid.n.2.3 & 5.p.152.
Piſtores tempore neceſſitatis cogi poſſunt ad eorum officium exercendum.ibid.n. 3.p.152.
Piſtorum ars inter viles connumerata. ibid.n.9.p.152.
Piſtores debent ſignare panem venalem ſigno conductoris Gabellæ, quæ dicitur del carlino a tomolo.*ibid.n.6.p. 152.*

Digitized by Google

Pœnæ exceptioni locus erit in territoriis venditis etiamſi nullum fuerit illatum damnum. Obſ. 5. n. 4. p. 72.
Pœna Auguſtalis, ſtatuta de jure municipali contra terminorum motores eſt nimis benigna, & idcirco receſſit ab uſu, Obſ. 11. §. 2. n. 3. 5. p. 88.
Pœnæ, & odia ſunt reſtringenda; privilegia vero latè ſunt interpretanda, obſ. 12. n. 1 p. 89.
Pœna contra furantes prata in alienis paſcuis maximè de nocte. Obſ. 22. num. 1. pag. 103.
Pœnæ capitulares circa damna ligant etiam Clericos. Obſ. 31. n. 3. p. 114.
Ponderibus, & mæſuris falſis utentes vigores noſtri capituli municipalis, puniuntur pœna unius Auguſtalis, obſ. 16. n. 1. p. 96.
Pondera, & ſtateræ doloſæ in abominatione ſunt apud Deum, ibid. n. 2. p. 97.
Ponderibus falſis utentes de jure civili puniuntur pœna falſi, ibid. n 3. p. 97.
Ponderum, & menſurarum cognitio de communi Regni conſuetudine reſidet penes Univerſitates, ibid. n. 5. p. 97. & n. 7. p. 98.
Ponderibus falſis utentes puniuntur ab Officialibus Univerſitatis; & in caſu eorum negligentiæ procedere poſſunt officiales juſtitiæ, ibid. n. 6. & 8. p. 98.
Portulani officium quodnam ſit? Obſ. 6. n. 9. pag. 37.
Portulani poſſunt revocare innovata in locis publicis, ſi innovatio facta fuerit infra decennium, & non ultra, obſ 11. §. 1. n. 11. pag. 86.
Principis confirmatio in materia Statutorum an ſit neceſſaria? Et poſito quod ſit neceſſaria, non eſt neceſſaria confirmatio expreſſa, ſed ſufficit interpretativa, & præſumpta in diſſert. proœm. n. 12. & 13. p. 52.
Principis confirmatio expreſſa, & in forma ſpecifica dici poteſt intervenire in ſtatutis, ſi cum eo ſit unita obſervantia temporis immemorabilis ib. n. 14. p. 52.
Priapi cultus apud Calatinos in Introd. n. 2. p. 2.
Priapi cultus apud pleraſque antiquiſſimas nationes. ibid.
Promittens operas ſuas, ſi eas non præſtiterit tenetur ad intereſſe, & ad pœnam cap. munic. p. Obſ. 38. n. 1. p. 123.
Promiſſio operarum ſi alicui facta fuit, & poſtea eis uti nolit, tenetur etiam ad intereſſe ibid. n. 2. p. 124.
Promittens operas ſuas duobus, primo ſatisfacere tenetur, ibid. n. 3. p. 124.
Puteus ſi excavetur in confinio territorij, an aliquod ſpatium relinqui debeat obſ. 8. n. 8. p. 77.
Puteus aquæ ſaluberrimæ in umbilico Civitatis cum quinque crepidinibus fabricatus cura M. Gavij Duumviri. Obſ. 37. n. 4. p. 123.

Q

Quadrupes ſi ſua ferocitate damnum dederit, ſive alias pauperiem fecerit, quomodo, & in quibus caſibus damnum reſarciri debeat? obſ. 39. n. 1. & 2. p. 125.

R

Rainulfus Normandus Comes Calatinus, in Introduct. n. 27. p. 29.
Rainulfus cum ſuis Calatinis ſub Gothifredo in Paleſtina militavit ibid. n. 30. p. 31.
Rainulfus Robertus filius ſucceſſit ibid. n. 21. p. 32.
Rainulfus alius Roberti filius, ejuſque pietas, & potentia, ibid. n. 32. p. 32.
Rainulfus a Rogerio Rege devictus, ibid. p. 33.
Ripæ an veniant menſurandæ cum fundo vendito? Obſ. 8. n. 11. pag. 77.
Rogerius Rex Calatia potitus, ibid n. 33. p. 34.

S

Salubritatis aeris conſervatio neceſſaria hominum ſaluti, obs. 6. n. 1. p. 72.
Salubritatis aeris conſervandi gratia

pro-

Capue obſidio,& depredatio ib.n.45.p.40

Caſalia Planæ,& SS.Joannis,& Pauli antiquitus in omnibus unita erant cum Civitate obſ.62.n.3.p.156.

Caſalia præd. nunc ſunt diviſa a Civitate quo ad onus onerum ordinariorum; & quomodo contribuant in extraordinariis. ibid. n.4. p.156.

Caſalia de jure unum corpus efficiunt cum Civitate.ibid.n.5.p.156.

Caſalia in una re diviſa non debent dici diviſa quoad alia. ibid.n 6.p.156.

Caſalia Planæ,& SS.Joannis,& Pauli non ſunt diviſa a Civitate quoad territorium,& propterea Cives,& exteri habitantes in d.Civitate, & poſſidentes bona in qualibet parte territorii promiſcui ſolvunt cum Civitate;& è contra, & quid ſervetur reſpectu exterorum habitantium in Caſalibus.ib d.n.7.,& 8.p.156.157.

Catapani quo tempore,& a quibus eligantur. obſ.59.n.1.p.153.

Catapanorum officium quale ſit,& ab eorum decretis ad quem appelletur. ib d.n.2.p.153.

Catapani ſi fuerint negligentes in eorum officio puniri poterant ab Officialibus Juſtitiæ.ibid.n.3.p.153.

Civibus cōpetit jus paſcēdi in demanialibus Univerſitatis.obſ.47.n.2.p.134.

Civibus competit jus paſcendi in demanialibus Baronis ibid.n.3.p.134.

Cives cogi non poſſunt ad ſolutionem fide,& ſi aliquod fuerit exactum jubetur reſtitui. ibid.n.3. p.135.

Cives in herbagiorum venditione exteris ſunt præferendi.obſ.48.n.1.p.138

Cives mitius tractantur, quam exteri obſ.2 n.2.p.66.

Civibus in demanialibus Univerſitatū, vel Baronū nō eſt licitum introducere animalia exterorum ad locidam receptandum tamen erit,ſi animalia ſint aliorum concivium, vel deſerviant pro uſu lanienæ Univerſitatis, obſ.47.n.5., & 6.p.135.

Civibus ſi non ſufficiunt Paſcua, exteri non ſunt fidandi. ibid.n.10.p.136.

Civibus ſi non ſufficiunt Paſcua,reſcindi poteſt communio cum alia Univerſitate.ibid.n.11.p.136.

Civium uſum abſorbere non debent animalia exterorum.ibid.n.12. p.136.

Clauſuras facere in proprio fundo licitum eſt pro commodo ſuorum animalium;& in eis nemini licitum eſt animalia immittere.obſ 33.n.1,& 2.p.117

Clauſuræ fieri non poſſunt ultra neceſſitatē, & ad emulationē.ibid n.3.p.117

Clauſuræ diverſæ pro uſu animalium particularium reperiuntur in territorio Calatino.ibid.n.4.p.117.

Clauſuræ territorii magni circuitus fieri non poſſunt, quia hoc eſſet novas defenſas facere. ibid.n.5. p.117.

Clerici ſunt exempti ab omnibus gabellis,& impoſitionib.obſ.75.n.1.p.229.

Clerici etſi ad gabellarū,aliarumq; impoſitionum ſolutionem ſe obligaſſent, nec ad eas tenentur. ibid.n.2. p.229.

Clerici non erunt exempti, ſi emant ultra uſum ſuarum perſonarum,& unius famuli,ſive conſanguinei. Et quid ſi domi habeat filios legitimos,& naturales?ibid.n.3, & 4.p.229.,& 230

Clerici tamen non erunt immunes ab illarum impoſitionum ſolutione, quæ eſſent impoſitæ pro aliqua publica neceſſitate; verum ad prædicta cogi non poterunt, niſi ab eorum ſuperiore ibid.n.5.,& 6.p.230.

Clerici an teneantur ſolvere gabellam de bonis emptis, & donatis tempore Clericatus;& quid de bonis emptis, & donatis ante Clericatum. Obſ.36. n.10., & 11.p.122.

Clericus pro damno ab ejus animalibus illato poteſt a laico reconveniri. obſ. 31.n.1.p.113.

Digitized by Google

Collecta, ſive bonatenentiæ debent ſolvi de fructibus prædiorum. obſ. 36. nu. 1. p. 120.
Collectarum onus incognitum ante tempora Friderici II. ibid. n. 2. p. 120.
Collectæ, ut facilius exigi poſſent, a Carolo II. Andegavenſi ſtatutum fuit, ut quolibet anno renovaretur apretium. ibid. n. 3. p. 120.
Collectæ, & bonatenentia ſolvi debent non tantum de ſtabilibus; ſed & de annuis introitibus. ibid. n. 5. p. 121.
Collectæ, ſive bonatenentiæ de annuis introitibus ſolvi debent ab eorum emptore, niſi adeſſet pactum, quod a venditore ſolverentur. ibid. n. 6., & 7. p. 121.
Collecta, ſive bonatenentia de annuis introitibus ſitis in alia Univerſitate, debet ſolvi cum ea Univerſitate, in qua ſita ſunt bona. ibid. n. 9. p. 122.
Coloni prædiorum veniunt ſub nomine ſociorum. obſ. 35. n. 1. p. 118.
Coloni certiorare tenentur Dominos prædiorum tempore recollectionis fructuum. ibid. n. 2. p. 119.
Colonus partiarius non poteſt denunciare per toto damno, ſed tantum pro parte ſua. obſ. 49. n. 1. p. 140.
Colere aliena territoria nemini licitum eſt, invito Domino. obſ. 35. n. 3. p. 119
Concubinatus de jure Longobardorum erat permiſſus. obſ. 79. n. 14. p. 172.
Conſenſus viri in teſtamento uxoris operatur, ut ea diſponere poſſit in præjudicium lucri dotalis; ubi an vir conſenſum ſemel præſtitum poſſit revocare. obſ. 73. n. 102. p. 217.
Conſenſus viri an inducatur ex ſola præſentia ejuſdem in teſtamentum uxoris. ibid. n. 104. p. 217.
Currus deducere per aliena prædia non licet, niſi tēpore meſſis, vel ſi via eſſet devaſtata. obſ. 21. n. 1. & 2. p. 103.
Cuſtodes animalium Clericorum tenētur ad pœnam dāni, & quid ſi animalia Clericorū non detineantur ſub cuſtode. obſ. 31. n. 3. p. 107. & 4. p. 114.

D

Damni probatio ſi reſultet ex præſumptionibus, erit locus emendationi damni tantum, non etiam pœnæ. obſ. 7. n. 5. p. 75.
Damni æſtimatio in inciſione arborum erit facienda ſecundum tempus inciſionis, non vero habito reſpectu ad tempus futurum. obſ. 18. n. 5. p. 101.
Damna data in glandibus, & nucibus qua pœna coerceantur; & quando ſit locus emendationi dāni tantum, non etiā pœnæ. obſ. 23. n. 1. 2. 3., & 4. p. 104
Damnum ſi fuerit illatum ab animalibus cuſtoditis in actu damni, cuſtodes tenentur ad pœnam duplicatam; & licitum etiam erit agi criminaliter obſ. 63. n. 3. pag. 157., & 25. num. 2. p. 107.
Damnum illatum in ſegetibus adhuc in herba conſiſtentibus quomodo appretietur; & quæ tempora circa ſegetum damnificatorum ad pretium ſint ſpectanda ibid. n. 6. p. 108.
Damnum datum ab animalibus in areis & acervis tritici qua pœna puniatur, & quid ſi damnum illatum fuerit dolo ab hominibus? obſ. 27. n. 1., & 2. p. 109.
Damnum ſi illatum fuerit ab animalibus, quorum cuſtos obdormiverit, erit tantum locus damni emendationi. obſ. 44. n. 2 p. 132.
Damnum ſi nullum fuerit repertum, non erit locus pœnæ municipali. obſ. 63. n. 2 pag. 157.
Damnum ſi fuerit illatum in prædio communi de jure municipali damnificans ad quid teneatur. obſ. 50. n. 1. 2., & 3. p. 140., & 141.
Damnificans ſortitur forum illius Judicis, in quo damnum dederit, etiamſi fuerit Neapolitanus. obſ. 25. n. 5. p. 107

Dam-

Digitized by Google

Damnificantes ſi vellent ſe defendere dicendo non adeſſe damnum, & damnum fuerit repertum,tenētur ad pœnam duplicatam obſ.29.n.6.p.112.

Damnificantia animalia ex carcerātur, praſtita cautione per eorum Dominos de reſarciēdo damno.obſ.23.n.8.p.105

Damnificatus debet damnum denūciare infra quindecim dies a die damni, alias non erit locus exactioni pœnæ. obſ.12.n.2.p.89.

Damnificatus reperiens animalia in ſuo ea tenetur ducere ad ſolitos carceres. nec ea poteſt penes ſe retinere,donec ſibi ſatisfactum fuerit de damno.obſ. 23.n.5., & 6.p.104., & 105.

Damnificatus poteſt tantum animalia penes ſe retinere per ſpatium 24 horarum,infra quod tempus,vel tenetur ea ducere ad carceres,vel revelare Bajulis.ibid.n.7.p.105.

Damnificatus ſi denunciaverit animalia ultro verum eorum numerum,qua pœna teneatur: & quid ſi ultra verum numerum juraſſet Bajulus. obſ. 29.n.2., & 3.p.111.

Damnificatus ſi interpellatus a Bajulo ad denunciandum damnum, noluerit denunciare, damnificans ad nihil tenetur.ibid.n.4.p.112.

Defenſas novas facere prohibitum eſt de jure noſtri Regni,nec eas poteſt facere Eccleſia.obſ.33.n.5.,& 6.p.118.

Defenſarum novarum prohibitio eſt antiquior legibus noſtri Regni. ibid.n. 7.p.118.

Diffida exigi debet juxta uſum regionis: nec ea alterari poteſt.ob.47.n.7.p.135.

Diffidæ ſolutioni in quibus caſibus, locus non ſit,ibid.n.14.p.137.

Diſpoſitio cap.62.de pœnis,quæ applicari debent Capitaneo improbatur ut irrationabilis,& defendi tantū poteſt cum lege ſimili in legibus Longobardorum.obſ.64. n.1., & 2.p.158.

Dotes mulierum è ſua Republica eliminavit Solon. obſ.73.n.1.p.181.

Dotes apud diverſas Nationes a viris uxoribus conſtituebantur. ibid.n.2.p. 181.

Dotes antiquorum Germanorum.ibid.n. 3.p.181.

Dotes de jure Romanorū a fœminis ſibi ipſis conſtituuntur,ac ea dotata accedunt ad virum.ibid.n.4. p.181.

Dos dividitur in traditam, & promiſſam.ibid.n.5. p.182.

Dos in Æſtimatam dividitur,& Ineſtimatam.ibid.n.6.p.182.

Dos Æſtimata quæ ſit,& qui ejus effectus. ibid.n.7.p.182.

Dos Ineſtimata quæ ſit.ibid.n.8.p.182.

Dotis æſtimatio non ſemper inducitur ex pretii expreſſione; & datur regula quomodo ea dignoſci poſſit.ibid.n. 9.,& 10.p.182.,& 183.

Dos dividitur in profectitiam, & Adventitiam, ubi quæ ſit dos profectitia.ibid n.11.p.183.

Dos Adventia deſcribitur. ibid.n.12.p. 183.

Dos profectitia, decedente filia in matrimonio, revertitur ad patrem, & quid ſi accedat cum liberis. ibid.nu. 13.,& 14.p.183.,& 184.

Dos Adventitia in præfato caſu non revertitur ad dotante.ibid.n.15.p.184

Dotes circa earum reſtitutionem,& lucrum diverſimodè regulantur juxta diverſa locorum Statuta. ibid.n.18. p 185.

Dos juxta Conſuetudinem Neapolitanam, quæ dicitur in ſcriptis redacta ibid.n.19.p.185.

Dos juxta uſum Capuanæ, & Nidi, ubi diverſæ quæſtiones in terminis dicti uſus.ibid.n.20., & 21.p.186.

Dotis regula juxta dictam conſuetudinem, & uſum habet locum tantum in bonis ſitis intra diſtrictum,non autē

in

in bonis ſitis extra diſtrictum: Secus ſi eſſet caſus in muliere extera expreſſè ſe ſubmittente in dictis conſuetudinibus.ibid n.22.p.186.

Dos juxta alium uſum, qui dicitur Procerum,& Magnatum. ibid.n.23.p.187.

Dos juxta Conſuetudinem Civitatis Capuæ.ibid,n.29 p.187.

Dos juxta Conſuetudinem Civitat. Calatiæ quæ incipit ſi vivente; *ubi referuntur verba d uſus.ibid.n.25.& 26.p.187.*

Dos in ſtabilibus conſiſtens vigore noſtri Statuti ab hæredibus viri reſtitui debet uxori ſuperſtiti intra tres menſes à die matrimonii diſſoluti. ibid. n.27. pag.188.

Dos in Stabilibus conſiſtens de jure Juſtinianeo ſtatim ab hæredibus viri reſtitui debet;res vero mobiles infra annum,ad differentiam juris antiqui.ib. n.29.p.188.

Dos non cenſebitur conſtituta in omnibus bonis uxoris, ſi matrimonium fuerit initum abſque dotis promiſſione.ibid. n. 43.& 44.p.194.ad 196.

Dos conſtituta primo viro cenſebitur conſtituta in ſecundo matrimonio.ibid. n.46.p.196.

Dos in ſuis caſibus conſtitui poſſit ſuper bonis fideicommiſſo ſubjectis, non erit neceſſarium Judicis decretum.ibid.nu. 88.p.211.

Dotis lucrum incognitum de jure Romanorum, & quomodo interpretari debeant jura loquentia de dotis lucro. ibid. n.26.& 27.pag.184.& 185.

Dotis lucrum nullum fit, ſi uxor viro ſupervivat.ibid.n,28.p.188.

Dotis lucrum nullum erit, ſi intra triennium a die matrimonii uxor decedat, ſive liberis non ſuſceptis, ſive iis ſuſceptis,attamen ſuperviventibus.ibid n.30.p.188.

Dotis lucro im quibus caſibus erit locus vigore noſtri ſtatuti.ibid,n. 33. & 34. p.189.

Dotis lucro non erit locus,ſi ex defuncta uxore filii ſuperſunt, ex quo tunc eorum pater non lucratur, niſi uſumfructum.ibid.n.36.p.191.

Dotis lucro,ut ſit locus, nativitate filii partus debet eſſe vitalis;ubi quo tempore partus vitalis dici poſſit. ibid.nu. 37.& 38.p.191.

Dotis lucrum an procedat in caſu partus octimeſtris?ibid.n.39.p.192.

Dotis lucro erit locus juxta ſtatutum, ſive uſum propriæ patriæ, etſi partes hoc non expreſſerint.ibid.n.40. p.193.

Dotis lucro erit locus juxta ſtatutum loci viri,ſi ſponſa fuerit alterius regionis, nec in capitulis matrimonialibus fuerit expreſſum, cui ſtatuto voluerint ſe ſubiicere.ibid.n.41.p.193.

Dotis lucrum locum habet in dote præſumpta.ibid.n.47.p.197.

Dotis lucro fiet locus in beneficium ſecundi viri, ſervata forma diſpoſitorum in lege Hac edictali *ibid.n.48., & 49; & an pacto, vel ſtatuto derogari poſſit diſpoſitioni dictæ legis?ibid.a nu. 50 uſq:ad 53.& quid in terminis noſtri ſtatuti?n,54.p.199.*

Dotis lucrum quomodo ſit regulandum, ſi uxor decedat, relictis filiis primi matrimonii,& ſuperſtite ſecundo viro, & quid ſi decedat cum filiis utriuſq. matrimonii.ibid.a n.55.ad 58. p.200., & 201.

Dotis lucrum regulabitur juxta formam legis Hac edictali, *ſi dos conſtituta fuerit a muliere, vel ejus patre; ſecus ſi conſtituta fuiſſet ab extraneo cum pacto interi lucri in beneficium ſecundi viri, quia tunc erit locus pacto ibid n.62.p.202.Quod limita ſi conſtaret de fraude in præjudicium filiorum primi matrimonii: ibid.n.63.p.202.*

Dotis lucrum an habeat locum in dote promiſſa.ibid.a n.64. ad 69. p.202. ad 204.

Do-

Digitized by Google

prohibitum eſt intra milliare a Civitate, vel Oppido ponere in aquis linum, vel canapem ad maturandum ibid. n. 1 & 2. p. 72.

Scafariorum ſalarium juxta capitulum Civitatis Calatiæ; obſ. 2. n. 1. p. 65.

Scafariorum ſalarium juxta dictum capitulum non eſt in uſu ibid n. 4. p. 66.

Scafariorum ſalarium quod non ſit tempore excretionis fluminis ; & quando flumen dicatur excreviſſe ibid. n. 5.

Scafæ dirictus an teneatur ſolvere qui ſcafam non aſcendit, ſed eligit ire per aquas ibid. n. 6. p. 66.

Scafæ dirictus an poſſit exigi, ſi Pons fuerit erectus in loco, in quo prius erat ſcafa ibid. n 7. p. 67.

Sepes, & territoriorum confinia de jure Gentium introducta obſ 8. n. 1. p. 76.

Sepes quomodo apponendæ de jure XII. Tabularum ibid. n. 2. p. 76.

Sepes devaſtantes puniuntur ſpeciali capitulo Municipal. ibid. n. 5 p. 76.

Sindici, ſive Adminiſtratores Univerſitatum tenentur vendere ſub haſta gabellas, & jura Univerſitatis obſ. 43. n. 1. p. 130.

Sindici tenentur admittere ad gabellarum conductionem perſonas idoneas. ibid. n. 2. p. 130.

Sindici qui retinere poſſint pro qualib. dieta ſi vacent pro negotiis Univerſitatis ibid. n. 7. p. 131.

Socii inter ſe dolum, & culpam præſtare tenentur obſerv. 77. n. 11.

Socius quando, & in quibus caſibus teneatur de furto animalium obſ. 77. n. 12. p. 235.

Spatium quinque pedum relinquebatur de jure XII. Tabularum in confinis territoriorum, quod præſcriptioni non erat obnoxium, & explicatur lex Manilia, & l. fin. C finium regund. ibid. n. 3. & 4.

Spicarum recollectio poſt terga meſſorum omni jure permiſſa, & inhumanum eſſet eam prohibere obſ. 77. n. 1. 2. & 3. p. 233

Spicas colligere proprius, & opportunius eſſet poſt ſecatas integras ſegetes, eaſq; ad aeras traductas, & explicatur textus in l. ſilva, § ſtipula de verborum ſignificat. ibid. n. 4. p. 233.

Statuta municipalia Calatiæ a diverſis retro Dominis reperiuntur conſirmata, Diſſertat. proœm. n. 15. p. 53.

Statuta prædicta ſaltem valere debent in vim longevæ, & inveteratæ conſuetudinis ibid. n. 16. p. 53.

Statuta municipalia an poſſint aliqua continere contra formam juris communis ibid. n. 23. p. 56.

Statuta municipalia, ve leges patriæ magna cura, & veneratione ſervari debent, & contra earum tenorem nihil innovandum ibid. n. 22. p. 55.

Statuta Calatiæ, ex quo ab immemorabili obſervata reperiuntur, dici poteſt cum eis concurrere approbationem Principis in forma ſpecifica ibid. n. 24. p. 57. & n. 31. p. 58.

Statuta dictæ Civitatis reperiuntur introducta ante introductionem obſervantiæ juris Civilis in hoc Regno, ubi de tempore, quo juris Romanorum obſervantia introduci cœpit in hac Italiæ parte ibid. n. 25. & 26. p. 57.

Statuta municipalia veniunt ſub nomine juris ibid. n. 32. p. 59.

Statuta, ſive jura particularia alicuius Civitatis tantæ ſunt efficaciæ, ut in concurſu cum jure communi, ea potius debeant obſervari ibid. n. 33. p. 59.

Statuti verba ſi ſint ambigua interpretationem recipiunt ab obſervantia, ibid. n. 34. p. 60.

Statuta ſi per eorum interpretatorē non habetur obſervantiam, ea ſtrictè, & rigoroſè ſunt interpretanda, ad diſtantiam juris communis, quod largam, & benignam recipit interpretationem,

ibid. num. 35. & 36. p. 60.
Statutum de lucro dotis an debeat reputari favorabile, an vero potius odioſum, Obſ. 73 n. 135. p. 227.
Statutum de lucro dotis an in eadem materia corrigere poſſit jus commune ibid. n. 136. p. 227.
Sus inter omnia animalia eſt lutulentus, & fœtidus, obſ. 6. n. 6. p. 73.
Sues excludi debet de Civitate maximè tempore æſtivo: Quod intelligitur de ſuibus, qui gregatim paſcuntur, obſ. 6. n. 4. & 5. p. 73.

T

Tabernarii non poſſunt detinere meretrices in eorum Tabernis, obſ. 57. nu. 6. p. 151.
Tabernarii non poſſunt expellere hoſpites de Taberna, & tenentur pro damnis eis in Taberna illatis, ibid. n. 7. p. 151.
Tabernarii non ſunt immunes a peccato ſi vendant vinum ſcienter inebriaturis, vel cibaria frangentibus jejunium ibid. nu. 7. p. 151.
Tabernarii Baronum tenetur ſolvere gabellas de rebus, quæ in eorum tabernis conſumuntur obſ. 55. n. 20. p. 148.
Tecta alienarum domorum rumpentes quomodo puniantur? obſ. 53. n. 1. p. 142.
Tecta domus pluribus, gaudent privilegiis, nec exequi, nec oppignorari poſſunt, ibid. n. 2. p. 142.
Tecti nomine, quid veniat? ibid. n. 3. p. 143
Tecta domus ſuperioris a Domino Domus ſuperioris debent refici, ibid. num. 4. pag. 143.
Terminorum amotores, qua pœna de jure plecti debeant, & quid inſpecto noſtro jure municipali? obſ. 11. & 12. n. 1. & 2. p. 88.
Terminorum amotores, qua pœna plectantur de conſuetudine? ibid. n. 7. p. 88.
Terminorum nomine, quæ veniant? ibid. n. 8. pag. 89.
Terminorum motorum pœna non procedet, ſi caſu termini moti ſint ibid. na. 9. pag. 89.
Tertiaria vini. Vide, Gabella tertiariæ
Theatri nomine quid veniat? obſ. 37. n. 3. pag. 123.
Trapetarii vocati tenentur accedere ad recipiendas olivas pro oleo extrahendo obſ. 3. n. 3. p. 68. n. 5. p. 69.
Trapetarii tenentur eorum periculo ducere oleum ad domos Dominorum olivarum? ibid. n. 5. p. 69.
Trapetarii in traductione olei tenentur etiam de caſu fortuito, & quomodo hoc intelligi debeat, ibid. num. 3. & 4. pag. 69.
Trapetarii non poſſunt immittere fragmenta olivarum in viis publicis? ibid. n. 6. pag. 69.

V

Venditores fructuum, & olerum tenentur ea tenere expoſita in foro ad finem ea vendendi. Obſ 72. n. 1. pag. 175.
Veſtigia impreſſa in pulvere inter urgentia indicia computatur. Obſ. 7. n. 1. p. 74
Veſtigia animalium ſi reperiantur impreſſa, damnum præſumatur illatum ab animalibus viatoris, ibid. n. 2. p. 74.
Viæ publicæ non ſunt menſurandæ tempore venditionis fundi. Obſ. 8. n. 12. p. 77
Vias publicas occupantes, ſive coartantes, qua pœna puniantur? obſ. 11. §. 1. n. 1. pag. 84.
Viæ publicæ nomine quid veniat, ibid. n. 2. pag. 84.
In via publica nihil omnino licet innovare, ibid. n. 3. & 4. pag. 84.
In via publica non licet facere pontem, foveam, vel cloacam n. 5. p. 85.
Via publica ſi fuerit occupata a Clerico, poteſt occupatio tolli per Portulanum, ibid. n. 6. p. 85.
Via publica non poteſt occupari lapidibus, faſciculis, calce, vel arena, ibid. n. 7. pag. 85.
Viæ publicæ, quæ ſit latitudo tam de jure quam

Digitized by Google

quam de conſuetudine, ibid.n.8. p.85.
Via publica, ut talis dici poſſit, quæ requirantur, ibid.n.9. p.85.
Viarum publicarum juriſdictio competit Portulanis privativè quoad alios, ibid. n.10 pag.85.
Viæ vicinales cum licentia eorum, qui habent jus tranſeundi poſſunt coarctari, & etiam claudi, ibid.n.12.p.86.
Per viam publicam licitum eſt deducere aquam in proprium fundum, eum irrigandi cauſa, dummodo alteri præjudicium non inferatur, ibid.n.13.p.86.
Viæ publicæ latera a vicinis mundari debent vepribus, & ſpinis, ibid.n.14.p.86
Viarum publicarum, ſive privatarum refectio ad quem ſpectet. Obſ.11. §.1.nu. 15.pag.86., & 87.
Vicinus præſumetur furtum commiſiſſe, ſi is ſolitus ſit delinquere; obſ.7.n.3.p.75.
Vicino magni incomodi eſt malus vicinus. Ibid n.4.p.75.
Vinearum damna quomodo coerceantur vigore noſtri cap.municipalis, obſ.76. n.1.2., & 3.p.231., & 232.
Vinearum damna vigore noſtri capituli coerceri poſſunt tam per Curiam Bajularem, quam per Curiam Capitanei, ad arbitrium damnificati: & in quibus caſibus pro damnis licitum ſit recurrere ad Curiam loci, ibid.n.4, & 5. pag.232.
Vinum Campanum in maxima æſtimatione quoad Veteres; obſ.74.n.3.pag.228.
Vini venditores, ſive Tabernarii, quæ ſervare debeant vigore noſtri capituli municipalis. Obſ.59.n.2., & 3.p.150.
Vini venditores miſcentes aquam vino quomodo puniri debeant, & an excuſantur ſi eis etiam venditum ſit mixtū aqua; ibid.n 4.p.150., & n.5.p.151.
Univerſitates fruuntur juribus fiſci circa tempora addictionum; obſ.43. nu.3. pag.130.
Univerſitas Calatiæ a tempore antiquiſſimo poſſidet gabellam, quæ dicitur del carlino a tomolo, obſ.58.n.7.p.152.
Univerſitates privari non poſſunt illis impoſitionibus, quas ab immemorabili tempore exegerunt, ibid.n 8.p.152.
Univerſitatis negotia quorum conſilio tractari debeant, & improbatur mos hodiernus noſtræ Civitatis obſ.62. n.1, & 2.pag.155.
Uxor an in præjudicium lucri dotalis viro deferenda poſſit de dote teſtari, obſ. 73.n.101.p.216.
Uxor poterit teſtari, ſi in capitulis matrimonialibus, aliquid ſibi reſervaverit ad finem de eo diſponendi, & quid ſi de qualitate reſervata nullam fecerit diſpoſitionem; ibid.n.105., & 106. p.217. & 218.
Uxor, & vir ſi uno caſu demortui fuerint quis prius mortuus præſumi debeat? Et quid ſi uno caſu mater, & filius deceſſerit? & quid dicendum ſit ſi in aggreſſura latronum pater, & filius acciſi fuerint; ibid.n. 122.123., & 124. pag.222., & 223.
Uſus Civitatis Calatiæ circa animalium ſocietatem diſcutitur, & defenditur, & diluuntur objecta. Obſ.77. n.8., & 9. pag.234.

F I N I S

Digitized by Google

ERRATA	CORRIGE
Oboxia p.5. verſ.8.	Obnoxia.
ſupraſcipta pag.7.verſ.39.	ſupraſcripta
præſtantis pag.16.verſ.19.	prægrandis
habitationibus pag.22.verſ.10.	habitationibuſque
conſuluere pag.22.verſ.15.	conſulere
peragendiis pag.29.verſ.2.	peragendis
nimiaque pag.38. verſ.4	animique
Urbem,& Caſtrum pag.38.verſ.21,&22.	Urbem,Caſtrumque
innitiis pag.44.verſ.44.	initiis
juriſditionem pag.53.verſ.28.	juriſdictionem
extituiſſe pag.57.verſ.39.	extitiſſe
circa pag.92.verſ.26.	contra
haberit pag.138.verſ.41.	habuerit

Digitized by Google

Digitized by Google

./. 30

Google